McDuine


[illegible] [illegible]

[illegible]

FLOSCVLVS MEDICINÆ TRIBVS LIBRIS COMPREHENSVS DE TOTIDEM REBVS QVAS HVMANVM CORPVS CONTINET.

Authore Petro Loppesio, Auissensi.

IESVS

Hic  *Florum*

Pulche- *rrimus.*

MARIA.

Cum licentia, Malacæ, Typographus Ioannes Serrano de Vargas, 1635.

DEcreto Domini Licenciati nobilis Petri de Zamora Hurtado, Regij, & Imperialis Collegij Maioris Granatensis Collegæ, & in eadem Vniuersitate publici, ac perpetui Decretorum Doctoris, Sanctæque Inquisitionis Aduocati, necnon pro Episcopi, Vicarijque generali, huius Malacitanæ Diœcesis. Mihi in consultationem venit libellus, Flosculus Medicinæ *intitulatus, Authore Petro Loppesio Anissensi, in tres tractatus diuisus. In primo agit de suprema corporis regione. In secundo, de secunda & tertia. In tertio, de continentibus & impetum facientibus, simulque agit de affectibus quibus istæ partes solent affici. Et vltimo loco, libellus de Medici consideratione. In quibus nihil Christianis moribus aduersum inueni, sed solum agnoui proprietate Flosculum Medicinæ esse dictum, cum in se varios variorum Authorum flores contineat, ita compositas, vt non solum Authoris perspicacitas cognoscatur; sed etiam possint varia legentium ingenia exerceri. Et hac de causa iudico dignum esse vt typis mandetur. Malacæ 25. Iulij, anno 1635.*


Doctor Iuan de Viana.

NOS El Licenciado don Pedro de Zamora Hurtado, Colegial del mayor y Real Colegio de la ciudad de Granada, Catedratico de Decreto de la Vniuersidad de ella, Abogado del santo Oficio de la Inquisicion, Gouernador, Prouisor y Vicario general de Malaga y su Obispado, por su Señoria Ilustrissima Don Fray Antonio Enriquez, Obispo del dicho Obispado, del Consejo de su Magestad, y Predicador de su Real Capilla, &c. mi señor. Por la presente por lo que nos toca, damos licencia a Iuan Serrano de Vargas y Vreña, Impressor desta ciudad, para que pueda imprimir e imprima vn libro intitulado, *Flosculus Medicinæ*, compuesto por Pedro Lopez Santiago Auissensi, Medico, vezino de esta dicha ciudad. Y le mandamos, que en principio de cada cuerpo ponga vn traslado de esta nuestra licencia. Dada en Malaga a siete de Agosto, de mil y seiscientos y treinta y cinco años.

Licenciado Don Pedro de Zamora Hurtado.

Por mandado de su merced.

Don Iuan de Zuñiga. Notario mayor.



ILLVSTRISSIMO,

ET REVEREN-

-DISSIMO D. D. FR. ANTONIO Enriquez, Malacæ dignißimo Præsuli.

SVVS PETRVS LOPPESIVS Auissensis fælicitatem exoptat.

† PRÆ-

PRÆSVL CLARISSIME.

DESIDERABAT HOC opus virum ab omni reipublicæ perturbatione liberum, ſeiũctumque, nec adminiſtrandæ familiæ negotijs perpeditum: ſed qualecunque decreui perſequi, vt tantiſper mentem exercerem, nec quieſcere ſinerem in ſolis terræ voluptatibus, atque blanditijs: turpe etenim eſt ſi quando animus borum ſolicitudine omnino obrutus nequeat ad præſtantiorem contemplationem ſenſus erigere, ſeque altiùs extollere: ſic quidem par remanet belluis quæ & vitæ neceſſaria inueſtigant, & ſuæ prolis habent curam, feruntur que quo ijrit appetitus: ſi tamen in litterarum ſtudijs verſetur homo, non tantùm ſe ſuſpicit brutis ſublimiorem, ſed corporis immemor ad ſuam originem, atque cæleſte domicilium cogitationes promouet: ea ſanè fuit naturæ lex, & ſummi conditoris prouidentia, qui erectos in cælum vultus hominum finxit,

finxit, & cæteras depressit in terram animantes: neque solùm hac consideratione ducti præstantiores euadunt, sed cuiusdam diuinitatis quodammodò participes: adde sæpè comparatum nomen æternum, ac non leue pondus gloriæ, propter quæ multi nocturnas elucubrationes facilè tolerant, & in perpetua scientiarũ meditatione defixi hærent. Iam verò si ita compulsi quid moueant humanis rebus vtile, ac vitæ necessarium multò magis emerentur & honorari, & extolli: vtque theologia inter omnes disciplinas nobilissima, atque vtilissima est, quod incumbat rebus optimis, & quasi via quædam cæli in supremam beatitudinẽ mortales alliciat: ita medicina, quoniam præstantissimi corporis agit materiam, & vitæ, salutique prodest, duo illi maximè cognata, secundam sedem dignitatis, atque vtilitatis obtinet: de vtroque satis euidens apparet argumentum: nam misso vniuersali hominis honore (quẽ clamat inter opera Dei illius mira perfectio) hæc admirabilem eiusdem fabricam, & illustrem naturam explicat, primorum elementorum compositionem, varios ortus, & occasus rerum scrutatur, euoluitque quascunque vel in animalibus, vel in stirpibus insunt vires: quin & longiùs egressa, quæ terræ visceribus inclusa iacent, quæ siderum conuersiones orbem

inferiorem moderantur medicina suspicit, & contemplatur. Quod verò attinet ad commune bonum, innumera sunt in vniuerso testimonia: quid vita optabilius? quid visu charius? aut gustu gratius in rebus humanis inuenitur? quid ergo medicina vtilius, si hæc omnia tuetur, & seruat plura alia, quæ vitam beatiorem reddunt, sine quibus hæc habetur turpis, & iniucunda: sanè nullæ opes, nulla furtunæ bona ampliora, quam prospera valitudo; lapsa, & imbecilli nihil laboriosius, aut calamitosius est. His igitur, & alijs ductus, hanc potiùs, quam cæteras, elegi tractandam disciplinam, hoc celebre opus in lucem proferens: & quamuis possit aliquis hunc nostrum laborem tanquam superuacuum redarguere, quod ea quæ continet, iam ab alijs, ijsque doctissimis philosophis non raro fuerint inculcata; probabilem tamen consilij mei causam, rationemque cognoui, tum ex plurimis recenter inuentis, tum ex multa dicendi varietate, & nouo compendij genere: ideòque spero non solùm opus vtile futurum reliquæ posteritati, sed etiam in hodierna censura ab omnibus satis acceptum, atque probatum; & eò maximè quia te habeo defensorem virum Illustrissimum, splendore insignem, literis, & virtute eximium, matura prudentia, & firmiore constantia admirabilem, integri-

tegritate, castimonia, atque singulari in diuos religione praecellentem, & quod mirabilius est publicarum, domesticarumque rerum administratione egregium: quare fieri non poterit, quin hoc tuis viribus suffultum ab omnibus non commendetur, imò ad cœlum vsque feratur: quòd si quispiam illud maleuolè intueatur, leoninam generositatem expertus, tacebit victus: tu verò æternus eris protector literarum, & Malacæ decus inclytum. Vale.

PRAE-

PRAEFATIO, totiusque operis argumẽtum ad Lectorem beneuolum.

QVIDQVID CITRA humanam vtilitaté, vel Dei cultum in hoc mundo tractatur, lector beneuolé, si vanum prorsus non est, aut sapit iactantiam, vel quasi otiosum, & superuacuum habetur: hoc sané fuit diuinæ pietatis argumentum quæ ad similes scopos vniuersam legem coegit, Dei videlicet, & proximi amorem: primum satis mostrat excellés virtus gratitudinis in tanta creatoris beneficia, secundum charitatis exemplar, quod semper in aliena bona, & vtilitates fertur, atque in hunc sensum intelligenda arbitror verba illa

sa-

ſacrarum litterarum: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona,* quaſi ſonent, & erant valde vtilia: quippè ſupremi conditoris manus ſemper bonitatem, atque vtilitatem redolent: ſi quid mali res continent in hominũ pernitiem, id cogitauit eorundem malitia, dum efrenati, & ſine lege ducti ſequuntur impetus belluarum: hoc ſentiens Galenus ita inquit: *Digna vt ſcribantur mihi videntur, quæ vel non animaduerſa a medicis ſunt, cum tamen per quam opportuna eorum cognitio ſit, vel magna aut emolumenta, aut damna afferre conſueuerunt.* Cum verò medicina (vt ſuperioribus probatum reliquimus) diſciplinarum præſtantiſsima, atque vtiliſsima ſit. in hanc animos appuli, ac contemptis iuuentæ ludibrijs omnem curam in prædictos fines conferre decreui, proſequens illud primum vtilitatis argumentum, eligensque prouectæ ſenectuti maturius ſtudium, & nobiliorem cæli contemplationem. Tantum verò huius conditionis mihi a natura conceſſum eſt, vt etiam, dum poeſim tentarem, præcipuum delectationis organum, nõ immemor publicæ commoditatis hominum vitæ, ſalutique

tique proſpicerem : ſubiunxi nempè longam præceptorum congeriem eorum tutelæ, & cõſeruationi ſatis accommodatam: nunc id magis optans, id efficaciùs procurans opus offero tanti momenti ad medicam conſiderationem, vt nihil ampliùs deſiderari poſſe videatur: vtque cunctis ſeruirem multa congeſsi diuerſimodè interpretanda, luſtrauique vniuerſum medicinæ ambitum : hæc tamen digeſta inuenies compendioſo dicendi genere cuiuis doctrinæ vtiliſsimo: quod ideò, & authorem Hippocratem ſic cômendat Galenus, 1. apho. 1. *Quia ars longa eſt ſi cum vnius hominis vita illam metiamur expedit relinquere poſteris aphoriſticas, atque compendioſas commentationes: nam talis doctrinæ modus, & ad primam diſciplinam, & ad ea quæ quis didicit retinenda, & oblito in memoriam reuocanda vtiliſsimus eſt.* Hac lege compendium ſtatuimus, non autem ſic arctum, atque confuſum, vt commenta deſideret, nec ita diffuſum vt prolixè errans aphoriſmi vtilitates fugiat: quidam etenim non tantùm quærunt ſinceram veritatem, neque contenti ſunt ſola contemplatione veræ philoſophiæ, ſed optant

ampliùs

dissidentes authorum animos, colluctantesq;
inter se rationes,& argumēta:alij prorsus hæc
fastidiunt petentes conclusas sentētias,& om-
nimodam dicendi breuitatem. Hinc in aliqui
bus visum fuit succintè progredi, in alijs spa-
tiari: ea lege, vt in his prolixæ orationis no-
tas fugerem,in illis obscuritatis incommodū;
quòd prolixitas lectori fastidium, breuitas cō
fusionem,atque molestiam pariat: vnde reie-
ci extensam quæstionum eluuiem; longas cu-
rationum ambages in breues normas deduxi;
multa suapte natura arcta, atque compressa
extendi longius,in cunctis persequens vnam
communem dispositionem,quæ mirū in mo-
dum iuuat,ac recreat: hoc enim vniuersaliter
dictum magis confert,nec certam legem præ
bere satis tutum in varietate tot indiuiduorū,
quibus norma præscribi non potest, maximè
tyronibus,qui vni rei addicti sæpissimè fallun
tur: sed & in his aliquid etiam determinatum
subieci,vbi vel certi remedij cogit necessitas,
vel similis vrget occasio. Hinc aliud longè pul
chrius euenit: est liber hic præ cæteris in egesi
tate appositus, quo scilicet totius medicinæ,

ac philosophiæ voluitur axis,& tractatur breuiter reliquorum omniũ materia: ideò & multis locis Galeni,Hippocratis,Auiscenæ,Pauli, & Aætij propria veiba interposui labori, atq; inopiæ consulens.quare non solùm thesaurus pauperum,sed eorũ cibus meritò dici potuit, qui tantam librorum congeriem non valent emere:hoc autem instructi vno haustu, & medicam discent,& inopiæ seruient. Similiter & diuitibus valde vtilis, qui sanè in hoc vno inuenient breue compendium,ac breuem semitam tùm medicinę cõtemplandę,atque exercendę,tùm multis authoribus interpretandis. Non aliter ampla via cunctis patet, inde breuis quà semita ducit,aut cæcus trames. His ductus rationibus titulum addidi,dixique flosculum medicinæ,quem,si velit,quispiam totam medicinam, vel huius compendium poterit appellare.vt enim in ameno viridario,vel prato florum ridentium princeps non legit continuos ad compositionem pulchrioris fasciculi,sed hinc inde decerpit meliores:sic in scientijs,artibusuè hoc pulchrius,atque vtilius iudicandũ,maximè in nostra profesione, qua tot

autho-

authorum libri in vnū finem conſpirant: itaq; difuſam medicinæ ſeriem hoc volumine comprehendimus legentes quod aptiùs,& laudabilius per vniuerſam fuerit diſtributū: atque ſic per diuerſos locos diſperſa doctrina in vnum congeſta perfecta erit,& abſoluta: nec quãuis hæc multifariè erret, & vaga recedat vndequaque,progreditur quidē indiſtinctè: cuncta nãq; ſuis locis patent æquo ordine, cõmodaque diſtinctione interpoſita: tres adſtant libri reſpondētes rebus totidem, quæ in humano corpore inueniuntur: iſti cõſpicuis ſectionibus interſecantur,& iſtæ per ſua capita digeſtę quidquid per medicinã laudabile legenti offerunt. Ergo cum medici officium extra corpus humanum minimè feratur, qui cunctas iſtius diſpoſitiones perſtrinxerit, omnē artis cõplebit rationem: ob id nos totū illud in tria, quæ cõtinet capita, diſtribuimus (vocant continētia, contenta,& impetum facientia, ſeu membra, ſpiritus,& humores) adieci & quartum, de medica conſideratione in quo vniuerſalis totius medicinę ratio cõtinetur,& ſterniturcõmunis via ad reliqua vtiliter capeſsēda: ſcilicet quæ

scientia suggerat, quę medico faciant, quales ægri, assistentes, & exteriora; quę sanitati, quæ morbo conferant: nec citra hæc aliquid notabile reperitur, quod vel ab eisdem non pendeat, vel tandem non reducatur. Hìc nempè tres continétium surgunt regiones, tria membra pręcipua, & quæ istis parent innumera: ex contentis eliciuntur omnes alimentorum coctiones, omnes humorum, excretorumq; differentiæ. in spiritibus varia considerantur: in cunctis verò quæ secundùm naturam insunt, quę pręter naturam eueniunt, & alia quæ breuitatis causa prætermitto, ita vt nihil in medicina cōsideratione dignum subsit vlteriùs, præsertim si prædictam libri quarti considerationem addideris. Atque his admonitis hunc lector flosculum fruendum tibi subijcimus, quem beneuolentiæ clipeo defendas, ac liberes.

VALE.

(?)

AMICI

AMICI CVIVSDAM,

IN LAVDEM OPERIS.

VT Rosa per flores, velut inter sidera Phœbus:
Vt terras Oriens, vt Tagus inter aquas:
Aut velut alitibus præstat Iouis armiger ales,
Aut Leo, qui cunctas præsidet ante feras:
Sic libros inter reliquos tuus emicat, vnde
Vel Tagus, aut Oriens, seu Rosa, siue Leo:
Siue Aquila, aut Phœbus, vel, quod plus nobile, totũ
flosculus ex cunctis floribus esse potest.

D.

D. FERDINANDVS DE VALDIVIA, Iuriſconſultus Malacetanus, nidum fabricat humanis morbis vtiliſsimum.

VEre nouo Libiæ terras,& aprica relinquens
Europæ gelidum quærit hirundo ſolum:
Hic florem,& ramos,ſegetemque,& ſemina cogit:
Vnde facit nidum,nec manus vlla,ſuum:
At nidus primas fauces,poſtremaque ſanat
Guttura,cum putri farta liquore tument:
Maius habet,læſis etiam medicatur ocellis:
Auxilium eſt chelidon (quam tulit illa) ſeges:
Sacra ideò hæc ales,nec fas eſt lædere pennas:
Fert bona,fert tepidi nuntia grata noti:
Cedit honore tamen nidus,nam pulchior alter,
Qui plures flores floſculus alter habet:
Hunc ergo omne iuuet,nec fas ſit lædere cuiquam:
Hic vitam,hic lætæ dona ſalutis habet.

EDVARDVS

EDVARDVS Loppesius Auissensis Philoso phus, de nouo inuento reme- dio in humanam salutem gloriatur.

SVrgunt terribiles humana in corpora morbi,
Et dolor, & multi febris iniqua mali:
Insurgit Lebitina ferox, ferus intonat arcus,
Et quæ peruersas fert soror vna duas:
Nil tamen inde mali; prosunt medicamina, prosunt
Antidotum, radix, pharmaca, planta, serum.
Maius adhuc superest: oritur flos vnicus, omne
Remedium cunctis quod solet esse malis.

D,

D. D.

IOANNES DE SANTIAGO,

Medicus Malacensis, commu nem viam, atque compendium celebrat.

Hic tibi principium, vel quæ noua semita ducit,
Quò velis ire priùs, quàue redire queas:
Ergo dimidium medicæ tibi suggerit artis:
Hoc medium saltem, qui bene cæpit, habet.

LIBER

INDEX LIBRORVM,
Sectionum, ac Capitum, quæ in hoc volumine continentur.

LIBER I. De continentibus.
Sectio 1. *De suprema corporis regione.*
Caput 1. De vniuersali partium diuisione.
Caput 2. De primo diuisionis membro.
Caput 3. De capite & partibus eius in genere.
Caput 4. De capillis.
Caput 5. De morbis capillorum.
Caput 6. De cute capitis.
Caput 7. De carne capitis.
Caput 8. De cranio, & perycranio.
Caput 9. De menyngibus.
Caput. 10. De morbis menyngum.
Caput 11. De dolore capitis.
Caput 12. De cerebro.
Caput 13. De lethargo, & omni soporosa affectione.
Caput 14. De vertigine.
Caput 15. De incubo.
Caput 16. De melancholia.
Caput 17. De læsa memoria.
Caput 18. De appoplexia, & paralisi.
Caput 19. De reliquis morborum affectibus.

* *Sectio*

Sectio 2. De secunda corporis regione.
Caput 1. De hac regione in vniuersum.
Caput 2. De faucibus.
Caput 3. De sanguisugis, & omnibus quæ os ingredientiæ gutture male afficiunt.
Caput 4. De angina, eiusque differentijs.
Caput 5. De catharro, & omni capitis fluxione.
Caput 6. De corde.
Caput 7. De sincopi.
Caput 8. De palpitatione.
Sectio 3. De tertia corporis regione.
Caput 1. De communi istius regionis fabrica, atq; vsu.
Caput 2. De hepate.
Caput 3. De morboso hepate.
Caput 4. De hydrope.
Caput 5. de iecoraria affectione.
LIBER II. De contentis.
Sectio 1. De humoribus in vniuersum.
Caput 1. De vniuersali humoris ratione.
Caput 2. De chilo, & prima coctione.
Caput 3. De secunda coctione.
Caput 4. De humoribus tertiæ coctionis.
Caput 5. De morbis humorum.
Sectio 2. De humoribus in particulari.
Caput 1. De sanguine.
Caput 2. De morbis sanguinis.
Caput 3. De bile.
Caput 4. De febre biliosa.
Caput 5. De pituita.
Caput 6. De febribus pituitosis.

Caput

Caput 7. De melancholia.
Caput 8. De quartana, & febribus melancholicis.
Caput 9 De febre erratica.
Caput 10. De febribus compositis, atq; himitritæo.
Caput 11. De malignarum febrium differentijs.
Caput 12. De febribus quę cum accidentibus eueniũt.
LIBER III. De facientibus impetum.
Sectio 1. De ijs quæ citra morbum spiritibus accidunt.
Caput 1. De varijs spirituum acceptionibus.
Caput 2. An in corpore sint spiritus.
Caput 3. De quidditate spiritus.
Caput 4. De numero spirituum.
Caput 5. De loco spirituum, varia elaboratione, & generationis materia.
Caput 6. De motu spirituum.
Caput 7. De officio spirituum.
Caput 8. De temperie spirituum.
Sectio 2. De morbis spirituum.
Caput 1. De vniuersali ratione morborum qui spiritibus accidunt.
Caput 2. De febre diaria, quam ephimeram Græci appellant.
LIBELLVS ADDITVS. De medica cõsideratione
Sectio 1. De ijs quæ ad medicinam pertinent.
Caput 1. De nomine, & varia medicinæ acceptione.
Caput 2. De medicinæ inuentione, & propagatione.
Caput 3. De medicinæ nobilitate, vtilitate, necessitate, iucunditate, certitudine, & difficultate.
Caput 4. De medicinæ definitione, diuisione, subiecto, & fine.

Sectio

Sectio 2. De medico.
Caput 1. De medici definitione.
Caput 2. De medici principijs educatione, moribus, ac vitæ institutione.
Caput. 3. De medicorum peritia.
Caput 4. De medicorum praxi, atque ijs, quæ ante ingressum ad ægrotantem eisdem facere visa sunt.
Caput 5. De primo ingressu ad ægrotantem, atque de ijs, quæ prima visitatione conueniunt.
Caput 6. De ijs, quæ ad exactam morbi cognitionem faciunt.
Caput 7. De sequenti visitatione, ac de vtili medicorum prognosticatione.
Caput 8. De simili visitatione, atque ijs quæ ad morborum curationem pertinent.
Caput 9. De reliquo visitationum discursu, vbi & de fugienda, famaque aucupanda.
Caput 10. De vltima visitatione, atq; discessu ab ægrotante, vbi & de recidiuæ, & medicorum mercede.
Sectio 3. De ægro assistentibus, atque ijs, quæ forinsecùs occurrunt.
Caput 1. De communi horum necessitate, ac ratione.
Caput 2. De ægro.
Caput 3. De assistentibus, & ijs quæ forinsecùs occurrunt.

FINIS INDICIS.

LIBER I.

DE CONTINENTIBVS.

SECTIO I.

De suprema corporis regione.

CAPVT I.

De vniuersali partium diuisione, atque triplici horum librorũ materia, vtque de continentibus prius disputandum.

HIppocrates, Medicinæ Princeps, atque principium cum velet in vnũ cogere vniuersam hominis fabricam, & compositionẽ, erexit tria capita, vocauitque, *continentia, contenta, & impetum facientia*, quam postea diuisionem sequutus Alexander dixit clarius, *solida, humida, & spirituosa*. Hæc communissima diuisio, vnde aliæ se-

quuntur minus vniuersales, atque præcipuæ: continentium etenim partium aliæ sunt principes, ignobiles aliæ: tres illæ inueniuntur, istæ simplices, & compositæ; similares, & eterogeneæ, quarum series propemodum innumera est. Rursus cōtenta suas patiuntur diuisiones, suas spirituosa, de quibus latè proprijs sectionibus sumpto a continentibus exordio quæ & reliquarum sunt fundamenta, & primo intuenti se se offerunt. Non aliter ingeniosus artifex iacit priús domorum fundamina quibus reliquum superponit ædificiū imitans doctam naturā in procreandis plantarum radicibus, & illius authorem in fabrica vniuersi.

CAPVT II.

De primo diuisionis membro, scilicet de continentibus, vtque inter ea de capite agendum priús.

COntinentia iam explicuimus solidorum nomine, per solida tamen non seminalia intelligimus (licet communis alioquin Medicorum vsurpatio) sed quę nutriri consueuerunt, siue carnosa, seu spermatica sint: & hæc sanè est mens Hippocratis vocabulo, *continentia*, quam nos partem hoc priori libro tractandam suscepimus, & primum caput inter membra corporis magis celebre: vt etenim hominis anima sublunarium omnium censetur nobilissima, ita corpus decore, atque structura mirabili reliqua antecellit: quia verò illius principale domicilium existit caput, ideò & corporis elatiorem locum obtinuit, & meruit priorem nostri tractatus. Tres

equidem

equidem imitantur diuini Authoris ordinem, qui in fabrica vniuersi prius cœlū struxit, deinde partes reliquas subiacentis machinæ: capitis, & cœli similitudinem cōmendat Galen. 2. de plac 4. & suadet apparens fabrica: nam vt illud superiori loco eminet diuorum celebris habitatio, sic hoc & superastat totum corpus, & præclara est animarum sedes.

CAPVT III.

De capite, & partibus eius in genere.

CAput a capiendo videtur dictum, idque multifarie. Primò, capit species omnium externorum sensilium: Secundò, sensus, & intellectum præcipuam hominis partem, & cerebrum sublime animarum domiciliū. Tertiò, a capite nerui omnes initium, motū, ac sensum capiunt. Quartò, istius ministerio alimentum per os capitur. Quintò, ab hoc tanquam a principio capiunt esse omnes operationes ad extra: prius enim est aliquid cognosci, quam ad opus reduci. Sextò, maxime capax est, ita vt parua mole tot, tantaque possit continere. Et hęc est Latinorum vsurpatio. Græci quoque multipliciter rimantur nominis ethymon. Primò, à κεφαλην παρα το καρφεσθαι, quod est inarescere. Secundò, a καλύπτω, quod est operio: nam & inaruit plurimum caluaria, & nobile est cerebri tegumētum. Tertiò, dicitur Homero κωδια. Quartò, alijs καρηκομον à κειρω, idest, tondeo. Quintò κεφαλη και αρ παρα το κραινειν ab imperando. Ad istarum similitudinem venit metaphorica acceptio. Primò, pro vita sumitur *Nomina*

quando aliquis capitis reus iudicatur. Secundò, dicitur processus, vel eminentia in quam desinit quantitas aliqua: sic foruncculi sua habent capita, sua musculi, atque ossa. Tertiò, cuiusque rei principium, seu caput libri, quod capitulum vulgares dicunt. Quartò, prima causa alicuius effectus, vel præcipuus author alicuius operis: vnde Virgil. *O latij caput horum, & causa malorum.* Sunt aliæ, sed istæ principales huius nominis acceptiones ex quibus prima ad præsens facit institutum, qua sumitur pro eo membro quod superiori animantis particula situm est.

Generalis capitis diuisio. Vel caput latiori significatione sumitur pro omni illa capacitate collo superaddita; vel strictiore pro ea tantummodo quę capillis induitur excludēs faciem vt notatur ab Aristot. 1. de nat. an. 7. vel media quadam ratione pro omni illo ambitu quo cerebrum comprehenditur, aduertit Celsus ex Hippocratis libello. Pars capillis ornata caluaria dicitur, eisdem destituta frons, vultus, faciēs. Rursus tota pilorum circumferentia corona appellatur, anterior pars sinciput (quasi summum caput) postica occiput, media vertex, lateralis tēmpora: internę sunt multiplices quę innotescit disputationis serie.

Capitis dignitas. Inter membra humani corporis maxima sanè est capitis dignitas, sine quo corpus reliquum difformis truncus haberi potest: hoc mentis sedes, animi domicilium, superior senatus cæteris partibus prospiciēs: huic aureæ inseruntur coronæ, huic pretiosa diademata: per caput iurabat veteres, capitis nutu omnia confirmamus: ideo Plato in Thimæo honoratius dixit omni corpore, cui gubernanti respondet, atque obsequitur.

Caput

Caput omnibus sanguineis concessum est, 4. de part. an. 10. soliusque cerebri gratia cõstructum: mollis enim huius substãtia illo veluti clypeo ab iniurijs defenditur: non igitur propter oculos (vt falso Galeno imponit Auerrous) quamuis horum causa superiori loco situm sit: quippè eminẽt quasi exploratores qui ab editissima sede, seu specula quidquid inferius agitur, intuentur. *Capitis vsus.*

Obstant tamen aliqua. Contra primum. In testaceis, & molli piscium genere cerebrum nullo capite continetur, & ostrachaderma (sic plãtarum radices capita sunt) caput deorsum habent, atque ab imo ad superius assumunt alimenta: multa alia medio pectore. Contra secũdum. Multa sine capite animalia oculos habent in extremitatibus pectoris. Item prona non minus prospicerent si eosdem in thorace obtinerent. Tertiò. 1. de nat. an. 9. Omne animal generans animal oculos habet, præter talpam: at hæc caput gerit sublimius, non igitur propter oculos. At notant, qui respondent. Omni sensitiuo cerebrum inest perpetuo: hoc autem cum sit mollissimum, & satis nobile calua, & capite prorsus indiget, hac vel illa ratione concinnato: sic animalia quibus medio pectore, vel loco simili cerebrum est insertum, illud testaceo tegumento veluti camerata ede fouent, atque absc ondunt: hoc illis caput. Secundò. Non semper caput sumitur pro supradicto cerebri operculo, sed interdũ pro supremo rerum apice, siue talis in glomum desinat, siue in aliam figuram. Dicendum itaque. In perfectis animãtibus (tres his facultates, naturalis, vitalis, animalis) necessario caput superiorem locum obtinet. Ratio multiplex est. Prima, interest seiungi, distareque facultates, ne con-

portionem ad cætera: ideò nec dicetur paruum, nisi corpus improportionalē mensuram habeat quare vel Gal. intelligendus de abūdantia materię in formatione magni capitis, & corporis (sic præfert grandem, atque proceram, humili, & gracili staturæ; quod negat Vlisses) vel nomine magni abvtitur. Ergo bene constabit assertio si intelligatur de lapsu improportionali magni, & parui capitis. Sed quòd recessus paruitatis non semper sit deterior pari lapsu magnitudinis (si æqualis sit temperamenti bonitas) multa obstant. Primum, 30. probl. 3. inter animalia homo prudentissimus, & capite minores prudentiores sunt. Item, 1. de hist. an. 8. frons angusta mobilem insinuat, amplior ignauum, ac segnem. Tertio, paruus oculus præfertur ad visionem, paruum cor ad audaciā, & strenuitatem. Quarto, si in equis præstat paruum caput, cur non in hominibus. His tamen satisfaciendū est. Præstabit sanè paruum caput ad peculiarem aliquam actionem, scilicet, velocitatem discursus, & crebram solicitudinem, non autem ad omnium collectionem, imò nec ad prudentiam, vt multi contendunt, hæc namque constantem, & maturam considerationem postulat, non præcipitem, & volucrem. Arist. verò in probl. intelligendus est de inopia carnis, & densitate cranij quæ duo prudentiam arguunt: carnis defectus, quia significat siccū, & melancholicum temperamentum ad prudentiam magis conferens, quam recedens humidum, aut mult⁹ sanguis conturbans tenorem ęstimationis: caluariæ densitas, quoniam hac magis coactus naturalis calor vberius considerationem perficit. In hist. an. frons angusta non necessario paruum consequitur, sed tātúm illam capitis

partem

partem prominentem. At parui oculi prǽstant ad commodiorem visionis vnionem, vt similiter paruum cor propter vnitum calorem;& spiritum,non diffusum, atque languentem:alia est capitis ratio. In equis vero non requiritur imaginationis vis,at superbus decor,& robusta ceruix ad validiores motus,quæ planè sequũtur parua illorum capita. Itaque lapsus vterque semper improbatur,& magni,& parui capitis,huius magis quia notã habet perpetuò incusandam,scilicet materię inopiã, & formatricis imbecillitatem,vnde sequitur spirituũ paucitas,qui feruent in angusto vase,nec liberè expatiãtur. Non sic magnitudo prǽsertim in homine, qui considerata proportione maius habet caput inter cętera animalia,idque ob maiorem contenti cerebri molem.

Morbi. Morbi figuræ,& quantitatis ferè a natiuitate contingunt,ideò prætermittendi, vt accedamus ad vitia cuiusque particulæ.

CAPVT IIII.

De capillis.

Nomina CApillus,capitis est pilus:pro hoc tamen communiter accipitur. Pili verò a Gręcis dicũtur τρίχες, propter frequentem cæsionem quam patiuntur, ideò & cirri vocantur a κείρω, idest incido,& rursus in viris cæsaries a continua sectione, vt in fæminis, coma ab ornatu, & cotiosiore cultu: κομμῶ,enim Græce,Latinè,*curo*, dicitur. Ex partibus, separatio a vertice ad frontem discrimen appellatur,multitudo in fronte cumulus, hic in oc-

cipite iuba est, & primus temporum exortus crines, atque lanugo.

Causæ. Materialis, atque immediata pilorum causa est fuligo adusta, mediata excrementum tertiæ coctionis in capite derelictum pingue, atque viscosum: aquosa nempè & cætera recrementa aliter transmutantur: sic vapor à tellure exortus si natura humidus in pluuiam mutari aptus est; si nimis aridus in crinalem cometam: quarè & extrinseca etiam causa aer est pilum torrens, atque exsiccans, efficiens calor est cerebri agens in eam materiã: formalis designatur per colorem humori respondẽtem (huius ideam sua fulgo refert) per figuram, & similes qualitates: finalis triplex est. Prima, tutela subiectarum partium. Secunda, ornatus animantis. Tertia, repurgatio fuliginosæ superfluitatis. Cutis est conditio fine qua non, vbi requiritur mediocritas ad generationem capillorum. Igitur est adusta fuligo in pilum densata vi agentis flammæ, non coacta frigore, aut coagulata (vt ait Auice. 7.4 trac. 1. cap. 1.) non enim calor congelationis causa, sed frigus est. At rectè existimo loquutũ Principẽ cũ propria barbarorũ loquutio Latinis esse posit impropria, vt ostendunt eius verba: *Nascitur ex vapore fumoso: fumum autem coagulari nunquam vidimus*: consentit verò 2. 1. doct. 3. cap. 3. & clarius 1. doct. 3. cap. 2. vbi sic: *Res autem siccior, quæ est in corpore sunt pili, sunt enim ex vapore fumoso, qui eleuatur: resolutum nanque fuit quod in eo de vapore mixtum erat,* Ideò non æquo iure damnãdus Auice.

Augmentum. De modo incrementi diuersimodè sentiunt Philosophi. Gal. 2. de temp. 5. innuit non verè nutriri (veluti vn-

gues) sed partem fuliginis parti supponi. Idem sentit, 2. de anat. administ. vltimò, & clarius explicat art. med. 9. dicens: *Capillorum autem, atque vnguium neque gubernatio vlla est, sed generatio tantummodo.* Hęc Gal. Arist. 2. de gen. an. 18. docet ex pilis, & vnguibus nil in coitu decidere, non igitur nutrimento crescunt substantifico. At nutriri manifesta vi animæ sentit Lusitanus art. med. cit. quod multis probat rationibus, & illa etiam facere posset de vesica fellea, quæ nutritur sincero excremento, nisi ipse alibi hanc nutritionem voluptuosam existimaret. In eandem sententiam videtur ire Arist. 5. de generat. an. 3. & 10. probl. 23. Pariter Gal. 2. de temp. cit. dum eorum generationem illis vnguibus similem concedit: deinde ex Hali, 2. theor. 1. & Auerr. 2. collig. 2. capilli inter membra numerantur: hæc autem consumerentur nisi accederet nouum alitionis auxilium. Rursus pili crescunt, 3. de histo. anim. 10. & producuntur ex intentione naturæ, 14. meth. 18. ergo aliquod necessariò habent regimen, & aliquam nutritionem. His, & alijs conuictus modernorum quidam hoc pilis denegans, vnguibus concedit, imò nec omnibus (extremis vitam abstulit) sed illis, qui a radicibus nutriuntur: sed eadem videtur esse ratio pilorum in palpebris, quæ in vnguibus apparet, non enim prolongantur continuò vt alij pili, neque desinunt, imò præfixum habent originis, & permanentiæ tempus. Præterea Galen. semper ambos adiungit terminos, vt superioribus constat, nec quamuis vngues nutriantur, hoc negari extremis posset: non video enim cur vna, eademque pars vnius formę, & constitutionis viuere, & mori simul posit. Quare satius est asserere

 non

non ali vngues, non pilos, neque habere vim animæ regentem. Vnde ad authoritates supradictas, & si quę possunt adduci argumenta, vno verbo dicendum non esse intelligendas de legitima, & vera nutritione, sed de illa quæ fit per iuxta positionem, & subcrescentiam, nec quamuis pili producantur, & generentur ex intentione naturę, inde sequitur nutriri, ac viuere. Nec obstat aliud Arist. 3. de hist. an. 11. & 2. de generat. an. 4. de pilis, & vnguibus in pthisi, & post mortem crescentibus; quippè hæc non est vera, sed metaphorica, & apparens nutritio; acciditque ob defectum subiacentis substantiæ, vel à morte, vel ab antiqua pthysi: neque satisfaciunt, qui solum vegetabilem gradum capillis tribuunt, sencientem negant.

Tempus. Pilorum alij sunt congeniti, capitis, superciliorū, palpebrarum: alij post geniti, reliquarum partium: sic homo: in cæteris animantibus ferè sunt congeniti ex 3. de hist. an. illi verò in calidis temperaturis erumpūt citius; frigidis tardius; rarò fœminis; nunquam pueris solent erumpere, prætèrquam in capite.

Locus. Non immeritò comparat Auerr. pilosum corpus lupinatæ segeti: vt nanque hæc lupinis obualatur, qui vorant deprauatum terræ succum (dicti vnde lupini, siue lupi) sic pili & corpus cingunt vndique, & hauriunt recrementorum eluuiem. Sub alis, & in pube soli nascuntur homini, quod nisi contingat, sterilitas sequitur, inquit Pl. lib. 11. cap. 39. quibus verò in locis prius taresscit cutis, & oriuntur pili, quibus posterius (vt mētò) tardiores sunt. Ait Hipp. lib. de nat. puer. hoc tamen placitum de postgenitis recipiēdum, ob idque in pueris, mulie-

licribus, & eunuchis villosum non est mentum, deficiente scilicet calore testium ad rarefaciendam cutim: accedit quoque paruus eorum calor non potens inflammare vaporem, pilorum materiam. Est & in mulierib⁹ alia causa, menstruum per quod magna excrementorum cō geries repurgatur, & sine quo pilosa sæpè euadit fœminarum facies. Contrarijs de causis nulli pululant in planta pedis, nulli in bola manus, ob nimiam videlicet harū partium dēsitatem, & cordosos illarum musculos. Similis ratio habetur in crustaceis, & testa latentibus; quibus nullæ sunt squamæ præ cutis duritie, & densitate. Sic in cicatricibus, vbi meatus calli in morem obdurescunt, & obcæcantur: obidque pili non erumpunt, nisi in brutis patentiores cutis meatus cedant duriori pilo: inquit Aphrod. 1. probl. 146. de reliquis partib⁹. caput est pilorum abundantissimum, 2. de partian. 14. humanum scilicet quod inter animalia plurimos habet (paucissimos corpus reliquum) hoc enim cum sit humidissimū, ita pilis maxime affluens, quemadmodum & pudenda, Accedit quod illuc totius corporis fuligo rapitur, & (licet pars frigida sit) influentis caloris abundat quantitate. Iuuat tertiò situs cerebri e directo flammigeri cordis in sublime elatus. Hęc in homine. In alijs pilorū materia sæpe cedit in cornua, vngues, setas: multiplicantur etiam in caudis, quas circa vrsis plurimi: in cunctis ad iubas, & dorsum plurimi, quę nempè e directo cor aspiciunt. Cōtra in palpebris, & superciliis rari sunt propter durā, & cartilaginosam ipsorum cōstitutionem. Rursus in capite, vt plurimi, sic longissimi, molliores, & tenuiores; in palpebris duri, grossi, & parui, qui metam nunquam

quam

dum est: nam in vitiligine cutis praue dispostia mutat pilos in sui similitudinem. Ita in pectore cordis naturam ostendunt, in capite mores varios (inde phisionomicis tot philosophandi occasiones) licet totius corporis fuligo eò confluat. Iuuat tamen humor a toto mandatus: quare flaua bilis croceos, nigra pilos obscuros generat, albos pituita, medios temperaturæ mediocres. Ad horum similitudinem regiones frigidas incolentes albos, & lenes habent Ilyrij, Germani, Scithæ: qui viuunt solis in æstu Aegyptij, Aethiopes, Indi, Arabes, Nigros, humiles, siccos, & crispos: at inter hos medij coloribus medijs ornari solent. Quod si Aethiops, vel Germanus in Hispanis oritur vt plurimū ad ideā primorū patrum pilus fingitur. In pueris flaui, in adultis nigriores fiunt: parius enim infantis calor cremare fuliginem non potuit, acrior in adultis flamma vaporem exurit. In omnibus imaginatio variæ mutationis causa est: ab hac mutantur humores, & partium notmæ: ad horum verò diuersitatem similis sequitur in pilo: præter noua exempla, pater Iacob excellens in virgarum pictura.

In pilorum figura duo sunt magis communia, lenitas, & crispitudo quę contrarijs a causis solent euenire. Crispitudinis ratio duplex est, 5. de gen. an. 3. Prima, contrarius motus ab ascendente aereo halitu, & descendente vsto terreo. Secunda, terrei vsti copia se se corrugantis, Galen. 2. de temp. 5. similes admittit, siccitatem videlicet temperamenti, qua more corregiatum pili intorquētur, & meatus angustiam, cutisque densitatem, propter quæ cohibiti in obliquum aguntur, præcipue si debilis sit exhalatio quæ breui meatum abrumpere non possit, *Figura.*

ob

ob idque nimium detenta feratur per tortuosum iter cuius similitudine pilus fingitur. Additur & nimia cutis durities quam, valida licet, fuligo non penetrat. Accedit nimia continentis caliditas qua rugantur pili ob inductam siccitatem, vt supra de simili temperamento Gal. colligit: sic æthyoparum & similium regionum crispantur crines: plani, & lenes (vt diximus) veniunt a contrario causarum genere.

Canities. De canitie sentit Hipp. sequi subiacens cutis alimentum, quale in vitiligine natura assimilare non valuit: quare crudum, & album remanet. Sed diuersa in morbo ratio est, in quo nimis crassescēs cutis brutinam imitatur quam (vt supra dictum) sequitur capillorum color: non inde ergo infertur sanitatis canitiem referre album cutis alimentum. Alij canitiem ariditati referunt, quam maior adustio induxit more cineris, & herbarum per autumnū inarescentium. Argumentum sic elicitur. Quandiu calor agit in humiditatem, nigritiem, & carbones efficit, qui postea in cineres abeunt vlterius progrediente siccitate: vnde canities senibus solet euenire, quibus nempè iam florida humiditas exhausta est: si verò contingat iuueni, adusto quidem, & bilioso, vel illi qui mæstitia, curis, & solicitudine perpetuo exsiccatur. In repentino quoque timore canescunt plurimi non humectato, sed exsiccato cerebro propter succos ad pectus commeantes. Tandem vapor in pilum mutandus fumosus est, fuligo autem semper est arida: ideoque si non multo calore, paruo saltem per moram poterit cinerescere. Contra Gal. 2. de temp. 5. frigoris, & humiditatis effectum canitiem putat; inquit enim: *Albus verò*

pilus

pilus ex pituita nascitur. Et infrà; *Albi verò propterea quod alimentum quo nutriuntur veluti situs est pituitæ, quæ spatio computruit.* Sic mihi videtur intelligendus Hippo. quale caries aliqua phlegmatis putrefacti: hæc enim putrescens alba redditur: vnde deductum illud Ouidij: *Vertitur in putrem cariem, rimisque dehiscit.* Rationes autem quę suadent Gal. placitum sunt sequentes. Prima, multi nascũtur cani, at nihil aridum nascitur, imò muccosum, ac lentum, quod procedente tempore absumitur & arescit. Secunda, operti pili canescunt citiús, minus tamen exsiccantur. Accedit eorum testimonium qui incolunt frigidiores tractus. Albanenses populi celebres pilorum candore, & albissimi liquores nix, grando, glacies quæ concrescunt algore cœli medij. Arist. 5. de gen. an. 4. sentit canitiem esse putredinem pili ob defectum caloris innati, qui cum iam humidum concoquere non possit, nec omnino transmutare album relinquit, & crudum, ac proinde pilum similem: ob id & canescunt timidi recurrente ad viscera natiuo calore, & mentum citiús, pectora tardius: illud inopia caloris alendo, & conseruando pilo: hæc caliditate cordis proximi. Assẽtit Aphrod. 1. probl. 4. & 3. ob idque, inquit, non canescunt pueri, mulieres, & spadones celeriús. Et 142. ideò pedes, & pubes canescunt seriùs; illi quia per continẽtem, contentioremque ambulationem excrementum pituitosum quod canos efficit digerunt, atque consumunt: pubes autem quia pars calidior, & laxior est, ac pituitã per coitum potest absumere. Et 9. Alę nunquam canescunt quia & calidiores sunt, & laxiores, atque ita excrementum facilius digerunt, & discutiunt. Hanc ergo exis-

timo veriorem sententiam quæ ferè coincidit cum superiori Galeni, vt clariùs monstrant dicta verba Aphrodisei, & insinuat Arist. dicens, canitiem esse pili infirmitatem per longam ætatem adquisitam, quam non experiuntur brutorum multa, plantæ, & alites, quia subeunt annuas pilorum vicissitudines, vel quia (vt ipse aduertit, parum cerebri, idque minus humidum possident, excepta equi fronte quæ promptius canescit. Quare ad argumenta partis oppositæ sic respondendum est. Ad primum, calor in materia humida, si intensissimus est, parit nigritiem, si debilis albedinē, vt in phlegmatico. Ad secundum, canities non euenit senibus siccitatis ratione, sed caloris defectu, quæ causa & iuuenes canos efficit, & timentes, vel mærore, & solicitudinibus afflictos: in illis repente collecto calore in præcordia, in his paulatim recedente. Nec vltima ratio quidquam conficit: cruda nanque superest pilorum materia in canitie non sic fumosa, atque ignea. Cur verò homo inter animalia solus canescat constat ex supradictis: humidissimum enim animal est, canities autem putredo, cui maximè paret humiditas. Adde supradictum Aristot, 10. probl. 62. longiorem vitam, & pilum quottanis, veluti cætera animalia, minime deciduum: itaque tempore consenescit, atque inueteratur homo nullam habens decidui renouationem. Rursus magis canescit in capite, quia hoc & humidius est reliquo corpore, & natiuo carne destitutum, 4. metheor. 1. ideò ocior ad tempore canities, scilicet ob humiditatem musculorum, quam nō remittit durities caluariæ superpositæ. Cur item palpebræ non canescant facit, ex aliquorum sententia, probi ali-

alimenti abundantia: ast hæc non satisfacit ratio: quippè illius bonitas, vel malitia nil influit ad canitiem. Iustior videtur supradicta Gal. & Arist. causa de capite, & temporibus: vt enim hæc ob nimium humorem canescunt citiús: ita palpebræ tardius propter siccitatem, & duriorem naturam: iuuat autem continua istarum motio quæ calorem natiuum suggerit ad inhibendam putrediné. Hinc ratio potest elici (præter dictas Aphrod.) quare pudenda, licet humidissima, canescant difficili⁹: virtus enim spermatis, & perennis testium calor innato pilorum vires suppeditant, eadem mento, & pedibus adhiberi potest: illud licet frigidum vigoratur calore adquisito per motum mandibulæ: (quo non obstante canescit propter humidam, & musculosam constitutionem) illi crebro, & contentiore motu pituitam digerunt. Sic animalium pili post inductas cicatrices albi proueniunt debilitata, scilicet cute à præcedente vlcere, quod Aristot. alimenti prauitatem vocat, 10. probl. 31. Sic nulla alis canities quoniam locus iste calidior est, & laxior, atque solutior: ob idque excrementa pituitę potest digerere ac diflare, argumento sudoris facillimè erumpentis.

Caluitij. Caluitium soli homini contingit, nec emendatur iterum: in hoc verò, vt caput inter mẽbra priús capillis induitur, sic eisdem destituitur: ideò & citiús sincipur: licet enim plurimã habeat humiditaté, paucũ habet humidũ pingue, quod necesse est absumi per lõgam ætaté; atq; ita cũ humoris indigeãt suos cõtinere pilos nõ possũt: inferiores, vt pote humidiores pilos & gignũt, & seruãt: nõ aliter quã excelsa telluris, atq; saxosa loca parũ fruc

tificant, summissa, & humecta fæcundiora experimur. Illud præterea comparat Arist. defrondationi arborum, depennationi volucium, desquamationi piscium, quæ prorsus caluescerent, nisi quotannis denuo reficerētur: igitur caluescit quia per totam ætatem nunquam pilos renouat: non aliter quam proxima ęstate demessum triticum, quod iam vacauit ab opere maioris incrementi: addit causam iniustam venerem 3. de histo. ani. 11. vnde eunuchi calui non fiunt, 6. aphor. 28 10. probl. 55. sic nec pueri: isti humore affluunt, illi innato non orbantur: mulieres adscribit Arist. seminis causa, quod putauit non immittere: id tamen referendum ad humiditatis copiā, ex Gal. cit. aphor. Ergo viri caluescunt citiùs, venerei citissimè, tardius moderati, difficilimè mulieres, nunquā pueri, atque eunuchi: omnes pro gradu inductæ siccitatis, quam statuimus caluitij causam. Adde, minùs solēt caluescere, qui varices habent, quique mēto sunt bipartito, 3. de hist. ani. 11. Item qui cæci ab ortu sunt, 31. probl. 5. Inter partes caluaria, sic dicta a caluitio, ob rationes supradictas ex Aphrod. 2. probl. 12. & citatis Arist. Sed contra supradicta multa videntur obstare. Primum experimentum de æthyopibus, qui nunquam, vel difficilimè caluescunt, solis tamen ardore torrefacti inarescunt. Secundum, palpebrę siccę, & carthilaginosæ sunt, nutriunturque osseo penè pabulo, at nunquam nisi per morbos patiuntur caluitium. Tandem videtur hoc repugnare illi propositioni, quam attulimus ex 2. de tēp. siccas temperaturas piliosiores esse. Non obstant tamē: itaque dicendum, vt supra, perpetuam caluitij causam siccitatem esse, hanc tamen duplicem, positiuam alterā,

quę

quæ producitur ab agente arido, & igneo, alteram priuatiuam a defectu humentis pabuli quo pili nutriũtur. Rursus, prima siccitas duplex est: altera humores sequitur, & pilorum materiam, altera cutem, & meatus, in quibus incipit illorum exortus. Igitur æthyopes humiditatem internam posſident aptam nutritioni pilorum (frigidi, ac humidi sunt natura) licet viribus externi solis inarescat torrida eorum cutis: imò id altera causa est, propter quam canescant dificilius: spissata etenim, & durior effecta cutis conseruando pilo commodior redditur. Id affirmandum de setis palpebrarum; quæ congenitæ cum sint, & primo ortu pululent non obstat illa durities quo minús in altum emergãt. Accedit quod æthyopum capilli parui, & crispi sunt, parui palpebrarum, atq; durissimi: quare illi cæco anfractu, quasi catenis firmantur, ne defluant: isti pauciore egent alimento, qui raro deficit, eoque constanti ad durationem, & permanentiam. senes autem tantum absunt, vt destituantur crassis humoribus, quin potius redundent: imò perpetuò floridum, atque tenue prius euanescit superstite parte crassiore. Nec vltima ratio quidquam conficit; nam licet ficciores temperaturę pilosiores sint, non inde sequitur caluam serius habituras, vt ex supradictis colligitur. Vrgebis adhuc. Si ergo caput mento, & pectore humidius est, cur ista non caluescunt, illud promptissimè? patitur caput defectum humidæ pinguetudinis: adde veneris noxam in hoc multo maiorem, & cerebri mollitiem facilè solubilem: quamobrem vultus prius ostendit senectutis iacturam, hunc priùs dealbat canities, ruga senilis arat.

CAPVT V.

De morbis capillorum.

ILlud est naturale caluitium, illa canities inducta naturæ viribus, eas formas, & colorum diuersitates pili naturaliter sortiuntur. Sui quoque eisdem contingunt morbi, caluitium, alopecia, vitiligo: addit Zoar similem affectum scissuram capillorum, & morbosam canitiem: priores duo sunt huius loci: vitiligo cutem præhendit magis, de qua postea: scissum cum prioribus ferè coincidit: particularis canities leuibus curatur ex cit.

Nomina Alopecia dicitur a vulpibus, quę semper conflictantur hoc morbi genere (Græcis, *ophiasis*) caluitium deductum videtur a similitudine detectæ caluariæ.

Causa. Nascitur caluitium a defectu alentis pabuli, alopecia ex deprauata humorum conditione: simile plantis accidit: vel enim inopia terreni humoris inarescẽtes pereũt, aut infectæ vitioso icore concidunt, vel erosis radicibus vermium causa repente collabuntur: ob idque caluitiũ prouenire potest a quocumque absumente corporis habitum (tale in morborum solutionibus frequẽs est) vel a simplici calore exsiccante pilorum alimoniam.

Signa. Caluitium ab alopecia distinguitur colore cutis: illud naturalem, hęc mutatam refert: in abundantia phlegmatis alba redditur, in melancholia nigrior: illud tamen frequens est causa, non crassum tineæ, & similium affectionum, sed salsum, atque subtile, inquit Zoar, lib. 1. tracta. 1. cap. 3.

Qui

1 Qui calui sunt, his varices magnę non innascuntur: quibus verò caluis varices magnæ fiunt, rursus capillantur, 6. aphorism. 34. causam reddit Galen. in comment.

2 Eunuchi calui non fiunt, 6. aphor. 28. ex superioribus constat ratio.

3 Si depilata cutis fricata non rubescat, datur spes nulla salutis, si velociter rubeat, laudabile signum est innuens bonum sanguinem tractum ad cutem.

4 Recens alopeciæ malum faciliorem admittit curationem, inueteratum difficilimam. Secundo, ex Zoar, lib. 1. tract. 1. cap. 5. in iuuentute curatur: senibus impossibilis sanitas.

Caluitij morbus solis eget topicis quæ cutem firment, atque corrigant, si quod fuerit intemperamentum. Addes verò alimenta quæ reficiant exhaustum pabulum. Ad primum iuuat sequens decoctum. Capill. ven. politrici, rosarum siccatum, summitatum myrti & lentisci, ana m. ij. rad. cannar. ℥. ß. hippocampi pisciculi, num. 7. fiat lenis decoctio in lib. 12. facta colatura adde olei lentiscini, lib. 1. laudani puri ℥ij. Deinde sequentia. Aloes cum vino nigro, vel purpurę operimenta oleo incocta. Item myrrha, & laudanum cum vino & oleo myrtino. Ad idem. Fimum caprinum in testa combustum, & oleo dilutum. Hoc, vel illis caput inungendum si priùs nonacula abrasum fuerit, & tepida coctione ablutum. Et hęc satis de caluitio. *Curatio.*

In alopecia redundans humor primò vacuandus: tunc discutiendus qui cuti hęret, ijs quæ digerant, non ita tamen sint acres, vt cutem vlcerent, vel simul cum vitioso humore

humore vtile pabulum absumant: exuberantis verò humoris indicia diximus sumenda à colore mutatę cutis, si præsertim consenserint vniuersalia totius signa. Præmissis ergo communibus remedijs efficacissimum est vrsinus adeps ex 11. simpl. vel sequens. Amigd. amarar. cum suis corticibus crematarum, rad. cann. combustarum añ. part. æqual. subtiliter puluerisentur, & excipiantur cum adipe vrsino. Aliud Gal. Murium domesticorũ pani linei, adipis vrsini, medulæ ceruinæ, corticis calami añ. P. j. omnia arida leuigentur, & cum sufficienti melle ad crassitudinem redigantur tunc misce medullis, & liquefactæ pinguedini. Ex Diosc. iuuat caput leporis crematum, & cum adipe applicitum, vel aceto exceptum. Ab Auice. laudatur rutę siluestris gumi. Iuuant quoque ranarum cinis cum pice paratus; farina lolij, & raphanũ oleo excepta: filiæ filia contusa, & apposita: spolium viperæ cum oleo laurino: murium stercus aceto cõtusum, vel laurino dilutum: puluis apum siccarum, aut muscarum cum adipe, vel oleo in lenimentum coactus. Quæ prosunt simplicia meliora sunt sequentia. Arundo; iuglans, auelana, echinus terrestris, hippocampus, ranę, locustæ, adeps, fimus, raphanus, beta, cepa, milium, sinapi ciclaminus, asphodelus, barrachiõ, myosotis, nymphęa cynnoglosus, adianthon, tapsia, ærugo ferri, auri limatura, sandaracha, halcyonium, cotes, cinis vngularum capræ, muscæ, apes, mel, muscerdæ. Adde montani sequẽs stilatitiũ. Croci ʒ. j. aloes, mirrhæ, laudani añ. ʒ. ij ß. olei amigd. dulc. adipis vrsini añ. ℥. iiij. capitum muscaiũm puluerisatarum ℥. j. mixta omnia fermententur, & destilentur: fermentatio fiat in vase vitreo bene obturato

per

per 13.dies,vel opertum fimo,vel soli expositum.

Hæc vltra insolitis,& pulchrioribus locis sæpè oriūtur pili non sine aliqua fœditatis specie,præsertim in muliebri facie,cui curiosior debetur cultus.His ergo extirpandis sequentia conferunt.Lac canis euulsos pilos renasci non permittit,sic gumi hederæ,vel eius lachrima, oua formicarum,rubigo ferri cum saluia: eosdem euellit scolopendria marina oleo frixa,lepus marinus, diopteris,seu felix querna cum radicibus, lachrima, quę ex viridibus sarmentis efluit oleo tusa, & multoties adhibita, & pumex diuersimode paratus. Et hęc de præcipuis,atque frequentibus pilorum incommodis.Ad conciliandam crispitudinem,flauitiem,& varium decorem, vel ad tardandam canitiem consule Auicc. Paul. Mes. & Aęt. *Pilorum abundantia.*

CAPVT VI.

De cute capitis.

CVtis (Græcè δέρμα) à corio videtur dicta, cuius quidem refert similitudinem: hoc tamen, veluti pellis,propriùs brutis accommodatur. Gal.lib. finit. sic explicat. Est corpus neruosum totam corporis superficiem exornans,atque protegens, idque decoris gratia, vel etiam vt offensam, & noxam prohibeat. Et hæc de communi cute.In capite peculiariùs habet sequentia. Primò, maiorem quam in reliquis partibus crassitudinem:Secundò,non tam exquisito sensu pollet: ideò rescissa minus sentire solet,quia alibi membranę hęret neruosæ,hic,musculosæ.Non igitur causa est parua quanti- *Nomina* *Definitio* *Forma, & vsus.*

tas carnis musculosę, quam assignat Aphrod. 2. probl. 37. Tertiò, sponte mouetur, quæ in reliquo corpore omnino est immobilis. Quartò, adipe nudatur, ne in motu impediretur: si demas occiput quod sua protegit pinguetudo fouendę, scilicet subiacenti spinæ. Huię quoque

Morbi. suus est vsus nutritio, & temperamentum. Et suis hæc vexatur morbis, psydracia, prorigine, achoribus, fauis, exanthematibus, saphati, atque furfuribus, quę libenter remittimus citatis authoribus, & tineam pariter cuius nempè curatio ab ophiasi longè non distat.

CAPVT VII.

De carne capitis.

Nomina CAro ab aliquibus solùm de mortuis animalibus intelligitur, quod scilicet vita careat: apud medicos tamen diuersimodè sumitur. Primò, pro carne viscerum. Secundò, pro musculis. Tertiò, pro carne cuiusq;

Proprietas. peculiaris membri, vt pro carne capitis. Hæc igitur musculosa est (quatuordecim in capite musculi continẽtur) solida item, fortis, atque compacta ad maiorem tutelã

Morbus. nobilissimi cerebri. Hac in parte is nascitur affectus, quẽ Græci hydrocephalon, Latini capitis aquam vocant, licet interdum inter menynges, & cranium, vel inter carnem, & perycranium, vel inter hoc, & cranium suboriatur. Fit autem ex seroso humore ibidem collecto, aut ex fæculento, atque sanguineo, vt voluit Aęt. lib. 6. cap. 1. corripitq; pręsertim puerorum capita, illorum maximè, quibus obstetricis imperitia nocuit in componenda figura,

figura. Graue mali omen chirurgis relinquimus, cuius curationem ex citatis optimè colligit Dionisius.

CAPVT VIII.

De cranio, & perycranio.

QVod Latinis *galea*, Græcis est κράνιον ad cuius simi litudinem calua pingitur. Perycraninm dicitur circumfusa membrana: illud enim operit. *Nomina*

Post carnem igitur se præbet perycranium grossa, & solida membrana, quę forinsecus omne obtegit craniū, excepta portione temporalis musculi supra quē fertur vsque ad ossa iugaliæ. Ducitur verò à dura menynge, quam cranio suspendit, & firmat: dura ipsa, atq; cōpacta, tum ad defensam ossis nobilissimi, cum ad cōmodio rem cohalitum: molle enim cum duro non facile cohærescit: ob idq; & cerebrū, & tenuis meninx crassiorē habēt intermediā: aliter enim offenderentur a cranij duritie. Hoc autē more clypei defendit cerebrū (sic decebat tueri principē animi sedē, & excellēs mēbrū) vnde crassum, vt melius occursantibus resisteret; rarū verò, & foraminibus peruiū, ne grauaret pondere subiectā domū; vtq; alimentitios succos imbibere, atq; haurire posset. Adde liberū, ac perspirabile, quo pateret via fumis egredientibus: aliter densum, & tenue fractioni, atque telorū penetrationi obnoxium relinquitur. Læue deinde, & æquale est, tam infrà, quam suprà, ne aspero corpore membranas offenderet. Secatur autem multipliciter: binis conflatur tabulis, ossibus octo, qua distinctione, & aptiùs, & securiùs viuit. Ex istis sex propria, *Vsus, figura, & vtilitas vtriusq;*

duo communia, quę caluam a maxilla sphenoide, atq; etmhoide disterminant: sunt itaque os frontis vnū, duo sincipitis, totidem temporum, ōs occipitis, sphenoides, atque etmhoides. Suturis pariter distinguitur tres sunt veræ prima coronalis anterior (arcualem vocant Arabes) è temporibus surgens coronam intersecat. Secunda sagittalis, seu virgata, per longitudinem capitis porrigitur. Tertia prora, & lauda vocatur à similitudine litteræ λ à posteriori occipite in altum contendens tandem coit in angulum. Spurię binæ inueniuntur (squamosas dicunt) quæ vtraque parte vmbricatim connexę supra cerebrum leuitant. Et istæ sunt propriæ cranij suturæ, quas vltra tres habet communes, quæ caluam ab sphoide, etmhoide, & gena superiore secernunt: prima occipitis os ab sphoide sciungens ad caua temporum fertur: deinde rursus deorsum, postremos dentes elapsa ad palati viciniam contendit. Alia è cauis temporum nata ad oculorum sedes se confert, per quos medios gradiēs iungitur ad nasi medium, & maxillam superiorem à frōte diuidit. Tertia, frontis os a cribroso distinguit, quam recentiores addunt. Inseruiunt primò vt meninx cranio suspendatur ad maiorē capacitatē, figuramq; cōmodiorem continēdo cerebro. Secundò ad liberam vaporum respirationem: quocirca qui strictiores habent cōtinuis doloribus sunt addicti. Tertiò, datur vasorum exitus, quæ peryostion irrigant. Quartò, dura meninx fibras extrorsum mittit ad exortū perycranij. Quintò, efficitur ossium separatione vt fractura vnius in aliū nō migret. Sextò, virtus exterioris medicamenti altius penetrat, vnde Gal. super suturas applicandum præcipit. Et hæc

de

de humana,& communiori figura cranij: nam canis, & aliorum brutorum capita vno tantum osse componuntur. In homine sic visa aliquando, 1. de hist. ani. 7. & addit quibusdam diuerso villorum complexu intersectam, præsertim mulieribus, quibus frequentiorem futurarum defectum adiecit Auicc. Illam verò quam descripsimus figuram ex cerebro habuit, 6. epid. 3. (falsò aliqui contrarium duxerunt) quippe hoc priús formatum fuit in prima constitutione: ac cranium illius instar concinnè expressum.

Cranium præter communes fracturas talpam peculiariús patitur (dicunt & topinariam, ceu talpariam) sæuissimum sanè morbi genus qui tamen maiori ex parte cedit, si habeatur diligens curandi ratio: accepit nomen ab animalculo talpa, cuius ritu sub cranio delitescens tãdem perforat, & carnem eleuat. In causa assimilatur carici, rimæ, & illis morbis quos Græci melliceridés, & atheoremata vocant: hi tamen in vniuersum corpus dessiminari solent, collum præsertim, atque ceruicem: talpa solam petens caluariam propriam speciem, & nomen elegit. Superandi morbi rationem satis chirurgi complectuntur, malum perycranij patebit in dispositionib⁹ meningum. *Morbus.*

C A P V T I X.

De Menyngibus.

QVoniam inter omnes humani corporis præstantissimę, mẽbranarum nomen habuerunt binę quæ *Nomina.*

quæ cerebrum accingunt: quarè cum absolute, & sine addito profertur hoc vocabulũ nõ aliç sunt interpretandæ. Has Arabes matres appellarunt duram & piã, Græci μηνυγκο. Alij μοτηραιδεο. Alij ηλακμηδιο. Prima, quæ cranio

Diuisio & vsus.

subiacet dura, & crassa est (hinc aliqui duplicem indicarunt) qualis in oculo cornea: hæc villorum interiectu ligatur cranio, menyngi tenui per venas intermedias: reduplicatur in capitis vertice, seiungitque dextras partes à sinistris: posteriùs quadruplicatur, cerebrũq; à cerebello magna ex parte dirimit: ob has verò duplicaturas sinus efficiuntur quatuor, qui sanguinem effundunt in substantiam cerebri. Vsus triplex est. Primò, cerebrum, & spinalem medulam defendit, ac tegit. Secundò, distterminat dextrum cerebrum à sinistro, posticum ab antico. Tertiò, lagenæ in modum cerebri, & tenuis mẽbranç venas excipit. Tenuis cerebro immediatior in omnes ipsius recessus se se inserit quoquouersum venas effundens: ambæ mira naturç prouidentia inter cranium, & cerebrum sunt mediæ: aliter molle corpus cum duro collisum offensam pateretur: inter has autem vasorum seriem aliquam excurrere nullus vidit, licet sanguis inter ea conceptabula conseruari naturaliter posit.

CAPVT X.

De morbis menyngum.

DVo sunt menyngarũ morbi, qui licet cõmunes partibus alijs in his peculiares affectiones promouẽt: sunt itaq; dolor, & inflãmatio: hçc phrenitidis causa est, de qua modo, dolorũ differẽtias sequenti capite enarrabimus.

Phre-

Phrenesis ergo, vel phrenitis a φρενὸς nomē habuit, quod Nomina.
mētē significat, ex eo quod hęc affectio illā ad furorē, at
q; insaniā promouere soleat: ideò a Paulo, lib. 3. cap. 6.
dicitur mētis agitatio, ab Arabibus sirsen calidū, & cha
rabitū. ¶ Paulus cit. sic definit. Phrenitis p aniculorū cere Definitio
bri inflāmatio est, nūc quidē ipso cerebro pariter inflā- & causa.
mato, nunc verò præter naturam caloris excessu in ipso
existēte: qua definitione duo innuit, quæ si nō improba-
ri, saltē controuerti possunt. Primū, an phrenitis non tā-
tum in membranis cerebri, sed in ipso quoq; fieri soleat.
Secundum, vtrum necessario requirat harum partiū in-
flammationē, vel sufficiat in eisdem superadditi caloris
excessus. De primo sentit Gal. 3. de loc. 5. phrenitidem
cerebri esse affectum: clariús vero 2. de caus. simpt. 7. vbi
sic: *Phrenitis phlegmonem in cerebro, & eius inuolucris exci
tat.* Et 4. de caus. puls. 14. membranas a calido, & sicco
humore faciliús inflāmari concedit, cerebrū a frigido &
crasso. Similiter 4. de pręs. & puls. 8. quamuis schirrū nō
admittat, erisipelata nō rennit. Manifestè 1. popul. 2. tex.
54. dicēs: *Cerebrū scilicet, eiusque mēbranas tenente phreniti
de.* Videtur assentire Auic. 1. 4. tract. 4 cap. 13. & 1. 3. trac.
3. cap. 1. qui inflāmationē cerebro nō denegat, licet fa-
teatur raritatē euētus. Aet. similē Paul. dubitationē in-
uoluit: quāquā enim cap. 2. 6. lib. solius mēbranæ inflā-
matę faciat mētionē, inferius duo subiūgit capita, alte-
rū de inflāmatione cerebri, alterū de erisipelate eiusdē.
Quæ pariter addunt & Paul. & Auic. In hanc it senten-
tiam Haly 9. theor. & maior pars recentiorum, eo ta-
men discrimine vt quidam vtranque inflammationem
seorsim factam non permittant, membranarū videlicet,
& ce-

& cerebri, alij fateantur. Vnus negauit Serapio ducta inde ratione quod durissimum sicut ossa, & mollissimum, quale cerebrum est, inflammari non possit, idque præsertim à bilioso humore, quem facile defluentem non recipit: preterlabitur enim, nec hæret ad fixionem inflãmationis. Accedit quod cerebrum pars alba est, atque exanguis, nuda venis, & arterijs, quare a sanguine, quẽ non habet, non inflammabitur. Cum hoc videtur sentire Ras. 1. cont. tract. 18. cap. 21. qui in sola menynge tenui inflammationem admittit. Ego quoque, non obstãte tantorum principum authoritate probabilius statuo cerebrum vera phrenitide nunquam prehendi, nec a bilioso humore vnquam inflammari: veram autem dico, in qua triplex morborum genus reperitur: non soluitur continuitas, quia cerebrum cedit irruẽti humori tenui: si crassus misceatur in aliam affectionem transit. Rursus continget assari cerebrum, atque sphacellari (ita dicũt) à superabundante calido: vnde non phrenitis, sed mors subita, & præceps indignatio prouenit: meminerũt Hippoc. & Gal. vocantes, sphacellum. Vlteriùs probabile statuo, nec adhuc ab humoribus crassis veros tumores cerebro inferri, sed tantùm ijs turgidum reddi, non inflãmatum, non aliter quam massa panis fermenti viribus intumescens. Quarè consentaneum rationi est phrenitidem fieri in membranis cerebri inflammatis ex quibus hoc necessario compatitur, & succenditur. Innuit Gal. cit. de caus. puls. dicens, lethargum ex ipso potiùs cerebro ortum ducere, phrenitidem ex membrana tenui: quia scilicet phlegma hanc densam nequit peruadere, bilis valet, sistitque minimè preterlapsa. Imò 4. præsag.

cit.

cit putat non posse, nisi simul, compati. Itaque dicendū phrenitici inflammationem primario mandandam tunicæ, cuius vicinia cerebrum pariter incalescat. Et sic interpretādi sunt alijs in locis Gal. Paul. & Auic. cit. & hęc de prima dubitandi ratione. Pro secunda, intelligunt aliqui Pauli, & Gal. verba de mania, quod tutum non censeo, quoniam hæc ad inflammationem nunquam sequitur. Ego sic teneo, inflammātur membranę in phrenitide, quando vel bilis in stomachum refunditur, vel sola caliditas: & hæc de interpretatione verborúm Pauli; nūc in examen vocanda quæstio, Gal. 2. de caus. simpt. cit. ita scripsit: *Quippe phrenitis non tantùm à calidis ortum habet succis, sed præter id etiam phlegmonem excitat:* quæ verba geminam patiuntur interpretationem, primam, quod præter calorem succorum actium requiratur pariter inflammatio: secundam, quod non hæc semper desideretur, sed alterum sufficiat, siue eadem, siue caloris excessus in abundanti bile. Prima plus consona est; at aliunde petenda veritas propositionis: nam 2. porrhet. com. 1. sic inquit: *Phrenitis exquisita, & nulli alteri morbo permixta est cum flaua bilis locum in quo residet animæ princeps pars prehenderit, lethargus verò cum locum eundem deluirit, humeclaueritque pituita.* Sanè ille terminus diluit non videtur importare inflammationem, & confirmat ratio, quia citra illam potest bilis in cerebro putrescere, ac inflammari; vnde ingens delirium cum acuta febre, in quib⁹ phrenitidis ratio posita est: quarè colligunt aliqui ex cit. Gal. non perpetuò inflammationem in illa inueniri, sed nonnunquam cerebrum dilui, ac perfundi bilioso humore: At verosimilius habeo phrenitidem citra inflammatio-

nem non posse fieri,ac si quando sine hac cerebro inferitur affectus alios procreat,diliramenta,maniam,&c. vt pariter insertę menyngibus vehementes dolores afferre solent.Nec putrescens feret nisi perturbationem quandam illi similem,quę sequitur ardentium febrium incrementa: repericetur enim per venas cerebri aliqua, licet minor inæqualitas in causa putrescente:vnde nõ sic acuta febris,non tam perenne delirium. Nec placet eorum excusatio qui nomine incipientis phrenitidis rem conficiunt:à principio etenim ab irruente humore fit inflammatio quæ vi remediorum intercipitur,vel mitior redditur. Adde similitudinis argumentum:si namque phrenitis ab humore citra inflammationem putrente induci posset,pariter ab eodem pleuritis vera,ab eodem cynãche,quod nullus concessit.Iam verò deficiente humore,quòd solus caloris excessus illius nunquam sit causa, sed solius maniæ,planum habes;& quamuis supradicto id Paulus de phrenitide videatur sentire, interpretatur de vario consensu cerebri in ea affectione. Constat itaque ex duobus quę discussimus verum erisipelas in cerebro non fieri,sed in menyngibus, sine quo rursus vera phrenitis non inuenitur:vnde sequitur cerebri substantiam lethargo esse promptiorem:item causas internas crebriorem præstare occasionem inflammãdę tenuis membranæ,externas paratiores ad crassam afficiẽdam; vtrãq;efficiendę phrenitidi satis appositã, vtriusq; cum cerebro perpetuũ cuiusque affectionis consensum.

Differentiæ. Ex supradictis colligitur vera phrenitis,cui accedunt similes alij affect⁹ quos paraphrenitides,& pseudo phrenitides vocant.Rursus illa aut est incipiens,aut sequitur

mor-

morbos alios: rariſsima prior ſcilicet in exāgui cerebro, & a trūcis venatū remitiſsimo, ſecū. frequētior quia per febriū ardores cerebrū incaleſcit, & ſucci bulliunt: vnde illud ad recipiēdū aptius redditur, isti ad ſubeūdū propitiſsimi. Contra pleuritis crebrerrimè incipit, & quia in proximā pleurā grandiū vaſorū multitudo ſe exonerat, & quoniā cor viſcus calidiſsimū, & ſanguine affluēs vicinū imminet, & hæc ſit quę per proprietatē cōtingit affectio. Quæ per cōſenſum naſcitur ſimiliter eſt duplex: altera ſequitur affectū diaphragma (pſeudo phrenitidē vocāt) altera vapores ardētiū febriū, ſeu patiatur os vētriculi, vel hepar, aut mēbrū ſimile, vel nullū, & hāc para phrenitidę appellāt: iſtius cauſa in promptu eſt, illius ratio difficilior: duplex tamē communiter redditur: primam innuit Gal. 3. de loc. 1. cōnexionē, mirāq; ſocietatē inter caput, & ſeptū. Secūdā, huius perēnē, & irriquietā motionē. Societas cōſtat neruorū diriuatione, per quos ferun tur calor, & vaporoſus ſpirit⁹, mot⁹ eiſdē addit impetū inſtar flabelli vētū pellētis: vnde, licet nō minor ſocietas interſit cerebrū, & vētriculū per inſignes neruorū propagines, ea nō ſequitur phrenitis. De paraphrenitide etiā dubitabis. Si a quacūq; febre leuantur fumi qui caput, ceu cuminū, petūt, cur ſemper phrenitidē nō ferent, ſed nūc dolorē, modò vertiginē, nūc affectus ſimiles? Dicēdū id euenire, & ex natura ſublati halitus, & recipientis particulæ vapor enim frigid⁹ ſēper immobilitatē, & ſtuporē infert, calid⁹ perturbationē, motū, & rationis noxās ex mēbris cerebri ad intēperies aptius ad dolorem meninges, vētris cerebri⁹ obſtruūtur, nerui crebrerrimè, deniq; varietati loci, & ſubeūtis auræ affect⁹ diſtinguitur.

Ergo paraphrenitis accidit à calido, arenteque vapore cerebrum irruente. Et istæ sunt phrenitidis species (adde vinolenti deliramenta, si modice afficiatur patiens, nec largiori potione languecat. 3. probl. 2.) quæ scilicet veniunt ex varietate loci affecti, & causarum. Sumuntur aliæ a simptomate, de quibus sic Gal. 4. de loc. 2. *Sunt qui quantum ad sensitiuam potentiam attinet rectè iudicant quidquid ante oculos se se offert, cogitando verò a naturali iudicio aberrant: alij rursus cogitatione minimè falluntur, sensibus tamen difformiter mouentur.* Particularius sic Aæt. *Vel sola imaginatiua læditur seruata ratione, & memoria: aut sola hæc saluatur imaginatione simul, & ratione corruptis: aut ratio tantum iniuria afficitur saluata imaginatione, atque memoria.* Hāc distinctionem modernus quidam improbat alia ductus opinione de loco interniorum sensuum, quos putat separatas sedes non habere in cerebro, sed in toto simul residere: hoc autem quia non admittimus, neque illud. Addit præterea memoriam in phreniticis offendi læsione propria, sed & hoc pariter rationi non consonat; in his enim ea pars minimum inflammatur, neq; a maiori contracta siccitate corrumpi solet, aut imminui: imò iuuari, & crescere, nec impedit (ait ille) pororum coarctatio, quæ potiùs ad retinendū confert, ne liberè effluāt simulacra, & ministri spiritus: quare per calorem, & ariditatem phreniticorum contingit reliquas potētias corrumpi, hanc saluari: at si quando in consensum trahitur, ac simul afficitur, indirectè, atque ex accidenti malum sequitur propter viciatam actionem æstimatiuæ, & phātasiæ à quibus pendet memoriæ operatio (illæ species ministrant) vnde hæc instrumenti defectu ritè nō valet

gere, idque magis, aut minus pro inducta illarum offensione. In hæc satis de differentijs phreniticorum, & eorundem causis.

Signa vniuersalia phrenesis in aperto sunt, illam præcipuè quæ præsentem ostendunt imminentem insinuat irrequieta motio, præceps, atque inordinata loquutio, oculorum rubor, ac volubilitas: in præpolenti sanguine faciei incendium egri patiuntur, furorem habent cum risu mistum: in bile perciti rabie, & temeritate insaniunt cum vultus squallore, atque sæuitie. Rursus diuersæ morbi differentiæ non ita facilè separantur: phrenitici non delirant subito nullo præcedente affectu, æquali ferè tenore tùm caloris, cùm perturbati animi. Paraphrenitici repente insaniunt (vires sensim acquirit inflammatio, vapor confestim ruit in cerebrum) cessantque per interualla, aut saltem manifeste remittitur delirandi ferocitas: antecedunt verò morbi alij, in his autem insigne peruigilium, & dolores membranarum. Quę ab affecto diaphragmate cõtingit insania solo respirationis ordine a vera distinguitur: in hac enim rara, & magna est, in illa parua, ac frequens: in vera vox grauis, in spuria acuta cernitur. Adde Hipp. discri men hippocondria sursum reuulsa propter inflammationem septi. Dubitabis tamen de primo respirationis signo: qui fieri possit vt septo affecti paruam, & frequentem reddant, si dolore vacant (dolentes talem coguntur edere) non raram, & magnã phreniticorum propriam. Dicam instrumenta ob inflã mationem commode distendi nequeunt, ac propter incendium præsens augetur frequentia. Accedit quoq; peculiaris inæqualitas ex varia delirantium apprehensione,

Signa.

Spuriæ phrenitidis.

sione, non mutata tamẽ paruitate ob perpetuam instrumenti rennitentiam. Sic itaque a pseudo phrenitide, & paraphrenitide distinguitur: a mania verò per adiunctã febrem; a cataphora per animum celerem continuo vigilantem, non obstante ad somnum inclinatione: demẽtes enim simul, & soporosi sunt (3. vulg 3. com. 45.) soporosi a crudorum frigore, & multitudine; delirij ab acri istorum calore per putredinem adquisito: mitior autem febris, & taciturnitas mixtionẽ melancholiæ insinuat ci tati, com. 86. Cur verò insanientes durãte morbo robustissimos motus habeant, post insaniam nimis debiles, languidiq; existant, causa est intentus animus minimè laborem sentiens, vnde ad agendum conatur fortiter: addit Aphrod. 2. probl. 77. robur cerebro, ac neruis a siccitate inditum; sedata autem insania lassitudinem sentiunt, quia nerui molliores redduntur. Et hæc sit cuiusque speciei demonstratio, si misceantur ad inuicem confundentur signa: in omnibus ira, furor, motus, & peruigilium sunt inseparabilia.

Prognostica. 1 A phrenitide in lethargum transitus facilis est, Aet. & Auic. cit. intellige non valde difficilis, crebrior verò si noceat intempestiua frigerantium admotio, vel antecedat pituitosior cerebri complexio.

2 Si vltimò impressa est phrenitis curatione non admittitur curatur quando in via est, sed non apud negligentes, & stolidos Mesues, cap. proprio. Primum de mania videtur interpretandum.

3 A phrenitide raro senes euadunt (sic de pleuritide iudicandum;) tum ob multas vires quæ desiderantur, cũ propter magnã morbi impropotionẽ) iuuenes sæpiusq;

4 Phre-

4 Phrenitis frequentiùs sudore terminatur, vel effuso narium sanguine, 1.3.trac.3.cap.1.3.cris.3.1.porrhet. 13. frequenter vero accedente vomitu iuuari solet.

5 Palpitantes oculi in phreniticis conuulsionem protendunt: hac verò facta immoti perstant.

6 Leues, & turbulenti homines deliri leuibus de causis fiunt: qui contrarijs sunt moribus non nisi a magna causa solent in sanire 3.vulg.3.tex.87.

7 Quies, atque desidia in phrenesi perdurante proxime morituros insinuat: non enim ex humore peccante prouenit, sed ab extinctione virium, quæ iam intereuntes conquiescunt.

8 Ab acutiori phrenitide quarta die exanimati intereunt, a remissiore vigesimũ vix attingit, 3.epid.3. tex. 75. vidit ibidem Hipp. phreniticum tertiò mortuũ, quẽ, ceu ratum nobis ob oculos proponit: viderurq; morbus ortus ab sphacelo cerebri, licet Gal. venali morbo virulentæ bilis imponat interitum.

9 Dũ meninx cũ minori periculo inflãmatur, maiori tenuis hęc acutiore sensu, & doloris nomine cerebrum vincit. hoc dignitate præcellit, atq; humoris multitudine: quare in hoc maius periculũ vertitur, si pati possit verãm inflãmationem, sin minus adustionẽ, vt sup. diximus.

10 In vniuersum phrenitis salubrior est, in qua æger recordatur pręteritę alienationis, 4. de loc 2. de diff. sim pt.3. Itẽ, quæ præbet risum, vel speciem lætantis animi, 6.aph.53. contra damnatur in qua nunc risus, modò lachrimæ succedunt. Quę pulmonię mutationẽ sequitur, 7.aphor.12. quæ spasmum superuenientem comitatur, 1. vulg 52. quando ingenti incendio vrina aquosa non-

ref-

respondet, 4. aphor. 72. (Gal. in com. nullum cum tali vrina saluatum vidit) prauum quoque in phreniticis oculorum tortura, sudor circa caput, extremorum frigiditas, ac liuor, & virulenta vomitio, quamuis flaua supra commendetur. Tandem reprobantur summè ferina rabies (hæc ab adustiori bile prouenit, 3. de loc. 7.) & cum paucis viribus irrequieti, & validiores motus. Cur verò isti in debilibus phreniticis existant supra diximus ex Aphrodiseo. Adde in talibus sentiendi facultas magis offensa est, mouendi validior, quia posterius cerebrum motionis principium in hoc affectu leuissimè inflammatur, & in alijs leuiùs propter vasorum exiguitatem, frigus, & siccitatem. Secundò, iuuat immodicus calor motum excitans. Tertiò, membranarũ morsus perpetuus, quem vis lacessita conatur excutere. Accedit imaginatio, quæ fatigationem motus non percipit: quare tales, quantumuis laborent, minimè languescunt. Sed cur manus mobiliores habeant mẽbris reliquis, ratio est, quia istæ creberrimis motibus sunt destinatę, indeque propẽsæ in antiquam consuetudinem. At iactandę linguę occasionem præbet immodica ariditas (ideò quærit irrigari) & inordinata imaginatricis impulsio (huius impotẽtia silentium cogit) excitam ideò non raiò mordent. Festucarum tamen collectio refertur ad fuligines albugineum obsidentes, & ad imaginationes clausis oculis conceptas.

Curatio. Vniuersaliter varianda est curatio secundum speciem causæ: in paraphrenitide habenda ratio subiacentis morbi, quod assequeris triplici consideratione. Primò si reprimas feruorem inferioris, mandantisque membri. Secundò,

cundo si ascendentes in caput halitus inhibeas. Tertiò, si hoc satis firmes, ac robores. Pseudo phrenitis verò sol uitur curatione inflammati diaphragmatis: at horum re media aliunde petenda: modò veræ phrenitidis curatio nem prosequamur.

Victus. Mesues frigentem cibum phreniticis desiderat, & ae rem temperatum: domū quærit a lumine, & simulacris liberam, constratamque frigidis ac odoratis floribus: laudat preterea murmur ventilatarum frondium, currentium aquarum sonitum similem, omnimodam quietē, lene gaudium, cantus suauitatem, & assistentium prudētiam, qui sciant & coercere impetus ferocis animi, & mulcere indomitum ęgrotantem. Paulus in aere temperiem, & lucis mediocritatem requirit: quem alij concedunt, frigidiorem potum interdicit, noxium videlicet cunctis inflammationibus, sed deterrimum in septo inflammato: domum pariter silentem, & a gentibus expeditam, quam nisi acceptissimi ingrediantur, qui laborātem non interpellent: imò nunc mansuetè consolentur, nunc austeriusculè corripiant, qui curent ne phrenitici immodicè agitentur, & vinculis, si oportuirit, detineantur: inordinatus quippè motus virtutem debilitat, igneum calorem accendit, & coctiones, ac somnos impedit. Aer. in hyeme auram tepentem, in æstate algidam postulat hęc nocet ob indigentiam resolutionis, illa ob additam intemperiem. De victu in nimio feruore crudas lactucas, & medullam peponis concedit Paul. quod admittes, si inferior putredo non infestet, transacto iam morbi vigore. Hæc illi. Sanè cibus vniuersaliter præcipitur tenuis propter morbi acutiem, nisi deiectæ sint vires

ab alio præcedente. Licet autem in melius eant phrenitici a probo victu recedendum non est: facile enim recurrit affectio: vnde Haly hos in victu continet 30. diebus a morbi principio, Zoar 40. licet hi magis videãtur explicare terminum in quo tales recidiuare solent. Ad frigidum verò inclinet ob humoris incendium, & tenuitatem. De temperie continentis, sanè morbi, & anni tempus aeris applicationem variant, sed tutior inspirata frigiditas quæ venarum ebullitionem temperet. Præterea vultus languentium fiant aduersi ianuis, ne intueantur ingredientia: amplum domicilium, ne caleat, & procul a via, ne strepitu prætereuntium irritetur æger; altæ fenestræ, & diligenter custoditæ, ne subitò se præcipitet: rarò admittantur, quos veteatur: lectus firmiter componatur, ne vacillet: sublimis situs perturbat contra naturam reliquorum affectuum, ideò medius conuenit, ædes subterranea, lateribus tamen, vel tabulis constructa: radij, faces, & magnæ luces sunt fugiendæ, vt pote dolenti capiti semper inimicæ: idcircò aura ad obscurũ decliuior, nisi timor occupet, quem tenebræ maiorem incutiunt.

Phlebotomia. Vacuatio citissima requiritur ob morbi periculum, & celeritatem. De sanguinis missione largam præcipit Auic. sed in statum aliquid relinquit, vt vires in pugna sufficiant: hoc autem in sanguinea phrenesi, in biliosa enim parcam consulit. Haly ferè similiter. Aet. non quãtum morbus postulat extrahendum esse iudicat, ob agitationem plurimam, & laborem quo ægri conflictãtur: vnde aduertit mediocrem incisionis modum, ne profuso foramine exhalet spiritus. Mesues in sanguinea tantùm phlebotomiam admittit, in cholerica purgationẽ:

quæ

quæ positio maiorem inuoluit dubitationem, propter quam aliqui censent duobus in casibus admittendam. Primò, quādo cum paucissimo sanguine bilis afluit. Secundò cum post alios morbos, & largas vacuationes infirmę sunt vires. Dic tamen: si vires nullo modo tolerāt, nec adhuc sanguineæ tribuenda est, si ferant aliqualiter nulla excusans occasio: reuellit etenim caput petentem humorem calidum, & furentem temperat, præseruatq; sanguinem, ne simul cum bile duce cerebrū irruat. Quarè si virtus ferat in omni phrenitide sanguis est mittendus, parcè in biliosa, parciùs in eadem cum inopia sanguinis, vel in natura postrata euacuationibus: liberè in sanguinea, liberius si incipiat in pleno corpore. In secanda vena non similiter consentiunt. Aætius mediam eligit. Paulus absolutè loquitur de vena cubiti, imitans Gal. 13. meth. 21. vbi indiscriminatim phlebotomandum pręcipit, si virtus ferat. Mesues cephalicam commodiorem statuit; eandem Haly, & Auic. At satius sequenti vtimur distinctione. In incipiente morbo, si simul vrgeat totius plenitudo, media prius sumenda est, hinc ad cephalicam transeundum: in vacuo corpore illico hanc secare conuenit (seu phrenitis incipiat, vel sequatur ad alios morbos) nisi membrum inferius perenne suggerat fluxionis principium: in hac enim occasione prior medię vsus non est incongruus. Rursus de mensium suppressione recenter adiuncta moderniores dubitant: præstat tamen vrgentiori occurrere, quando præceps periculum vertitur, præcipue si magna plenitudine vasa non turgeant; interim verò

femoribus figantur cucurbitulæ, quæ inhibeant ascendens menstruum, motumque inferiús retrahant. Aliter securiori euentu talum priús feries, aut saltem vitabis melius morsus, & contumeliam mussantis vulgi. At prę ter has admittunt nasi, & frontis venam, non nisi post exactam totius euacuationem, & quiescentem fluxum: sed & hoc tardam in medico considerationē postulat.

Purgatio In purgatione vnanimiter consentiunt: at circa modum distinctione opus est. Quò affectus biliosior, ac recedens a natura sanguinis, cò largior, & promptior adhibenda, eo commodior, ac securior. Vtrum verò per initia conueniant dubitari potuit. Negant aliqui; atque post citam sanguinis missionem, adhibent ventosas, ligatturas, frictiones, sternutatoria, & similia: reddunt verò rationem. In ardenti phrenitide (aiunt) irrequietus ægri situs, atque aduersa mens non permittunt purgationis vsum. Addunt aliam ex Gal. 2. acut. 11. formidantis purgantia non tantùm in internis inflammationib⁹, sed in quibusuis vehementibus febribus: nempè quia potest, & augeri inflammatio a calore pharmaci, & ab huius motu agitationem fieri. Sed non conuincunt (licet in pleuritide alia subsit ratio) nec tutū illud habeo, quoniam tardare in his malum est, & præceps morbi occasio ac velox motus moram non tolerant. Expedit igitur purgare per initia ante firmatam phrenitidem præsertim in copiosa bile, quam venæ continuò in caput transmittunt. Firmato iam humore aptiùs intendimus ipsius resolutioni, & partium robori. Lenis tamē sit purgatio, ac refrigerans qua non ampliùs excandescant acriores succi: præstant manna, cassia, tamarindi horum

deffectu

deffectu (cætera Gal. metuebat) rhebarbarum licet bili educendæ aptissimum ob calorem suspectum est. Si fortè sequatur agitatio, iterata missione sanguinis sedari potest, si virtus ferat, in defectu virium sequenti metho do, & largo refrigerantium vsu.

Si morbus præstet inducias præmittenda est corporis vacuatio, lib. de cucurb. cap. 3. alioquin maior timetur agitatio humoris furibundi. Adde nec prosunt insigniter ob maiorem impetum humoris fluentis, quam sit vis reuellentis remedij. Igitur conueniunt ventosæ, sanguisuiæ, frictiones, ligatturæ, sternutatoria, menstrua, clisteres, hemorrhoides & lotiones cum tepida: vomitio suspecta est ob agitationem, qua sursum feruntur humores, sed incitato ventri, & vomitibus assueto conuenit. Lotio verò non tantùm humores inferius retrahit, sed & somnum conciliat, & partium calorem temperat. Clister præter additam refrigerationis vtilitatem, & euacuationem fæcum, quæ maximè retinentur in hoc morbo prodest vlterius triplici de causa. Primò, delirij obliuionem acuit. Secundò, assata, & astricta viscera emollit. Tertiò, delatam bilem ad superiora reuocat: præstat ideò leuior propter naturalium membrorum caliditatem: quare & sal omitti conuenit, nam obuiat intentioni refrigerandi, & humectandi, vnde clisteri febrientiū sal non additur, 11. meth. 9. modicum tamen iungi potest, quando vrget obliuionis necessitas. Auic. vbi multa quæritur refrigeratio miscet endiuiam, sed melius oleum rosatum, vel lac: nimis enim frigida & aquea ventri sunt inimica. Frictiones cautè sunt adhibendę, ne succi immodicè agitentur. Vētosæ ab infimis ad superiora ten- Reuulsio

tendentes melius reuellunt, è contra appositæ aptius vacuant, & diriuant. Sternutatoria minùs tuto diriuant ob agitationem proximi cerebri, & acrimoniam medicamentorum, quæ minimè conueniunt in mordaci, & calido humore. Occipitis ventosa post alias efficacior est: hanc aliqui affigunt capiti: sed hoc rarum, & meditatiús faciendum, nec nisi corpore exactè vacuato. Ligaturæ vltra commoditatem reuellendi, domando ægrotanti seruiunt. Menstrua, & hæmorrhoides maximè conferunt præsertim si inde mali sit origo.

Localia. De localibus, Paulus rosaceo caput irrigandum præcipit. Gal. 13. meth. 21. rosaceo & aceto vtitur ex sententia Thesali, additq; decoctũ ex capitibus papaueris. Auic. permittit rosaceũ infrigidatũ niue. Aet. hanc in frigidationẽ reprobat ob timorẽ lethargi, & difficiliorẽ causæ discussionẽ. Recentiores laudãt compositionẽ aquę, olei, & aceti rosati (si aqua oleum, hoc acetum superet) addunt aliqui guttulas succi lactucę, cucurbitæ, semperuiuæ. Existimo ego certam in hoc pręceptũ esse inutile, sed variandam topici applicationẽ pro diuersitate intentionis sequenti methodo. Primò considerandum morbi tẽpus, cuius ratione Auic. in principio permittit decoctionẽ papaueris; postea addit camomilã, vltimo lac mulliebre ex calenti vbere: hoc tamen in statu noxium vbi maior quæritur resolutio: lac autẽ suo lentore obstruit: vnde resoluto humore cõuenit, emmẽdatq; derelictam intẽperiẽ: sed & hoc quoq; per interualla necessariũ est, vbi remouẽdæ vigiliæ necessitas viget: qua intentione Haly papauerinũ, & lactucarũ medullãs porrigit, & ille in fortibus opij grana anethino dissoluta tẽporib⁹ apponit.

nit. Secundò, consideranda capitis dispositio: in multa nanq; istius plenitudine fugere oportet intensam frigiditatem: non sic in magno feruore cũ minori plenitudine: in quo casu admitti, & intelligi potest illud superius Auic. de rosacco niue infrigidato. Tertiò, aduertenda simptomatum vrgentia, præsertim communis vigiliæ, propter quam, & adhuc in statu maiori infrigidatione, atque humectatione opus est, vt iam ex Auic de lactis vsu pronunciauimus, & interpretari potest citatum Pauli de perfusione rosacci. Quartò, contemplandus inflammationis locus. Quintò, robur, vel debilitas infirmi, natura morbi, & species, quæ varias medicamenti vires postulant. Sic ideò præscribendus topicorum vsus. Primò, repellentibus vtendum: in statu æqua resolutione, in declinatione maiori: nec obstat Gal. cit. meth. commendans perfusiones papaueris per statum phrenitidis: quia ibi conuertit intentionem ad vrgentem vigiliam (id supra de Auic. & alijs animaduersum est): quæ sæpè tanta est, vt medicum a regulari curatione substrahat. Vel Gal. per vigorem intelligit summum simptomatum quod cum principio, & augmento interdum coincidit. Deinde olea non perpetuò caput supernatent: parant enim lethargo ob prohibitam transpirationem: quarè per interualla illud decoctionibus fouere expedit, vt pateat exitus salienti vapori. Rursus illæ non morentur in capite, vsque ad infrigidationem, quia a frigore densatus humor malum geminat: siccabitur igitur suaui linteo. De secundo varianda sunt localia pro situ inflammationis: si nanque pericranio, vel cuti extimæ communicetur (non rarò id euenit) potiùs

potiùs conferunt mollientia,ne veritatur humor ad cerebrum: quo profundior illa est,eò securior vsus repellentium. De tertio,in cerebro valde debili intensè frigida fugienda sunt,non sic in validiore: quare in hoc admitti possunt somnifera , & stupefacientia , in illo formidari. De quarto si pituita commiscetur omnino interdicantur frigida. Neque incommoda est repellentium varietas pro diuersitate humoris. Ideò in sanguinea declinẽt ad siccum,in biliosa vtilior est humiditas . Nec obstat sanguis maiori repellente crassescens , ob idque maiori discusione indigens,bilis verò in freneis calor maius frigus,& astrictionem postulans: nam continet veritatem propositio in externa inflammatione : aliter in his vbi maior quæritur primarum qualitatum temperies , quã secundarum actio. Aduertes demúm in deliriante per cõsensum venarum,quia datur perennis humorum fluxus in caput,non tantùm fronti,& sincipiti sunt adhibenda repellentia,sed collo,& lumbis etiam: iuuant enim dupliciter,temperant infernos ardores cholerę bullientis; & prohibent illius ascensum. Resoluentia satis pręmeditato euentu sunt apponenda: intempestiua nanque sępè de nouo calorem,& feruorẽ concitant,maxime in phreniticis,quibus frequẽs accidit recidiuæ periculum,quæ sanè mortalis est. Ideò columborum, & similium vsus valde vtilis , si opportunus , & è contra pernitiosus est. Igitur tres, vel quatuor pręsto sint qui per vices innouati apponantur. Secundo,linguę humectandę, ac irrigandę diligens cura habenda est,arens enim,& sitis minimè persentita damnum geminant. Ideò non tãtùm oris partes,sed guttura etiam intro,forisque conuenit humectare.

tare. Et hæc sit phrenitidis tractatio, longior quidem duplici nomine,& quia breuior futura est in similibus capitis affectionibus, quæ in communibus præceptis eandem ferè postulant curationis methodum, & quoniam cum indomito laborante res agitur, qui maiorem prouidentiam,& solicitudinem desiderat.

CAPVT XI.

De dolore capitis.

Diximus veram phrenitidem velaminibus cerebri conuenire, ipsis videlicet inflammatione tentatis: nunc simptomatis dolorifici causę sunt inquirẽdæ: quod quia menyngibus etiam peculiarius, quam reliquis partibus capitis, ideò illud huc annectere visum fuit.

Dolorum differentiæ in capite sumi possunt a communi causarum principio (ita dolores cęterarum partium) hoc autem duplex est, intemperies, & continui solutio: vnde gemina doloris species. Rursus intemperamentum, vel simplex est, vel coniunctum habet humoris, aut vaporis fluxum: si simplex, ternæ accidunt doloris species (humiditatem excludimus) si humor, aut halitus simul vrgeat, duplex erit, altera sequitur humorem in capite paulatim congestum, altera repentinũ ascensum a partibus infernis seu fumi, siue humoris. Isti iterum, vel simplices sunt dolores, vel febrem admistã habent, aut simile vitium. Et illæ inueniuntur immediatę causę dolorum in capite: antecedentes extãt aliæ, *Differentia ex causis.*

quæ

quæ pariter dolores variant; suntque in duplici differẽtia: externæ (si nomen merentur) æstus, labor, venus, percussio, & similes: internæ morbi a ij ad quos præsens sequitur, aptitudo recipientis membri, mandantis robur, & excrementorum abundantia ceu in toto, siue in capite: huius verò promptitudo triplici ratione conficitur. Prima, si calor cerebri instar cucurbitulæ trahat inferiora. Secũda, quãdo sensus acuties dolorem promouet, aut innata imbecillitas suggerit. Tertia, cũ naturalis constitutio causa est, vt illi qui cũ magnis visceribus, & paruo capite repletioni capitis sunt obnoxij.

Ex loco. Suæ quoque ex locis adsunt differentiæ. Vtraque membrana dolet frequentiùs: has perycranium sequitur, caro latenter, atque remissius patitur, cerebrum dolore nõ affici verosimilius est sed de hoc postea: nunc sequentes veniunt differentiæ. Hemicrania, sic Græcè dicta, quod dimidiam capitis partem occupet, vel monopagia, quasi vnam partem obsidens. Arabes vocant sechichia: vnde videtur deductum vulgare Lusitanũ, xaqueca; est & alia species, quam clauum appellant, quod dolor ad similitudinem claui cogatur ad frontẽ, & supercilia, si verò aliquod ex temporibus teneat, catophos dicitur. Addit Zoar, dolorẽ totius capitis, quẽ Arabes baida vocant, lib. 1. tract. 9. cap. 19.

Ex tẽpore, facilitate, aut difficultate. Qui dolor ęgrè cedit, & per interualla diuturna repetit cephalea est, qui sine intermissione cõtinuꝰ cephalalgia, 3. de loc. 9. Aliqui capitis dolorẽ, & cephalalgiam duo putãt vniuersalia in alias species distribuenda. Alij cephaleã, & cephalalgiã duas statuũt cõtra diuisas species; hanc recentẽ, ac facilẽ, illã difficilẽ, & diuturnã. Videtur

detur cephalalgia supremũ genus (idẽ enim, ac capitis labor, ceu dolor de diff. simpt. 3.) quæ diuiditur in cephaleã, & cephalalgiã: cephalea verò Græcorũ videtur coincidere cũ eo affectu, quẽ Barbari vocãt sodã (Zon Arabicũ ambire significat, illa autẽ totũ caput vndiq; torquet) & rurs⁹ distribuitur in alias species de qui. sup.

Ex doloris modo nõnullę quoq; consurgũt differentię (huc istæ nõ faciũt) sic acutus, grauis, punctorius, & alij quos afflicta pars, & humor varios reddunt. *Ex modo.*

Has prętet vna est quã Auic. reperit in valido dolore iũcturarũ (nõ aliter glãs in vlcere vesicæ cõdolet) quæ sanè citra corporeã causam videtur cõtingere euẽtu duplici, vel quia maior est in extremo distẽtio quã in medio, vel quoniã communio, & mora in termino magis possũt; sic mordax vẽtriculi succ⁹ ampli⁹ offẽdit caput, quã partes medias, quas præterfluit. ¶ Dolẽtis capitis vniuersalia signa ægrotãs refeget: de peculiar. differ. ita Paul. lib. 3. c. 5. *Qui intra caluariã affectus est vsq; in oculorũ radices penetrat. quib⁹ vero extra existit circa caluã dolor impetit: cũ grauitate itaq; dolores humorũ multitudinẽ arguũt, cũ morsu humorũ, vel vaporũ acredinẽ, &c.* Subscri. Aęt li. 6. c. 48. ex Gal. 3. de loc. cit. ¶ In curatione duo vniuersalia cõmẽdat Mes. causæ remotionẽ, & curã doloris molliendi: prima perpetuò antecedit, nisi dolor ita vrgeat vt ad se curationẽ auocet: nõnunquã etenim tam vehemẽs est, ac æger sic doloris impatiẽs, vt ab ipso moliri curationẽ sit necessariũ nõ aliter de pleuritide, maiori tamẽ cũ periculo, & aduertit Auic. & tentauit Hippoc. 2. acut. 10. Hoc posito, cum plurimæ sint, vt diximus, in capite dolorum differentiæ non vna omnibus, sed *Ex cõdolentia.* *Signa.* *Curatio.*

multiplex admouenda curatio; quicumque enim (arguit Aæt.) sine distinctione ad dolorem capitis medicamenta scripserunt plus nocumenti, quam vtilitatis credentibus attulerunt: idem verò cum Paulo, atq; Auic. peculiarem notitiam, & curationem cuiusque speciei satis persequuntur: vnum tamen aduertendum restat de dolore gallico, in quo longè maior est difficultas, vt labor, ob idque inobediens affectionis natura communi curationi non cedit: quare ad sudores veniendum, ceu guaiaci, ceu indi, vel spartæ, quibus soluatur tenax, ac rebellis humor: vt quoque in antiqua cephalea sępè accidit, ardenti febre, & resoluta, & curata.

CAPVT XII.

De cerebro.

Nomina CErebrum, quod capite locatum ideò κεφαλὴν dixerunt antiqui: erit & ratio quòd in aliquibus vicem gerat capitis, exemplo cancri non habentis nisi medulæ similitudinem.

Præstāt. De præstantia capitis superius dictum est: sed quantò locatum suo loco nobilius est, continente contentū, tantò caput a cerebro vincitur: adde similitudinem: locato locus quodammodo inseruit, vasa contentis seruiunt. Nec obstat vniuersi fabrica, nam continendis viuentibus, præsertim homini longè manet inferius. Hoc igitur Plato diuinum appellat, & Poetæ de Iouis cerebro innatam fingunt sapientiam cerebri nomine; propterea a cerebri vsu abstinebant veterum mensę, tanquā

ab aliqua re sacra: ob id sternutantibus benè præcabātur, conseruatque morem hodierna dies, non sine ratione cerebri ineuitabile damnum existimans. Gale. verò tantùm sensit de cerebri nobilitate, vt ipsum, eiusque spiritus animam esse insinuauerit: quam certè non agnouit, quamuis de vi incorporea, & primo conditore dubitauerit, 6. vulg. 5. tex. 5. 5. de caus. simpt. 4. & lib. de spermate.

Substantia. Cerebri substantia ex purissimo spermate suscepta est, nec similis alia reperitur in toto: glandulę hoc tantisper referũt propter albedinẽ, & friabilitatem, inquit Hippoc. lib. de glandulis mollis item, vt & peruia spiritui, & promptior esset speciebus imprimendis, vnde sequitur neruorum fluxibilitas ad faciliorem motum.

Quantitas. Seruata corporis paritate maius est homini, quam cæteris animantibus, 1 de nat. anim. 16. ita vt vnum duo bouina superet. Sed maius adhuc maribus, quam fœminis, 2. de part. an. 7. sic decuit ad multum illius spiritum, perfectionemque, ac varietatem animalis actionis.

Temperies. Naturali temperamento frigidum, & humidum est, quæ qualitas congruentior censetur membro perpetuę agitationis, & perennis intelligentiæ: sic neque facilè accenditur, nec euanescunt animales spiritus calore resoluti: aliter somnus turbaretur continuò, pręcipitesque, ac temerarij forent animantis impetus, quales in phreniticante cerebro solent fieri: ideò frigidissimum statuit, Arist. 2. de part. an. cit. in moderationem feruidi cordis: Gal. tamen, quia sensuum organum, pronuntiat calidum: sed hic de influenti calore, ille de naturali tem-

perie.

perie intelligendus est: vnde Concil. tres inuenit caloris in capite rationes, primam calidi spiritus multitudinem: secundam eorundem, ac cerebri motionem variã: tertiam sensus, motusque perennis concursus. Addit Galen. tegumentum cranij, atque menyngum non leuiter obstans resolutioni.

Motus. Naturali motu agitatur, eoque tum proprio ad generationem animalis spiritus, tum arteriarum alieno: spõte enim fit diastole trahens spiritum ex mirabili plexu: at sistole coarctãs interiores sinus in alios, & in sensum transfundit spiritum.

Vsus. Inseruit functionibus potentiarum principum, inde actionibus sensuum, & regenerationi animalis spiritus, 8. de vs. pa. t. 2 & hęc vniuersim de cerebro: fabricam, & peculiarem vsum cuiusque partis nostra poesis satis narrat. Omittimus quoque tritas, & minus vtiles infra positas quæstiones, ne longe trahatur momentanea aliarum rerum vtilitas.

An cerebrum sit sedes facultatum principum.

Quæ, quotque illæ sint, & quas cerebri partes obsideant.

An cerebrum sit neruorum principium: an sentiat: quas partes habeat.

Vtrum venis, & arterijs cõiuncti sint nerui: an hi sensus, & motionis organa: an motorij a sensificis distinguantur: vtque pereat sensus illæso motu, & econtra.

Vtrum sola facultas per neruos influat, vel cum hac simul spiritus, & hic per externam, aut internam nerui partem feratur. Cur inflammata, aut vulnerata altera capitis parte in oppositam cadat conuultio, vel per obs-

structionem

ſtructionem alterius oppoſitæ reſolutio. His ergo ſuppoſitis ad morbos cerebri tranſeundum, quorum vt diximus valde momentanea tractatio eſt: cerebrum namq; (ait Hipp.) omnis morbi principium. Quod verò & ipſum diuerſis morborum generibus ſit expoſitum ſuadent multa. Primò tectum domus calidæ caput eſt, & veluti caminus totius corporis foco cordis ſuperpoſitus: quare ratione ſit⁹ maximè eſt repletioni obnoxiū: quod ſcilicet ſublime leuatæ fuligines mordent, ac feriunt. Secundo faciunt excrementa quibus afluit. Tertio iuuat mollis, & patibilis cerebri conditio. Quarto, tot organorum armonia continuò ſenſuum calores excitans. Quinto, venerij exceſſus incommodum, quod maius ſequitur in hoc, quā in reliquis membris. Iuuāt voracis ventriculi, quæ ſubſtant fuligines, & huius cum cerebro magna, ac frequens ſocietas: maximè ſi calidū iecur concretam ſupereminentis humiditatem fundat, ac diſsipet. Ideò de morbis iſtius prolixior ſequens diſputatio.

CAPVT XIII.

De lethargo, & omni ſoporoſa affectione.

DIximus cap. 10. lethargum cerebro magis conuenire, vt phrenitis velaminibus; ideò huius erit loci, & ipſius & conſimilis diſpoſitionis tractatio.

λήθαργος dicitur ab inducto effectu, & obliuione, quā ſignificat τὴν λήθην, ἀργὸς autem morbus; quaſi morbus obliuioſus. Alijs ἀργὸς mens eſt vnde mentis obliuio interpretatur. Paulus cum Latinis veternum appellat. Nomina.

Arabes

Arabes sirsen frigidum (per calidum phrenitim intelligunt) illis enim sirsen similiter obliuionem significat.

Signa, causæ & differẽt.

Cum multi,ijdemque similes extent soporosi affectus non potest haberi exacta vnius cognitio alijs incognitis: sunt vero sequentes, lethargus, coma, carus, cathocus, catalepsis, quam alij congelationem vocant: his adde,si placet,appopleticum stertorem, & hystericam fęminarum mortem. Igitur Paulus sic distinguit. Phrenitis a bile oritur cerebrum occupante, lethargus a phlegmate : si iungantur mistum ferunt affectum, quem Latini somnum vigilem, Gręci coma vocant : si bilis præpolcat, vigil phrenitis, si phlegma cathocus. Aętius cathocum,& catalepsim non distinguit eãdem affectionem esse existimans ex lethargo, & phrenitide compositam: at catalepsim humoris melancholici sobolem,carum verò lethargum grauiorem esse ait a frigidis,& pituitosis humoribus genitum:ita vt lethargici respondeant interrogati,non omnino muti, neq; prostrati; carotici arctiori somni profunditate detinentur, atque ita occupati oculos non aperiunt, non mussant, neque stimulati quidquam sentiunt:addit coma ex solis vaporibus inferni ambitus ad caput leuatis. Rasius carum,& lethargum iungit cæteros separans affectus. Sic Auic. vtrumque seiungit per inflammationem, & putredinem lethargi,quem subet vocat, vel sirsen frigidum:ex hoc verò,atque phrenitide compositum aposteina admittit,appellatque subet alshari: si lethargus superet subet shari,idest coma somnolentum: si phrenitis sheia subetia,Latinis,coma vigil: at catalepsim distinguit nomine sachos. Galc. lib.de art.com.2.tex.20.

sic

sic de caro: *Nam sopor qui κάρος dicitur facit, vt neque sentiat, neque moueatur homo, neque intelligat.* Ita de comate, 1. porrhet. 1. *Nihilo verò minus phreniticos esse dicimus qui cumque comatosi cum sint, non sapiunt, sed delira loquuntur, atque à præsentibus expergefacti stupefactis similes inueniuntur.* Cathocum verò, & catalepsim minime separat, illũ a veteribus Græcis, hanc a iunioribus oriundam: distinguit tamen affectum a lethargico pulsus duritie, 4. de caus. puls. 16. addit inæqualitatẽ hic, & lib. ad Tir. cap. 11. differentem ab inæqualitate lethargi præter vniuersi corporis langorem, atque obtumidum habitũ, quod in catalepsi & densatur, & constipatur insigniter. Haly vt similes affectus iungit, additque scotomiam, & corruptionem cogitationis, atque memoriæ. Alij cõminiscuntur alia, quæ necessario omittit huius loci breuitas. At cum tanta sit authorum varietas, non tantum in secernendo affectionum istarum nomine, sed re ipsa explicanda, opus est sequenti distinctionis serie. In primis differunt superiores morbi (vt alij quos cerebrum patitur) triplici ratione, scilicet, varietate loci, læse facultatis, & causæ excitantis (addes, si placet, diuersitatem futuri euentus) vndè si sanguis obsideat primum cerebri ventriculum leuem somnum efficit; si reliquos ridentis diliria, phlegma in postica magis lethargum, in anteriori carum promouet: melancholia in priori parte vigiliam excitat, in media timens, ac triste delirium, in postrema catalepsim, & interdum memoriæ iacturam ob ingentem perfrigerationem: at bilis vbicumque delirium cum ferocitate reddit. Si tamen ij succi substantiam non occupent, sed cauitates obstruant partim vertigo,

tigo,vel incubus,partim appoplexia,vel epileptia accidet,de quibus postea. Ita cum simul omnes potentiæ vitiantur mixtum genus delirij sequitur: omnino cessant in caro,catalepsi,& appoplexia,imminuuntur (memoria maximè) in lethargo: diuersitas euenit comati. Si perditur æstimatiua,expectabis amentiam;si minuitur, fatuitatem;si vitiatur,delirium. Imaginatrix perit in caro,catalepsi,& appoplexia, tenuatur in lethargo, corrumpitur in phrenitide. In priuatione motus, & sensus conueniunt carus,catalepsis,appoplexia,atque epileptia:differunt quia appoplexia,& epileptia lędunt respirationem:hæc cum corruptis motibus, & priuatione sensus,illa cum totali ablatione vtriusque. Strangulata non omnino priuatur sensu (audit enim & reminiscitur, quamuis loqui non posit) aliquando carotici ex se mouentur. Difficultas respirationis, ac stertor peculiaris est appoplexię, conuulsio epileptiæ, caroticis oculorū clausio,catalepticis apertio,lethargo febris,comati interruptus sopor, histericę crurum contractio, & mortuorum similis effigies. De loco appoplexia ventres, & cerebri substantiam replet, epileptia ventres, sed non omnes;carus solos priores,catalepsis posteriores,coma varium est ob compositam naturam tùm leuati vaporis,aut succi,cùm inflammationis genitæ. Quoad successum morbi appopletici in forti morbo semper pereunt,in mediocri ferè:epileptici ambigunt: sic comatosi,ac histericæ:lethargus caro periculosior: inter ambos media catalepsis. Secundò supradicta comatis varietas multipliciter accidit: primò a permixta inflammatione lethargi,atque phrenitidis, vel mixto humo-

re bile, ac phegmate. Secundo a simili vaporum confusione qui partim crassi ęgrum sopiunt, partim acredine excitant. Tertio ob parem humorum mixturam citra inflammationem cerebri substantiam occupantium. Rursus noua dictorum mixtione aliæ confusiones atque varietates negari non possunt. Primò si mixta inflammatio æqualis sit, vel altero ex humoribus superante inæqualis. Secundò cum ędematosa lethargi inflammatio præhendit cerebrum, ab inferna verò febre leuantur acres fumi vigiliam, deliriumque excitantes: aut e contra biliosum est phrenitidis apostema, at subeuntes halitus crassi, atque somniferi. Tertio, si lethargico humore inflammatur menynx, dum mordaces in cerebro feruent succi, vel si isti menyngas occupent, ille cerebrum. Quarto si alter in porositatibus, alter in venis ebullit humor.

Tertio aduertendum, vt se habet paraphrenitis ad phrenesim, ita ad lethargum somnolenta dispositio, quam Græci vocant cataphoram. Vt enim in illa perenne est delirium, in paraphrenesi intercissum, sic in lethargo continua obliuio, in cataphora interpolata solet inueniri, qualis per accessiones phlegmaticarum febriũ contingit. Quarto aliquæ prędictarum affectionum ab intemperie simplici euenire possunt, ceu carus, lethargus minimè: aliquæ per consensum: lethargus nequaquam. Rursus carus, præter communes causas, pituitam, & simplex frigus, particulares, & remotiores habet, compressionem musculi temporalis, atque aliam in cerebro similem.

Patet ex dictis quanta sit authorũ varietas in distin-

guenda non solum natura horum morborum, sed adhuc in secernendo nomine. Sit scire satis pendere illos a grauitate, vel inflammatione crassi, & frigidi humoris, aut ex vapore simili cerebrum occupante: frigus enim semper stuporem, & immobilitatem inducit, vt caliditas agilitatem, & perturbationem. Item pituita crebriorem præstat malo fomitem, non rarò sanguis crassior, & humidior: demitur vna catalepsis oriunda ab aridiori succo, vel intemperie. Demum quamuis locorũ varietas vniuersalem curationem non mutet insigniter, mutat peculiarem topicorum applicationem. At supradictis conciliabis facilè priscorum pugnantiam, atque elicies causas, & signa cuiusque soporosę affectionis: sed peculiarius de lethargo sic Paulus. *Comitatur veternosos lenta quædam, & ignaua febricula, non admodum mordax, pulsus magni, rari, & vndosi, respiratio nimis rara, ac imbecillis, somnique inuictum desiderium, inactuosi, & marcore quodam languidi sunt, ægrè vocantibus respondent, obliuiosi, desipientes, oscitant crebro, & ore aliquando disten to manent, quasi id claudere obliti, lotium iumentorum vrinæ reddunt simile, nonnulli ex eis intremiscunt, & suddant.* Addit Auice. linguę albedinem, & singultum: Gal. aduertit pulsum peteumonicis similem: nos oris sputamina, & accubitum postratis similem, non eleuatum phreniticis proprium propter caloris motum. Hæc autem ferè lethargum comitantur: inseparabilia sunt febris, somnus, delirium, sed hoc cum mansuetudine, stupiditate, & obliuione quadam.

Signa.

Prognostica.

Spiritus minimè anxius, imò liber, & dilatatus, bonum est signum præsertim, si cedunt grauitas, & obliuio,

uio, securius, si posteriora auris tumeant: nam qui lethargici mortem euadũt sæpissimè retro aures pus colligunt coac. prænot. 140. aliter si algidæ guttę defluant, si impositæ sanguisuiæ non adhęreant, si adhibitis sternutatorijs æger non sternutet: quando nimius feruor per cutim funditur, difficilis spiritus redditur, mentum pectori figitur: cum extenduntur buccarum musculi more ridentium, vel sudor est igneus, & varius in vultu color, ac rotundę maculæ: deterius verò si per ora gutturis stridor obrepat. In vniuersum periculos⁹, hic morbus est; deterrimus in sphacello cerebri, in eodem breuissimus: nam qui patiuntur tribus diebus pereunt, si hos effugiant, sani fiunt, 7. aphor. 50. Si affectus sit ab humore cerebro perfuso, mittior est, a vapore mittissimus: in intemperie secundum fixionem elicitur periculum. Et hæc de omni soporosa affectione.

Lethargi mutatio in phrenitidem non improbatur, contraria deterior habetur.

Aliqui prębent hydromel, ius cicerum, hordeatum, leue denique alimẽtum propter morbi acutiem, & breuitatem. Aæt. permittit columbas, asparragum, perdicem, saxatiles, vinum tenue, & aquosum. Haly concedit passulas bene purgatas, & mundas acinis. Hæc ferè Mesues: si tamen æger intense nõ febriat. Adde si simul in venis non putrescant succi tenues, aut sopor grauis masticationem non prohibeat. De aere, desiderant Paulus, & Haly amplas ædes quæ mediocrem lucis splendorem obtineant: forsitan, ne æger per interualla expergefactus turbetur intẽsiore luce. Aætius ferè cum omnibus lucidum quærit, caloris autem mediocritatem, *Curatio.* *Victus.*

& tem-

& teporem. Vlterius sit domus hilaris imaginum diuersitate: cibum sequatur leuis frictio vt vapor deorsum trahatur: iaceat verò supra latus sinistrũ, nã supra dextrũ iacere somnos prouocat: vt enim dextra pars in vigilantibus motionis est causa, sic in dormientibus quiescat necesse est, 6. probl. 5. Os autem veternosi aperiendum ligno, vel cocleari, & infundendus paucus liquor magis tenuis, quam ille qui phreniticis concedi solet: non enim sic resoluuntur soporosi, maior est naturę oppressio, materia ad coctionem difficilior, ad discutionem crassior. A proprietate laudat Zoar cerebrum leporis assatum.

Vacuationes. Phlebotomia. Ante vacuationem tria sunt aduertenda. Primum, num lethargus incipiat, vel sequatur ad morbos alios. Secundum, vtrum materia in capite primò putruirit, aut leuata ab inferioribus cerebrum petat. Tertium, an simplex affectus cum ratione loci, cum causæ excitantis. His positis: licet Mes. non meminirit, phlebotomia conuenit, parcior tamen, in morbo vt pot. frigidiore, pręsertim si nulla venarum communitas, vel morbus non incipiat, copiosior si adsint plenitudinis signa, amplior si ex crasso sanguine oriatur malum, vel pituita sanguini misceatur.

Purgatio Purgatio difficilima est: impediunt fatuitas, & obliuio, vel nimius (si iungatur) calor viscerum: hic namque temperamento indiget, illa potius exsiccantibus cedit. Ideò, si mitior est caliditas & æger tantisper obediens, atque placabilis, dabitur phlegmagogum, vel compositum (si mixta sit affectio) aut bilis simul in vasis ferueat, quæ crassiores succos in caput deferat. De

tem-

tempore morbi cruditas tardiorem coctionem postulat, acuties breuem, ac celerem: quare sumenda occasio pro natura succorum putrentium, & affectionis vrgentia: sic & quæ antecedunt digerentia.

Diuersiones tamen, & fortiores, & frequentiores conueniunt, in affectu scilicet rebelliore, & obliuioso ægrotante, qui excitantem perpetuum desiderat, ita vt maior pars curationis sita in hoc sit, moriantur que plurimi & negligentia, & defectu assistentium. Conferunt itaque diuersiones per interualla curationis (semel tamen est vacuandum, quando instat vacuationis scopus, lib. de phleb.) ligaturæ, frictiones, acuti clisteres, exangues cucurbitulæ: scarificatæ fugiendæ, nisi magnæ plenitudinis signa quærant, auxilium, vel vrgeat vltimò excitandi scopus: nam & ob id prosunt tubarum strepitus, grunnitus animalium, & si qui sunt grauiores ictus: pilorum similiter violenta extractio, vrticæ, vel asperi lintei mordicatio. Gargarismata, & masticatoria, si fortia, in principio suspecta propter agitationem materiæ, & periculum appoplexiæ, illa ad ventriculos recurrente: Ad frictionem iuuant acetum calidum, succus rutæ, oleum de castoreo, squilla cum modico aceto, sicca lintea: his sæpè ad rubedinem corpus perfricandum, nonnũquam moderatius. Odoramentis seruiunt piretrum, sulphur, castoreum, euforbium in aceto dissoluta, vel acetum decoctionis pulegij. Ori cõducunt sinapi melle exceptum, vel solutum in succo betæ, aut nasturcij semen in aceto scillino. Ligatturæ excipiãt vtrũq; pollicẽ, & musculos tibiarum, ac lacertorũ. Reuulsiõ

De

De occasione remedij, in regulari curatione debēt præcedere vniuersales euacuationes, sed affectus vrgentia interdum non pręstat inducias: ideò ab his interdum incipiendum, vel vtendum per interualla.

Localia. De localibus præcipit Gal. vt toti capiti applicentur 13. met. (in phrenitide tantùm syncipur perfundi solet) non enim minus posteriora patiuntur. De modo auxilij, & quantitate Auic. & Tral. non agnoscunt discrimē inter principium phrenitidis, & lethargi: perseuerante affectu laudant humanos pilos vstos, & aceto læuigatos. Haly adiungit oleum de lilio, & hinc nardinum, atque castoreum. Paulus saculum ex milio, ac sale; inde sinaspismata. Securiori tamen euentu nostri vtuntur æqua portione olei, & aceti, postea verò miscēt aliquid tum camomilini, tum castorei, ita vt acetum non superent. Addūt pro resolutione stercus columbarum cum melle emplastratum, fricationem occipitij cum squilla; rutę vinum, castoreum, nardinum, laurinum, decoctum scillæ, thymi, pulegij, origani, rutæ, camomilæ, roris marini, maioranæ, sthecados, saculum ex saluia, maiorana, stechados. Vltra resolutionem roborant columbi recēter mactati, calentes arietum pulmones. Hac occasione & methridatum & theriacam adhibere licet, vel supradictos pilos vstos, & puluerisatos, atque exceptos squillæ succo. A proprietate conferunt saturegia, anacardus, pauonis fel, ac cerebrum, si naribus insufflentur. Paulatim verò inungenda ceruix, & spina tepido camomilino, vel mixto castoreo si frigidior sit affectio. Hæc autem satis curatio non tantum lethargi, sed cuiusque morbi soporosi dummodò consideres sequentia. Primum

mum affectionis qualitatem, secundum venarum adiũctum morbum, & febris intensionem: tertium positurã loci patientis, an humor anticam magis quam posticã partem occupet, num menyngibus tumeat, aut profundiùs latitet: iuxta quæ varianda medicinarum positio debito ordine, tempore, quantitate.

CAPVT XIIII.

De vertigine

Vertigo a Latinis est idem quod agitatio in orbẽ aut a verbo verto, vel a nomine ventus, quod scilicet ventorum ritu circumuolet spiritus. A vertice dicunt alij, quia morbus hic sublimiorem corporis partẽ obsidet. A Gal. dynos, quasi mala constitutio. A Græcis scotomia appellatur, ab scotos, quod est videre, & mias quod est musca, quasi muscarum visio: alijs scotos tenebra dicitur, vnde interpretatur tenebrarum visio. *Nomina*

Hanc Gal. diuidit in simplicẽ, & tenebricosam quando videlicet vltra illam rotationẽ ægri caliginem, & tenebras sentiunt, 4. acut. 42. Separat Auic. vertiginem ab scotomia, quam Alsadar vocat; hanc definiens per obtenebrationem, illam per gyros, & reuolutionem, quæ distinctio magis quadrat nomini. Rursus vertigo altera per consensum, altera per passionem propriam inuenitur: altera ab exteriori causa orta, altera ab interna. Rasius rem concludit ramo triplici, prima vertigo est sanguinea a toto, secunda per consensum vẽtriculi, *Differentiæ.*

tertia per proprietatem. Adde consensum aliarum partium, & inæqualem cerebri intemperiem a Gal. inuentam, atq; cōsensum intemperati, ac dolentis vētriculi.

Causa. De causa vertiginis non modica est dubitatio. Philonius vapores existimat, qui cerebri sinubus, neruis, aut venis contenti, & agitati vi caloris mouētur vndique, vnde similis in spiritibus motus sequitur. Sic Zoar, lib. 1. trac. 9. cap. 13. Haly vtranque causam & calidam, & frigidam statuit, iungitque grossam ventositatem ventribus circumactā. Addit Paulus causam coarctati anterioris ventriculi ob perforatum cranium, vt quoque ob vehementes capitis percussiones mouentur vndiq; & humores, & spiritus ad promouendam vertiginem: at humoris ca[illegible] perpetuo gelidam, & glutinosam existimat, licet interdum calorem concedat in fumis subeuntibus, Gal. 3. de loc. 8. ait, hanc fieri a vaporoso, calidoque spiritu delato per arterias, quę ferūtur ad retiforme, fieri pariter ex inæquali cerebri intēperie, quā Auic. cōparat contrarietati ignis, & aquæ bulliētis. Hippoc. 3. aphor. ad frigidam naturam, & hybernum tempus affectionem reducit, & 2. de morb. ex vtraq; supponens causa, calida scilicet, ac frigida (sic in lateris dolore accidit) tentat primò calefacientibus: si verò his non cedit, venam frontis secare iubet: supra verò tātum ad sanguinis copiā morbum refert, Rasius ad vtrumque, Aet. Gal. proximè accedit. Modernorum quidā ineptè obstructionem admittit: obstructio enim in meatibus cerebri alios affect⁹, nō vertigines affert: nec valet ratio de mobilitate obstructionis: mobilis enim humor proinde nō obstruit. Igitur vel quietus nō obstruēs, sed in va

pores

pores solutus vertigines generat, vel mobilis simul cũ effuso vapore cãdẽ promouet. Hoc autẽ de proprietaria intelligẽdũ, nã cõsensus nullã infert dubitationẽ obstructionis. His præmissis de causa immediata, & loco patiẽte certũ est circũacto capitis vapore simul spiritus agitari, inde & species, hinc deprauari actionẽ phãtasiæ propter vitiũ instrumenti. Cõstat quoq; ex trãsfuso ad opticũ tenebroso flatu scotomiã fieri, & vitiari motũ si posterioris cerebri spiritus in cõsensum trahãtur, quãdo laborãtes repẽte cõcidũt. Igitur solũ restat dubitabile, quĩ fieri possit, vt læso instrumẽto, specieb⁹, ac spiritu nõ offendatur æstimatiuę operatio: ita respõdetur: Nõ vitiatur proximũ instrumẽtũ phãtasię, sed remoti⁹, qui nẽpè spirit⁹ cauernis ambulant, non illi qui cerebri substãtiæ omnino immersi essentiale vitiũ cõtrahunt, vnde æstimatiuę operatio per consensum labitur: sic in phrenitide: qui verò cauitatibus residẽt, cũ seruiãt con seruãdis externorũ spectris, illis cõuersis, & hęc turbari necessum est: at posterioris cerebri vitiũ ab epileptico dissidet cõuultionis defectu. Quod attinet ad causam generãtẽ dices perpetuò vertiginẽ a vapore educi, siue is ab algido humore, ceu calidiore cõsurgat, semper tamẽ caloris viribus excitato, vagoq; per cauitates vt supra de spiritibus dictum est: sic calida in supremo aere exhalatio a vicino igne succensa huc, illucq; discurrit, sic aqua chalibis apposita rogo postquã intẽse cõcalescit, furioso motu bullit reluctãs vndequaque. Lege tamen, si causa exterior malũ nõ ferat, ceu dicta cõpressi capitis, vel dorsi grauiter percussi, vel intuit⁹ rei tremẽtis, aut rotatæ, vel profundissimi specus, turrisuè altissimę.

Signa. Signa præsentis morbi manifesta sunt: alia veturum nuntiant de quibus sic Aet.lib.6.cap.7. *Primo quidem hebetudines quædam oculos occupant, deinde aurium tinnitus assidui, & audiendi difficultas, quæ maximè eueniunt per cibi coctiones, atque postremum somnum.* Addit Auic. defectum in sensibus: hic autem in olphatu frequentior est. Sed & signum peculiaris differentiæ oportet indagare. A consensu membri noxa deprehenditur: turbationes, & vomitus indicant ventriculum, iecur feruor, atque caliditas cum flauente vrina, vterum consueti fluxus suppresio, rugitus ab ilijs, & pube exortus, aut aliç affectiones quæ vel hunc, vel illa vexant. At qui in capite morbus incipit continuus est, ac per breuiora interualla repetit. Sic & humorem propria signa indicant. In sanguine tument oculi, & venæq; auribus subiacẽt, vnicum satis signum Rasio, dulcis in ore sapor, in capite grauitas, atque pulsatio est, circa visum splendores, rubedo per faciem, quę vapore magis accenditur, vt pulmoniæ euenit. Signa bilis vigiliæ, sensus acris, & molestus in capite, nulla grauitas, biliosa vomitio, oris amaritudo, & flauus per membra color. Phlegma sequuntur albescens, & tumens vultus, capitis grauitas, stupor sensuum, somnus lõgior, diuturnior accesio. In melãcholia adsunt timores, prauæ cogitationes, ructus acidi, obscurus in vultu color. Vniuersaliter autem quæcumque humoris species proprio somno deprehenditur.

Prognostica. 1 Vertigo potius surgentibus accidit, vel quoniam quiescentibus humor vniuersus vnum in membrum se colligit, vel quia incipit moueri spiritus, cumque hic inęqualiter moueatur, totationem efficit, 6.probl.4.

2 Austrinę

2 Austrinæ constitutiones vertigines pariunt, 3.aph. 17. senibus verò libenter accidunt, 3.aph 31.

3 Qui difficulter famem tolerāt facilè scotomia corripiuntur, causa est bilis ad ventrem confluens: soluitur autem adueniente soda, vt hæc, illa 1.3.trac.5.cap.1

4 Vertigo prænūtia est appoplexiæ, epileptiæ, lethargi, & similium affectionum, maximè si præcedat stupor: at metus maior degeneraturæ vertiginis in ijs qui torpent continua ebrietate, vel patiantur cruditates, aut laboriosam solis adustionem. Addit Auic. decrepitos, senes Hipp.3.aph.vlt. Aæt. illos quos deserunt euacuationes solitæ.

Relicta curatione paroxismi in quo nihil momentaneum tentare conuenit; vt tandem explicabitur, pro victu congrua est ciborum, potusque abstinentia. Mensæ claudantur adstringentibus, post quæ interdicatur potio. Laudat Philon. siquum panis mediocriter tostum. In vertigine calida iuuant lentes ad incrassandum sanguinem; in frigida flatu nocent, & terrent prauis somnijs. Igitur fugiat patiens omne vaporosum alimētum; atque aroma (vitandum perinde est vinum, neque præbendum cum Aet. nisi in exacta declinatione, & viris assuetis) caueat item a venere, a frigidi, & sereni aeris habitatione, muris, turribus, scallis, fenestris, igne, fluuio. Profundum specus non despiciat, non res velociter circumactas, neque oculos conuertat in lōgissimos recessus, aut in splendores intensos, & coruscātem materiam. Vitet inclinationem capitis, picturam, scripturam, suitionem: quippe omnia humores agitāt, ad quorum motionem spiritus pariter concitantur. Ideò seruę-

Curatio.

Victus.

uetur in obscuriori loco, vbi procuretur somnus, corpo ris, & animi tranquillitas, post cibos maximè, ne intempestiuo motu leuentur crudi flatus.

Cætera curatio secundum supradictas differentias varianda est. In consensu ventriculi primo tenue vomitu educendum, crassum, atque imbibitum, habita præparatione purgandum, leniter tamen, ne a longinquo trahatur inculpatus humor. Interea clisteres ad diuertendum conferunt, & robur inditum tum mandanti ventriculo, tùm recipienti cerebro. Si vterus compatiatur iuuant frictiones crurum, ventosæ eisdem affixę, tibiarum ligaturæ, & pedum lotiones: conueniēti quoque regione educendus est humor noxius, roborandū caput, atque ima ventris regio. Quando totius consensu malum nascitur (hoc citra sanguinem non solet fieri) præstat phlebotomia non tantum mediocris, sed largior, ac multiplex: nam seruata paritate in reliquis amplior in hoc affectu desideratur, quia non solum auferēda est plenitudo humoris calidi, sed temperandus feruor bullientis fumi. Communis igitur secanda est secundum morbi copiam, & molem virium. Aliqui ad longiorem reuulsionem saphenam primò eligūt, quod non probo, nisi in vtero consentiente. Inde verò ad cephalicam transeundum est: post quam, si causa vrgeat, communisceturque per externa humor, veniendum ad cauteria retro aures: si per interna feratur, potiùs vena frontis eligenda: nam ex aurium sectione, præter sterilitatem, alia damna imminent: quarè solum in desperata affectione remedio vtendum, eoque ad aurem simplicem. Prosunt quoque in hac intētione vasa, quæ linguas

linguæ ſubiacent, vel hirundines admotæ temporibus.

Aduerte tamen has particulares vacuationes magis conuenire in morbo iam capitis proprio, cum ſcilicet iam magna humoris pars in capite reſidet. Secundò, de conſenſu vteri, ſi mali ratio ſit menſtruorum ſuppreſsio, propriam requirit curationem ijs, quæ prouocent, dummodò ſuccurras acceſsioni ſupradictis auxilijs. Tertiò, ad varietatem cuiusque remedij perpendēda eſt humoris natura. Quartò, ex Auic. imminentem ſcotomiam frigida prohibet, intellige in cauſa calida conſentientis ventriculi.

In proprietaria vertigine ſimiliter varianda ſunt remedia pro humoris ſpecie, quamuis Paulus in omni indeterminatè phlebotomet, ex eo ſcilicet quod omnis excitetur a calore, hic autem miſsione ſanguinis reddatur temperatior: ipſe tamen perpetuum non videtur admittere ad promouendam gelidam cauſam vertiginis. Quare in ſanguinea ſufficientem phlebotomiam eliges, primò communem, hinc cephalicam, ac particulares alias, de quibus ſupra: in cæteris ſpectata ſucci natura purgandum eſt. Item tentanda reuulſio per interualla. Tandē procuranda reſolutio vaporū, qui relinquuntur in capite, & illius exactum robur. Præſtāt lenis frictio verticis, ſomnus poſt famē, ſuffitus camomilæ, vapor fœniculi oculis inſpiratus, vnctio anethini, rutacei, de caſtoreo, de coctio camomilæ, anethi, rutæ, ſtœchados. Si nō cedat affectio cōfugiūt ad ſudationes guaiaci, quas tutas non habeo, niſi in cauſa frigidiore,

licet

licet impediat mouens caliditas: tutiores existimo fontanelas, & capitis vstiones in rebelli morbo: & hæc sit methodus curandæ vertiginis: particulari accessioni debetur alia; non enim conuenit supradictis intendere, sed præcipue excitationi, ligaturis, extremorum frictione, odoratu acris aceti, peulodani, & similibus. Aliqui quando nimium perseuerat accessio phlebotomiam consulunt ob timorem impendentis apoplexiæ: sic potest interpretari Rasius cum oppleras aurium venas secare iubet. Hoc tamen in sanguinea tantummodo exercendum intellige.

CAPVT XV.

De incubo.

Nomina ACubo dicunt, ex eo quod sic affectis monstrum aliquod accubare videatur hos pondere oprimẽs & perturbans dormientes. Paulus incubonem vocat, & faunorum ludibrium. Plinius similiter faunorum, & cæcæ ludibria noctis alncidalan, albcidalan, & algiatũ. Auic. specialius, alcabus, & strangulatorem. Auerr. alia uum. Græci, ephialten, a conscendendo, vel a phantasia, qua patientes se ab aliquo inuadi imaginantur ἐφάλλεται enim insilire significat. Putant aliqui sic dictum a viro quodam Neptuni filio, qui singulis mensib⁹ nouem crescebat digitos, quique cum fratre octos Martem superauit, & carcere pressit; a quo tandem Iunonis precibus a Mercurio liberat⁹ est: illi autem a Ioue fulmineo ictu deiecti ad inferos. Paulus quoque Græco nomine appellat

appellat hipcbolen, Themison gnigaliona a suffocādo, quod nimirum ægrotantes præfocet. Antiquitas existimauit faunos, & siluanos; vel dæmones hominum insultatores. Dæmones etiā vocat ętas hodierna, vulgus pesadilla. Diuus Thomas, & Diuus Augustinus inueniri aiunt genus quoddam dæmonū incubos, & succubos: sed & hos post aduentum Christi recessisse par est: nec de similibus præsens habetur sermo, sed de illa corporis affectione quam sequens explicabit definitio. Incubus est insomnium trahens respirationis, sensus, ac motionis defectum: reliqua insomnia, quantumuis terribilia, non insigne corpori damnum inferunt.

Causæ. Antecedunt crapulę, cruditates, ventris immodica plenitudo, quam somnus insequatur: in puerulis indigestio lactis, in adultis resopina cubatio. Proximè instant halitus obstruens vias spirituū a cerebro prodeuntium, quorum impedito influxu membra manent dissolata, extrema præsertim, ad quæ peruadit minor virtutis portio: ideòque imaginantur patientes monstrum illud per extremitates ad cor vsque conscendere: obstructis quoque neruis, qui a cerebro ad pectus veniunt impeditur vox, anhelitus intercipitur. Aëtius obstructionem tribuit ventriculis cerebri, propter quam non datur facultatis transitus: vnde neq; motus, & sensus; non vox & anhelitus. Qui opinioni consentiunt simul fingunt vaporem non sic esse mordacem, vt epilepsiam moueat non tantum, & crassum vt sufficiat gignendæ appoplexiæ: valet (aiunt) turbare communicationem spirituum in morem nubis offuscantis solares radios. Constat itaque communē causam affectionis esse cras-

ſum vaporem, ſiue a cerebri ſubſtantia in ventres influat, ſiue leuatus ab infernis partibus hos, aut neruos petat, & obſtruat, quod fermè ad ſomni principium ſolet euenire, quando paruus calor fumum leuare, reſoluere, non poteſt. Addunt cauſam craſsi humoris collecti in thorace, & vicinis partibus, qui ſoluitur per ſomnum tracto calore ad viſcera, fumatque in cerebrum, vbi phantaſmatis producit inſomnium: pectus autem grauat, & reſpirationem offendit ſubſtantię craſſitudine. Addit & Auic. frigus per noctē ſubitò irruens cerebrum: nos vermes non tantum epilepſiæ, ſed incubi cauſam.

Signa. Signa ſunt difficilis motus, atque torpidus per ſomnum ſenſus, ac pręfocationis in mente obuerſatio, & veluti ingruentis, opprimentisquè alicuius occupatio, ita vt vociferatio intercipiatur, & vox obſcura, indiſcretaque reddatur: quidam inanni phantaſia ducti etiam audire ſæpè eum qui ſe oppreſſerit, aut venerem exigere credunt, ſed eos digitis pectinatim coniunctis, ſiue contractis in pedes ſe ſe conijcere. Sic Paulus. Adde nonnunquam in fletus erumpere, & per falſam imaginationem moueri, atque auxilium poſcere: ſæpiſsimè anxij torquentur inanniter: at attenuato, diſcuſſoque ſpiritu meatus aperiuntur. Vnde excitatur patiens turbulentus, & pauitans.

Prognoſtica. 1 Raſius, & Aæt. præludium epilepſiæ incubonem ſtatuunt: ſanè ſi perſeueret grande malum denuntiat, morbum attonitum, appoplexiam, paraliſim, inſaniā, & mortem ſubitam, experimento aliquorum qui lecto mortui inuenti ſunt.

2 Nullus

2 Nullus leuatur a paroxismo incubi, qui sobrius rarissime vexatur, vel ille qui super aliquod latus dormire solet.

3 Grauius malum si materia in caput repit: deterior verò accessio inter somnum, & vigiliam ingruit: pessima si sudor frigidus superueniat.

Victus sit tenuis ab omni vapore alienus, parcior, & coctioni obediens; in somno parcissimus, quem claudant roborantia tam ventrem, quam cerebrum: vinum vel interdicatur omnino, vel bibatur paucissimum, & valde lymphatum: nullus somnus interdiu, longè a cœna procuretur, supinus fugiatur ob timorem suffocationis: in omnibus operiatur caput, & si posibile sit, adsit amicus confestim excitans, defendensque languentem moribundum. In vniuersum a ventriculo si procedat affectio, qui crebrior est euentus, huic magis prouidendum est: si caput per proprietatem patiatur, ipsi admouenda curatio. Si causa sit frigus extrinsecum, occurrendū frequenti vnctione oleorum calentiū. Cum morbi semen pectus suggerit, eo manus admouendæ. Et hæc vniuersim dicta sint. *Curatio. Victus.*

Peculiarius Auic. & Paulus absolutè phlebotomandum præcipiunt, Ras. & Aætius solum in peccato sanguinis. Certè in redundantia illius admitti potest, quāuis morbum non faciat: hic verò incubo crebram præstat occasionem, ob quam Paulus, & Auic. de phlebotomia nunquam dubitant. In vitio humorum exercenda purgatio, si præcedat clisteris vsus in hac affectione maximè necessarius, & cruditatum par coctio, quæ in eodem sunt frequentissimæ.

Hoc autem intelligendum dummodò appoplexia, vel aliud lethale damnum non immineat: tunc enim citò occurrendum omni remediorum genere. At præparatio non admittat diuretica ob timorem leuati flatus, imò aromaticentur discutientibus aniso, peonia, nuce muscata. Confecta purgatione commodissima sunt ea quę caput, & ventrem roborant. Quæ flatus discutiũt, & leuari prohibent conserua citri cum aqua betonicæ, electuarium diamuscum dulce, pulũis anisi, aromatici rosati, cinnamomi, sachari cocleare ante somnum. Ad caput aspergendus puluis coriandri præparati, corticũ citri gariophillorum ciperi, sthecados, betonicę. Ascensum vaporis intercipiunt caro citoneorum sacharo condita, pyra similiter confecta, diaciton & similia. A proprietate conferunt peoniæ semen aqua dilutum, Pauli, & Aetij consilio, lapis pyretes, coralus rubeus. Paroxismus curatur vini, vel aquæ naphæ frictione.

CAPVT XVI.

De melancholia.

Nomina. MElan Grecè nigrum significat, cholen autem fel, quasi nigrum fel, vel niger sanguis.

Differentia. Melancholia vniuersaliter latissimè patet: communiori significatione comprehendit melancholiam, maniam, & siquæ sunt melancholicæ affectiones, quarum etiam causa pituita admittenda est, vt potè fatuitatis ratio strictiùs solam melancholiam significat, de qua præsenti capite: de reliquis in sequentibus agendum.

Ergò

Ergò primum differentiæ genus affectum locum sequitur vnde duplex melancholia, altera per proprietatem, per consensum altera. Rursus illa aut fit solo patiente cerebro, aut venarum, totiusque corporis consortio (per colligantiam vocant) hęc iterum vel accidit communi vasorum humore, vel respectu alicuius præcipui visceris, vteri, lienis, hepatis. Melancholia per consensum pro diuersitate consentientis loci distinguitur, quãuis ex modo inflammationis nonnihil insit differentię.

Secundum imitatur naturam efficientis causæ: quæ altera solius intemperamenti, altera affluentis humoris est effectus. Rursus hęc distinguitur pro diuersis speciebus humoris melancholici, quas Gal. numerat fęcē, seu partem sanguinis crassiorem: aliam illius excremētum a liene purgandum: quibus addunt tertiam adusti cruoris, assatique vltra modum. Amplius dicti succi melancholiam efficiunt, vel solo ipsorum incremento, nulloque recessu naturalis status, vel si lenem vstionem patiantur, dum modò in atram bilem non degenerent; in confinio id vocant.

Tertium deducitur ex varietate læsæ potentiæ. Ita, cùm ratio prorsus desinit, amentia dicitur, Gal. stultitia: si nimis imminuitur fatuitas; si parum stupiditas, & ruditas: at si deprauatur contingit delirium. Hæc autē dupliciter offendi solet, aliter per essentiam cum medij cerebri temperamentum vertitur, aliter per consensum phantasiæ, quæ prauam imaginationem illi suggerit: vtrumq; deliriū in melancholia reperitur, idq; sine fēbre, nō sine metu, atque tristitia, vt distinguatur à mania, phrenitide, & similibus cerebri affectibus.

Quar-

Quartum efficit delirij modus varius (minor hæc differentię proprietas) quo oberrant melancholici. Sic aliqui diuino numine se afflatos existimant (enthcastiços Gręci vocant) alij se diuinatores credunt, aut Angelorum, quos aloquantur, socios: nonnulli rident perpetuò, lugent alij, vel mortis desiderio tenentur: sunt qui se animalia bruta autument, alij vasa testacea, qui ne frangantur, expauescunt. Conciliator fœminam, Latinè loquentem tradit, nos vidimus Lusitano sermone carmina proferentem: illa confecto morbo non ampliꝰ sapijt, hic nec vnquam vidit, nec postea valuit. Alios memorant continuò comedentes, ambulantes, & mirabilia cogitantes, quæ licet creditu difficillima confiteri cogimur, sed de reddenda causa non sic euidens argumentum, præcipuè si intra eandem melancholię speciem eä sit varietas. Aliqui id nasci existimant ex varia patientis natura, & inclinatione: valde venereis propti maximo libidinis affectu concitantur: auari de congerendis diuitijs semper cogitant, alij comminiscuntur varia suæ conditioni respondentia. Obstat tamen rationi. Natura, conditio, & inclinatio temperamentum sequuntur, quare huic euentus referri debuit. Dicendum tamen. Duo biliosi diuersam habent indiuidui conditionem, quare diuersimode possunt affici. At si vrgeas mutari naturam, & conditionem per inductam morbi intemperiem in cerebro, vel in toto corpore. Dicam similiter: si totius versatur temperamentum mutari pariter inclinationem, sed hucusque redolere antefactam. Vlterius, intemperies per morbum inducta nec habitualis, neque naturalis facta est toti, vel cerebro:

bro, sed dispositiua & facilè solubilis: vndè seruandos esse mores antiqui, & naturalis temperamenti, licet effluxerit. Sed non desunt qui aliter dubitationi satisfaciant. Quidam cum Aæt. putant id fieri ratione vaporis, aut humoris sua qualitate phantasiam mutantis: arescēs etenim, & nimia siccitas cogit alium se testam credere per totum siccitate difusa: cutis ariditas tympanum repræsentat. Leuitas vaporis leuati ad cerebrū caput se non habere autumantem reddidit: vbi enim cessat rationis operatio iudicat anima percepta intra corpus maiora veris, vt in insomnijs contingit. Alij denique in subiecta dubitatione opinantur causam esse speciem, quæ aut primum, aut maximè in diliante impressa fuit: conuincit ratio, si possibile est sequi imaginationem species illas repræsentatas in cerebro eo tēpore, quo patiens insaniuit. De ijs verò qui vel Latinè loquuntur, aut aliter vaticinantur, nulla alia ratio potuit assignari, quam inferorum, dæmonumque commertia in alieno, scilicet a natura euentu, nisi cum subtiliori ingenio diuinandi quandam artem melancholicis concedi velis: atque ita interpretandus Areteus de quibusdam per accessionem poetis, philosophis, mecanicis, qui tamen antea nullo earum artium genere edocti fuerant.

His positis disponunt ad melancholiam caput siccum, corpus squallidum, deiecta, & humilis animi conditio, timor, ira, labores, curæ, tristitia, vigiliæ, solicitudines, anxietas, mentis intensa propensio, seu studium, & si quæ sunt aliæ passiones sanguinē Causæ.

com-

comburentes, licet Aretæo, atque Aëtio non tantùm solliciti, ac mœsti homines, sed etiam iocosi, cachinātes, & irrisores melancholiæ sint obnoxij, ex Hippo. balbi, iracundi, celeri lingua præditi. His adde meseraicarum angustias, squallorem, & flammas iecoris (præsertim si ventriculi iungatur frigiditas, & sine coctione appetentia) mensium, vel hæmorrhoidum suppressam vacuationem, varices, vlcus intempestiue desinens; splenem vel obstructum, vel in mundificatione deficientem, aut apostemate languidum, cor mærens paulatim mutans complexionem cerebri, & adurens spiritus ex quibus similes in cerebro generentur. Parant quoque humori melancholico aer siccus, & flammeus, vel turbidus, & grossior, atque omnis seu natura, seu victus, quę crassum sanguinem, & spiritum procreent. Hęc antecedūt. Causa coniuncta duplex est. Altera immaterialis siccū scilicet, & siluestre temperamentum. Altera materialis ceu aliqua melancholiæ species ex supradictis. Et ista satis de causis in genere quarum ratione quinque sunt examinanda. Primum vtrum ab alio humore citra melancholicum hæc mœroris affectio produci queat. Affirmant aliqui, tribuuntque mæstitiam crassiori pituitæ, timorē sero eiusdem. Sed assertum non admittimus, neque Gal. 3. de loc. 7. iuuat ratio; quia neque nigrans spiritus incutere terrorem potest, neque imprimere siccitatem formidinis, & tristitiæ causam. Nec momentaneum est quod afferunt ex Auic. 1. 3. trac. 4. cap. 15. & Gal. 2. vulg. 6. tex. 38. pituitæ serum, vel hanc acidam timoris esse principium: loquuntur enim de reali metu, atque tristitia, vel de promptitudine cordis ad eundem,

dem non de imaginato, atque concepto, de quo hic. Et hoc fortè sensu alibi intelligendus Auic. dicens: *A phlegmate melancholia cum tristitia est*, &c. non fit ex phlegmate adusto geonũ, idest alienatio, quamuis fiat ex eo melancholia: quare solummodo fatendum serosi cordis hominem ex leuiori causa mærore, ac timore percuti. Sic adustum phlegma esse causam anxij, ac perturbati, non delirantis animi.

Secundò dubitatur, an melancholicus humor atro colore, vel sicca potius intemperie tristitiam, ac timorem inferat. Primum affirmat Gal. 3. de loc. 7. 2. de cau. simpt. vlt. & sequitur Aet. vtens eodem exemplo tenebrarum, quibus terretur animus, vt conspectu nigri, & truculenti simulacri. Consentiũt verò recentiorum plurimi ducti sequenti fundamento. Omnia potentijs internis repræsentantur secundum conditionem confluẽtis spiritus, vt pote principalis instrumenti: at si hic horridus præ crassitie, & obscuritate, necessum est simile percipi obiectum oppacum, & metuendum. Sic oculis accidit cum inficiuntur colore aliquo, qui licet nõ percipiatur, visionis depravate exsilit causa. Accedit pro hac opinione surgens ab hyppocondrijs deliriũ, in quo turbatur animus solo occursu densi, & nigrantis halit⁹. Aliter sentit Auerr. & meo videri probabilius, non obstante tantorum virorum placito. Primò quia color nõ aliter, quam intentionaliter mutare potest, at intentionalis mutatio in solis oculis inuenitur. Si dicas instrumenta internarum potentiarum turbidos, & siluestres spiritus produci ab squallido, & arenti cerebro, iam ad temperamentum rem deducis, nec humoris melãcho-

 lici

lici color in hos transire potest, nec valet argumentum de siccitate senum, quæ connaturalis facta est, & paulatim introducta post tot annorum spatia, nec impedit quod lõgiore recessu delirent decrepiti. Neque rursus aliud de hyppocondriaco vapore rem cõficit, quia hic spiritus crassiores, & sicciores reddit; nec ipsa cerebri substantia immunis euadit ab intemperie, non fixa quidem, sed quæ efluit resoluto vapore, nisi tot vicibus introducta mutetur in habitũ. Secundo, tria existũt morborum genera; in nullo color numeratur. Accedit testimonium Gal. cit. de loc. qui melancholiam per consensum non tantum ex leuatis vaporibus admittit, sed ex simplici quoque caliditate per continuas partes ascendente. Aliqui Gal. purgant quasi dicat tenebras indicare temperamentum tristitię inducẽdæ appositum. Sed non patiuntur illius verba. Noster Veiga vtrumque excusat Gal. & Auerr. quod ille per colorem temperamẽtum intellexerit, & oppacitatem corneæ morbum temperamẽti appellauerit, atque hoc colore medio sensus alteret, vt videtur innuere Auic. 1. 3. trac. 4. c. 18. sed exẽplum de similitudine externi aeris horridi, & obscuri, aliud insinuat. Dicẽdũ itaq; quãlibet facultatẽ ad suas actiones æquã exigere tẽperiẽ: memoria a prolixo humore lęditur: chilificatio perficitur mediocritate caloris: & sic de cæteris: quare, & ratio, & phãtasia suo euerso tẽperamẽto deprauatè agẽt. Ergo defendi Gal. non potest nisi per colorẽ intelligat turbidũ, crassum, & inarescẽtẽ spiritum, quo rudiore instrumẽto potẽtia actiones suas ritè nõ perficit. Sed rãdẽ vrgebis. Ab hac euersa tẽperie prouenit hęc actio corrupta. sed cur timoris,

& męsti-

& mæstitiæ, nõ alterius delirij phreniticorũ, aut mania corũ, in quibus nõ minor siccitas inueniri solet. Dic in illis vigent calor, atque audacia, vnde promouẽtur impetus, ferocitas, & agilitas: in illis adiunctum frigus animos deprimit, indeque inertia, & pusilanimitas oritur. Restat tamẽ examinandũ subiectũ dicti intẽperamenti, siquidẽ diximus aridos, & illustres spiritus, siccum & squallens cerebrũ, similẽ succũ melancholicum. Dices. Humor nõ est perpetuᵘˢ, quo sine affectio potest cõsistere. Cerebrũ illud intẽperamẽtũ nõ patitur, quin in spiritibus succedat simile, neq; illi, quin illud similiter afficiatur, eo tamẽ discrimine, vt in melãcholia proprietatis maior cerebri intẽperies antecedat, inde similis in spiritibus sequatur cõstitutio, in hyppocõdriaca maior sit noxa spirituũ, quę tãdẽ in cerebri substantiã influat.

Tertio quæritur vtrũ in melancholia perpetuus adsit mæror; in qua dubitatione secum videtur pugnare Auer. dum lucido humoris colori risum tribuit, mæiorem negat obscuro. Alij risum tantũ concedũt in ea affectione, quę sequitur feruorẽ sanguinis ituri proximè in maniam. Alij in ea, quę euenit ab vstione sanguinis, per quam adquisito splendore risum excitat. Tral. hos a mærore non absoluit; quamuis per interualla lętitiæ signa habeant. Auic. similiter remissam tristitiam non abnegat. Philonius gaudium refert ad anteactam consuetudinem, vel ad fortem aliquam imaginationem, aut sanguineum humorem. Ast hæc maiori ex parte reijcienda sunt. Sanguinis feruor aptior est maniæ, splẽdor huius, aut obscurus color potẽtiã mutare non possunt, vt proxima quęstione explicauimus. Auic. & Tral.

 pro-

probabilius loquuntur dum lætitiam mœroris non experitem referunt ad permixtionem humoris sanguinei. Hæc autem duplici euentu constat. Primo si naturalis complexio sanguinea melancholiam patiatur, quo casu languens & ridebit, & tristabitur modò præualente naturali complexione, modò tristi humore: & hoc sensu non displicet illa Philonij ratio risum tribuentis anteactę consuetudini, quæ sanguinea ad risum, & lætitiã semper promouet, licet aliunde mœrens humor ad solicitudinem languentem cogat. Ergò quamuis tristes, sanguinei semper imaginantur quę delectant, & placet vt per insomnia eorundem experimur. Secundò potest illud interpretari, si cum spiritu turbido per siccam cerebri intemperiem feruens sanguis ad maniæ præludiũ risum excitet: atque ita nunc hoc, nunc illo humore vincente, nunc ęger fletu, modò lætitia afficiatur.

Quarto dubitatur, quî fieri possit, vt idem per morbum magis lętetur, cantet, & saliat, quam antea in statu salutis integræ. Hoc tamen referẽdum ad defectum rationis, quæ non resistit naturali humorum affectui: ratio etenim morum incontinentiam reprimit, & sæpè cachinantes, incompositosque ridendi actus moderatur: quare nec audiendi sunt aliqui, qui perterriti quæstionis difficultate hunc risum non verum iudicant, sed sardonico, & epileptico similem sine interiori lætitiæ affectu: idem namque foret argumentum de fletu melancholici, quem sanè exprimit solicitus, & mærens animus.

Vltimò controuertitur cur ex calido hepate maior melancholiæ frigidi humoris copia aceruetur, minor

ex frigido, lib. de atra bile, & art. med. 37. Respondendum, quo maior hepatis caliditas, fex maior, exemplo aquæ lutulentæ, si bulliat. At in frigido iecore potius incoctus, & pituitosus sanguis gignitur: debet tamen calori adiungi siccitas: sic magis vrit similitudinem ignis referens, ab humiditate verò obtunditur, & temperatior redditur ad generationem benigni sanguinis. Debet præterea calor agere in crassam, & lutulentam materiam; biliosam namque in atrā bilem permutat. Hæc igitur vna sit ex causis congerendæ melancholiæ idoneis, de quibus hæc satis.

Signa huius affectionis perpetua sunt delirium, mæror, & formido. Delirium non est integrum (in mania totalis sequitur desipientia) sed delirat ratio in vno, cōstante in reliquis iudicio. Ideò sic definit Areteus. *Melancholia est animi angor in vna cogitatione defixus*. Sunt itaque delirans metus, & tristitia melancholiæ signa: sequuntur odium humani commertij, vitæ tędium, mortis desiderium, repentinus pauor, cogitationis profunditas, amor solitudinis, ad lachrimas promptitudo; laborantes soli mussant, & loquentes sibi respondēt; verba falso concepta proferunt, sæpè transacti somni obliuiscuntur, & in rem vnam præfixum habent aspectum: adest vlterius plumbeus oris color, obscura cutis, demissa facies, & oculorum intuitus, eidem concaui subsident: sequitur delirans vigilia, somnia turbulenta, & horribilia, nonnunquam dæmonum similitudines imitantia: vibrationes corpus agitant, vertigines circumagunt, flatus aurium perturbant, & cibi fastidium, dummodo ventris ora non cogat melancholicus humor ad *Signa.*

com-

com mestitionis perenne desiderium. Signa autem cuiusque speciei, & patent ex dictis & inferius ex illis, quæ de mania atque hyppocondriaca sunt dicenda.

Prognostica. 1 Si per melancholias in risum insolitum, aut lachrimas prorrumpant ægri, maniȩ indicium est: risus enim incipientem feruorem arguit, fletus cerebri exsiccationem, vtrumque maniȩ prȩludium.

2 Cum quispiam præter rationem tristatur, si spuma os abluat, canis rabidi præsagium est: si nauseabundus exsiccatur, & moritur.

3 Morbus crebrior in autumno, rarissimus per hyemes, non ita sub verè, quo funduntur humores, & miscentur cum sanguine.

4 Melancholiæ ad epileptiam rara non est mutatio: erit euentus si ventriculos humor influat.

5 Melancholia in principio curatur facilè, in processu difficile, post confirmationẽ difficilimè Ras. 9. ad Alm. & 1. 3. trac. 4. cap. 18.

6 Si timor, & tristitia longo tempore perseuerẽt, melancholicos efficit, 3. aphorism. 23. sic ira, & odium, ex Gal. in com. adde repentinam diuitiarum perditionẽ, vel auctæ delectationis priuationẽ: vnde zelotipæ mulieres nonnunquam morbo corripiuntur.

7 In hunc affectum frequentius incidunt viri, quam fæminæ. Rursus ex illis, qui mediam ætatem attigerunt in morbum sunt procliuiores, & ex istis heroes magis, quam plebei, maximè si soliciti, & acutioris ingenij. Adde cor calidum cum cerebri mollitudine, pilosum thoracem, colorem fuscum, corpus extenuatum.

B Desi-

8 Desipètiæ cum risu mittiores, 6.aphor.53.Bonum item quando in melancholicis tolerantia, & conferentia est alicuius euacuationis seu ventris, aut vomitus, si sequantur varices, vitiligo, hydrops, hæmorrhois, elephans, aut tumor aliquis melancholicus excepto cancro, vel esthiomeno ex quibus citam mortem expectare oportet. Malum quoque si superueniat cõuulsio, appoplexia, vel morbus sequatur ad aliquam acutam ægritudinem. Addunt malitiam grande cibi fastidium, & omnimoda cruditas, vt e contra signa coctionis, & ciborum appetentia salutem nuntiant.

Quẽadmodũ huius affectionis causę sub eodem genere esse nõ possunt, sic curatio quare variãda secundũ illius morẽ. Si sola vigeat intẽperies solis humectantibus cedit, atq; ijs alimentis, quæ bono, & facili succo corpus reficiãt, balnea ad humectãdũ prę stant, vict⁹ ratio infra discribitur. Si caput humor tantũmodò occupauerit, habita pri⁹ cõsēseri vacuatione procurãda est huius virtus, & tẽperies balneis humectantibus, ac linimẽtis somniferis. Si quãdo iungitur humor totius, primò illius, vel alicuius præcipui visceris, quod compatitur, est habenda ratio; vt quoque aduertenda noxa recentæ vacuationis, si forsan præcesserit. Si dæmon causa est, pręstat cæleste auxilium per viros religione, & virtute præcellentes: si fortis, fixaque alicuius rei apprehẽsio, medicinis non eget infirmus, sed arte, atque industria, quæ stabilem imaginationem inuertant. Tandem in omnibus cita requiritur administratio, & cita curatio, lenta tamen, non celeris: vetus enim affectio difficilior redditur, & quia natura cerebri temporis *Curatio.*

diutur-

diuturnitate mutari solet, mutatio autem in contrariã qualitatem deterior censetur, & quia infirmus præceptis minus cedit, Sit hæc de vniuersali morbi curatione; nunc ad particularia descendamus.

Victus. Alimentum sit tenue, quod tamen plurimum succi præbeat; sit humidum, in calore, & frigore temperatum securius, licet mutari possit pro natura humoris, & tẽperie seu patientis loci, siue ingenita totius. Sic innuit Auic. quamuis Ras. vniuersaliter grossum commendet adustioni scilicet minus obnoxium. Paulus vitium exolutionem considerans quærit victum multi, & boni chimi, nil loquens de tenuitate, vel crassitie. Quodcumq; præstabit odoriferum, ex fructibus poma redolentia, pisces petrosi elixi, oua mollia, caro volucrum, melior lacte nutrita, melior perdicis, pulli galinę, caponis, nec valde absimilis quam suggerit agnus, & hædus; a proprietate conueniunt agnus castratus, pulli perdix, phasianus, turtur, cor lupi, muris caro elixa, & pulli noctuę, vel accipitris decocti succo maioranæ. Vinum a luetis commodius, in alijs auratæ, vel scorceonera incoctæ aquæ; panis præstantior a quo omnino secretus sursur, quo modica sit fermenti portio, crustarum nulla. Acetum tanquam melancholicis inimicum improbatur, 1. simpl. 31. similiter omnes crassi cibi, salsi, duri, adusti, acetosi, vel aceto conditi. Legumina flatu nocent, brassica, & cinnara inter herbas deterrimæ. A proprietate leporina caro maximam vim habet ad augendam melancholiam, 3. de aliment. fac. 3. de loc. 7. 2. de part. an. 4. licet Gal. cit. maiorem concedat aprinæ. Aer sit lucidus, humidus arte, vel natura, Mes. optat temperiem, quæ in

in actiuis præſtat, nam ſemper in melancholia deſideratur humectatio, non ſemper calefactio: amænus tamen eſſe conuenit, vbi delectans intuitus recreet, nemora, & planities gratæ fontium amænitate, prata vbi lentum gramen, odorati flores, atque frondes arborum virentium: ſomnus omni ſtudio conciliandus. Leue ſit exercitium, non graue, aut laborioſum, quod reſoluat, atque debilitet: equeſtre non diſplicet, per mare congruum, per flumen laudabilius, maxime ſi delectans iūgatur muſica ſeu lyrę ſuauiter reſonantis, ſeu cantilenæ, vel vtriuſque: venus, vel interdicenda, vel rarò concedenda in copia flatuum, quibus abundant melancholici, & propter lætitiā qua fruuntur, vnde animus quodammodo expanditur, & relaxatur: ſemper tamen ſuper inannitionem interdicitur, ob maiorem exclutionem, & ſiccitatem, quam inducit. Ex veſtibus coloratæ aptiores, meliores purpureę præſertim odoriferę. Animi paſsiones nitendum moderari, quæ ſolæ morbum, vt generare, ſic poſſunt ſoluere. Has inter præcipuę lætitia, mæror, timor, audacia.

Quod attinet ad remediorum exhibitionem præ cūctis prętat cura roborandi cordis, & ingerendę lætitiæ: primò interius ſumptis ſirupo de pomis, de ſapore, borraginis, cum aquis meliſæ, bulgoſæ, ſcorceoneræ, puluere diamargaritonis, trium ſandalorum. Quæ non tantum ſeruiunt ad hilaritatem, ſed ad præparandos ſuccos melancholicos expulſioni. Adde ea, quæ a proprietate lætitiam imprimunt. Margarita timorem diſcutit, ſuccinum ſpiritus congregat, zodoaria, & ſmaragdus pellunt eorundem noxam, conſerua borraginis hilari-

tate præstat, rosa lapsui commoda est, vinum melācholiam domat (sic ignis ferrum) borrago cordi opitulatur, aurum, & hyacinthus toto genere conferunt. Secūdo iuuant, quę exterius apponuntur cordi, quo illęso Auic. melancholiam impossibilem iudicat: valēt aqua naphæ, rosarum, melissæ, addito puluere diamargaritonis, & guttulis vini albi odoriferi. Tertio, conciliatur gaudium iucunda amicorum conuersatione, & ludrico aspectu rerum delectabilium, vel relaxante exercitio per amæna loca (de quo supra) atque alijs similibus, quibus mens intenta peruersæ imaginationi non cedit. His ergo ad curationem pręmissis ad alia transeamus.

Phlebotomia. A veteribus sancitum est sanguinis vacuationem parum prodesse melancholicis, vnde Gal. 3. de loc. 4. *Si enim forte fortuna frigida, aridaque fuerit dispositio sanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculum.* Hæc ille, quę de melancholicis possunt intelligi, nec immerito, sanguine enim detracto sequitur spiritus imminutio, & huius defectu metus, atque tristitia. Secundò, quia in hoc affectu crassitudo interius latitat, quare sępè tenuior, & laudabilior sanguinis pars extrahitur intus remanente crassiori: hoc rectè aduertit Auic. Gal. verò cit. de locis, cap. 7. absolutè recipiendus non est, saltem in hoc casu, cum tenuem sanguinem statim sistendum præcipit: nam satius est ad vncias multas detrahere, nisi sanguinem æquabiliter difusum esse constet: ideò lata venarum incisio præcipitur, vt sanguis erumpat liberè. Impedit ergo humoris crassitudo: impedit tertiò huius frigus, qui sanguinis absentia magis refri-

refrigeratur. Iam verò si solum caput occupauerit, abstinendum prorsus, nisi minetur ingens ipsius plenitudo. Paulus, Haly, Serap. & Ras. indeterminate in melancholia phlebotomant, scilicet tentantes salientem succum. Mesues in sanguinea tantùm permittit: ego sic teneo in proposita quæstione. Quamuis in omni melancholia conferat, quia simul cum sanguine fæx eius vacuatur, & agitatur alioquin fixus, & inconcussus humor, in sequenti tamen euentu, & securior, & laudabilior. Primò vbi per totum afflatus sanguis melancholiam generat. Secundò, si in ardenti, & squallido hepate sanguis bulliat. Tertiò cum præcesserit vacuationis alicuius euidens suppressio, siue hæmorrhoides, seu menstrua fuerint. In priori casu licet aliqui communem eligant, quæ vt pote simul caput respiciat, concederem quando semel vna inciditur cum mediocri plenitudine: hinc cephalica, tandem vena frontis, si vires permiserint. In secundo laborans hepar dextram, lien sinistram desiderat. In tertio tali vena quæritur in prouocatione menstruorum: ad reliqua cubitalis aptior, quamuis Haly prius semper saphenam eligat, vt scilicet peccans humor ad remotiora trahatur. Hæc tamen positio cõmodior est vbi furiosior, & tenuior sanguis cedit longiquiori euacuationi, in crasso minus efficaci.

Purgationis opus magnam considerationem postulat: humor namque melancholicus benignè tractandus est: aliter ritu cancri exasperatur: ideò quartana, inquit Gal. ampliùs curata duplex redditur. Mes. lentam purgationem præcipit propter crassitiem, & rebellionem humoris. Assentit Au. 1. 3. trac. 4. cap. 20. leuia tantùm *purgatio*

M 2 per-

permittens. Sanè fortia desiderat inobediens, & crassus humor, modica tamen quantitate, & vicibus repetitis: adde cõditionem nullius inflammati visceris, aut hyppocondrij, imo nullius intemperamenti insignis, lienis, aut hepatis; quo casu & interdicenda vomitoria, præsertim fortia in debili ventriculo. Tunc lenioribus vti expedit, semper verò mediocriter res agenda, & humor sufficienter parandus non solis sirupis, sed & clisteribus, qui vias molliant, & emmendent contractam intestinorum siccitatem.

Diuretica. Paulus, sudores, & vrinam prouocat, Mes. & Auic. negant, quia subtile vacuãt grosso remanente: il c videtur intelligendus de obstructionibus in hyppocondriaca frequentissimis. Sic in suppressis mensibus: non tamen intense calida, & sicca adhibenda propter maiorem adustionem perusti iam humoris.

Localia. Inter purgationes balneis, atque fomentis vti expedit, quæ corpus fluidius, ac mollius reddant, & humoris contumatiã mitiorem: post euacuationem verò vt illius reliquias soluant, & partem affectam roborent. Ad id seruiunt lac tepidum, & ius pinguium extremitatum: tantaque est vis huius medicamẽti, vt dicat Gal. 3. de loc. 7. se multos curasse solis balneis, & humectante victu: vbi quamuis vniuersaliter loqui videatur Paulus, & Aæt. interpretantur de melancholia proprietatis. Post balnea lenes conferunt vnctiones amigdalarũ dulcium, violarum, seminis lini, assungiæ, butiri, medullæ crurum vituli, vel solę, vel redactę ad lenimentum cum cera alba, butiro, &c. Tandem faciunt quæ cerebrum recreant, firmant, ac roborant, sed & in his aduertenda

tenda eorum ficcitas, cui humectans aliquid admiscendum, omne tamen odoriferum ad maius robur, & potentiæ refectionem. At si tandem istis non cessat affectio post purgationes sufficienter repetitas, veniendum est ad prouocationem hemorrhoidum, vel vsum fontanelle. Et hæc de proprietaria melancholia, quam placuit fusius pertractare, & quia multa enodantur in medicina notabilia, & quoniam via sternitur reliquis istius morbi speciebus, de quibus per sequentia disputandum.

Sic dicitur hęc melancholia quòd ab hyppocōdrijs ortum duxerit Paulus flatuosam vocat, Haly ascendētem, Arabes mirachiam, recentiores præcordialem. *Hyppocōdriaca*

Causæ tres in vniuersum statuuntur. Prima obstructio, siue conculcatio humorum varijs in locis viscerū, quibus & incalescunt, & flatus mouent: frequētes sunt splenis venæ, meseraicæ a iecore in ventriculum, aliæ a mesentereo in splenem: pilolon, pācreę, vterus. Secunda causa solet esse ventriculi frigiditas coquenda alimenta in acorem vertens, ac tandem in halitus: ea verò vel positiua sit, aut sequatur illius vim debilem, & defectum innati caloris. Tertia nascitur ex contraria operatione iecoris, & ventriculi, quando hic non coquit prę frigore, & debilitate, ille propter calorem nimium trahit immodicè. His adde splenis, atque vteri propria vitia, & infimas vires, naturales venarum angustias, ac cæcos anfractus; quæ iuuant alimenti insigne vitium, forte, intempestiuumque exercitium, & multæ causarum, quas supra enarrauimus. Hæc communiter: Gal. tamen, 3. de loc. cit. dubie videtur loqui, neque consensum *Nomina. Causæ.*

ſum recenſet cum alijs partibus, quam eum ſtomachi vicinia iuxta quem inflammationis modum conſtituit ſimilem vitioni eiuſdem a diaria ſucceſſi. Auer. piloli inflammationem admittit, Paulus phlegmonem. Auic. vtrumque negat ob defectum febris, concedit verò humorem per vaſa ſparſum, aduſtumque: quod & veroſimilius apparet, & dupliciter poteſt accidere. Primò, cum ſubſtantia, & temperamentum illarum partium accenditur (hoc Gal. & Auerroi ſit inflammatio) ſecundò ſi obſtruitur craſſo, & melancholico humore (humores alij, licet craſsi obſtruant hæc loca, alios ferunt morbos) ibi igitur incaleſcunt, & calefacti in flatu ſoluuntur.

Signa. Ferè omnia quæ proprietatis melancholiã inſinuant minori intentione monſtrant hyppocondriacam: minus delirium per maiora interualla repetit, affecti hyppocondrij manifeſta eſt ratio, ventris rugitus, tenſio, ructus acidus, inepta coctio, cordis palpitatio. Particularius obſtructionem indicant tarda alimentorum diſtributio, & vomitus ſequenti die: frigiditatem, dentium torpedo, ructus acidi, crudorum vomitiones, coctionis tarditas, dolores ventris, exuberans ſaliua ab aſſumpto alimento: addit Gal. fluctuationem, quæ finita coctione quieſcit. Inflammationis ſunt ſigna æſtus, ſitis, ſqualidum corpus, nidoroſi ructus, & totius alui conſtringens ſiccitas. Hepar affectum indicat dextri hyppocondrij tenſio, lienem ſiniſtræ partis labor, vẽtriculum coctionis vitia: at vterus inferni ventris rugitu dignoſcitur, certiori argumento ſi menſtrua ſuppreſſio recens fuerit.

Hyp-

1 Hyppocondriaca, quamuis toleratu facilior, prolixiori duratione magis vrget.

2 Minatur plurimos affectus, epileptiam, appoplexiam, vertiginem, & in ijs, qui deiectum habent animum palpitationem, tremorem, syncopim, deliquium. *Prognostica.*

Præter communia, quæ iam probauimus in curatione melancholiæ proprietatis, particularia quædam desiderantur in hyppocondriaca: nunc enim obstructionis apertio, nunc fuliginum resolutio necessaria est: hinc viget debilitas viscerum, & coctionis impotentia, illinc membri alterius labor alius. *Curatio.*

Quarè victus ita sit humectans, vt fugiamus obstructiones in hoc morbo frequentissimas, qui coquatur facile, & auidius a natura amplectatur: nam propter hyppocondriorum vitia quædam alimenta quamuis tenuia, & probo succo prædita caloris efficacia nidorem concipiunt, quædam crassiora a frigidiore temperamento vinci nequeunt. *Victus.*

Vniuersales causas fugiendæ phlebotomiæ in hoc morbo diximus, particularius in hyppocondriaca vetant quatuor. *Phlebotomia.*

Prima, frigiditas & copia humoris melancholici. Secunda crebrę cruditates quæ calore, & sanguine indigent ad sui coctionem. Tertia, impotentia tum coquentis ventriculi, tum aliorum viscerum. Quarta, flatus qui caloris absentia multiplicari solent, minùs discuti.

Ideò rara, & modica permittitur ad tẽperãdũ calorẽ venarũ, quę succẽdũtur, amplior in defecta vaporis gelidi, & suppressione menstrui consueti: ideò Paulus, phle-

phlebotomiæ loco ventosis vtitur, siccis ad solutionē flatuum, scarificatis ad leuamen inflammatæ particulæ, supra quam admouendas præcipit.

Vomitus Vomitus interdum purgatione securior, maxime in stomacho debili, qui frequenti purgatione magis perditur: at repetita vomitione leuatur, purgatque quas continuò cruditates ingerit: ideò Haly primò consulit ante omne remediorum genus. Et hæc satis de hyppocondriaca, quæ si fiat ex contra operantia iecoris, atq; ventriculi curatur vtriusque membri temperamento.

Amor herous. *Nomina.* Et hęc altera esse potest melancholiæ species, quæ herous amor nuncupatur, quod nō viles, & seruos, sed dominos occupet: heros enim Græcè dominus est: ex illis verò magis ingeniosi, & subtiles cōcidunt: vnde & philosophi sic affecti dicuntur a philos quod amorem significat, & Auic. appellat alhasch. In hac igitur affectione delusi animi sic oberrant, & immaniter sæuiunt, vt tandem prorumpant in deliria, & melancholiam. Ita enim figitur per hunc amorem in re dilecta, vt nec aliò distrahi vnquam possit, nec ab intento desistere: vndè peruertitur rationis, ac intellectus operatio.

Signa. Notæ horum sunt oculi concaui, qui lachrimas non effundunt, sed voluptate quasi perpetua perfusi apparent; crebrò agitantur motu ridentium, & soli amatoribus concidunt, reliquis partibus minime colabentibus: accedunt emissa suspiria, cibi fastidium, somnus interruptus, aut deficiens, & obliuio tum cōsueti operis, cùm administrandæ familię. Addit aphrod. extremorū alteratione seu a frigiditate, siue calore: quoties enim anguntur, vel desperant, calor insitus in profundum se con-

contrahit: vnde extrema refrigerantur: pallent verò ob eam rem, & tristi vultu, demissoque incedunt: at cum vel spem obtinent bonam, vel admodum excalescunt, calor ille cum natura ad cutem effunditur. itaque calidiores, rubentioresque redduntur, 2. probl. 35. de pulsu (licet Haly solicito similem) antiqui proprium non agnouerunt, nisi in præsentia rei dilectæ, quando perculsa mente, atque animo concitato exilit inęqualiter, & solitum tenorem relinquit. Nec pulsus tantùm, sed & gest᷒, & mores incompositos reddit amor (inquit Auic.) præsens magis inordinatos, absens minus.

Prognostica. Melancholici hanc passionem faciliùs incurrunt, reliqui rariùs: illi ob nimiam mentis fixionem curationi cedunt difficile: illi minori negotio solent obedire: omnes periclitantur fama, diuitijs, atque substantia: multi moriuntur fatui.

Curatio. Cum ratio istius morbi pendeat a sola deprauata æstimatione mentis delusæ concepta exterioris obiecti pulchritudine, nullis indiget medicamentorum auxilijs: qui enim tentarunt hunc curare purgantibus, & victu extenuante in grauiora pericula laborantes duxerunt: quare maior curationis pars in industria posita est qua tales sunt tractandi, & in persuasione rei alterius distracta alibi imaginatione. Sanantur ergo temporis interuallo remota amandi occasione: iuuant ea omnia quę possunt animos delectabili aliquo intuitu in diuersum trahere: vel quæ cogitationem detinent concentu, & suauitate: ita prosunt lectio historiarum recreatione, & varietate prępolentium (solitaria melancholicos reddit animos) ludrica acceptorum amicorum conuersatio,

satio, ludi, ioci; cantus hilares, lyræ læti sonitus. Item moderata in rebus congruis occupatio mentem diuidit, camporum amænitas ab vrbana meditatione seiungit animos, crebræ lites, & contentiones sensus aliò referunt. Ita conspectus nemorum virentium, iucunda venatio, conuiuia lautè, atque opiparè concinnata. Victus in hac affectione sit plenior qui succum habeat electiorem. Vinum suspitione veneris interdicitur, ebrietas conceditur obliuiscendi amoris gratia. Haly laudat balnea, equitationem, & moderatum exercitium. Si verò his omnibus non quiescat imaginatio tenax; viris doctis, & virtuosis committendus est æger, qui validis argumentis rem dilectam reprobent, & accusent vitij turpitudinem. Iuuat quoque pudendorum muliebrium fœditatem præbere in aspectum, quæ sanè horrida species pulchritudinem alioquin delectabilem cogit despicere. Quòd si neque his cesserit, consulunt aliqui verbera, terrores, inediam, vincula: ast hoc remedium præterquamquod tutum non est, rem amatam vetitam reddit magis desiderabilem, nec cæcus patiens sentit supplitij incommodum: idcirco satiùs habeo rem dilectam tradere (sinunt connubia diui) vel in re impossibili pulchriorē aliam: hac enim potest quiescere libido satiata, vel saltem flecti tenax animus, illa solui imaginationis vis, quæ sic efficax interdum est, vt sola & hunc, & morbos alios curet, ac leniat.

Mania. Nomen & differentia. Restat quarta melancholiæ differentia, in qua delirātes non iam mærore, & metu concutiuntur, sed feroci quadam temeritate perturbantur. Mania dicitur, quod nomen, quasi Græcum aliqui insaniam vertunt, alij diuina-

binationem (diuinant sępè maniaci) quidam a contrario sensu deducunt: man enim bonum significat. Nonnulli furorem, non insaniam vertendum nomen credunt argumento consulti iuris, quod furibundos a dominatu reijcit, non insanos. Non desunt, qui diriuent a Mania Laruarum matre, aut ab ipsis Manijs, quas Laruas, & Lemures esse fingunt. Multi à dæmonibus deductum putant, maximè quia antiqui hunc morbum propter affectus acerbitatem dæmonium vocauerunt, ex eo quod ęgri similia habeant accidentia, quę dęmones cum se corporibus insinuant: animarum enim, seu manium inferarum more concitantur: vnde non huius mũdi, sed potiùs inferorum morbus existimari potuit. Auic. appellat dæmonium lupinũ a similitudine luporũ per nuctẽ furentiũ. Paulus furiosam dementiã, Haly caninã melancholiã vocat, alij lunaticos (vulgo maniacos) ob lunæ motũ in ipsos agentẽ: hoc tamen non quadrat nomen, nisi quando per interualla repetit affectio: quare hęc mania lunatica iure dicitur. Itẽ Paul. lycãtropiã, quã latini vocãt lupinã insaniã a mania separat; sic & Auic. nos maniã genus statuimus ad varias furoris species lycantropiã, Arabibus, *cutbut*, & cinãntropiam, seu caninã maniã: lupis illi per omnia similãtur, & noctu domo exilientes circa mortuorũ monumenta versantur, societatẽ fugiũt, latitant, insidiãtur, clam aggrediuntur, feriunt, & interficiũt. Canini verò canũ mores gerũnt, ipsosq; imitãtes rixãtur, insiliũnt, rident, blãdiuntur, obediunt, & amicos intuentes, & agnoscũt, & delectãtur. Illis aliæ similes sunt differẽtię, quas de melancholia proposuimus.

Causæ. Antecedunt hanc affectionem, perfrictio, vinolentia, vigilia, mæror, amor, iracundia, timor, superstitio, auaritia, contemplatio, instantia, venus, ambitio, & indefessum litterarum studium: iuuant arida, & calescens victus ratio, in fæminis menstruorum suppresio, in viris hæmorrhoidum, varicum: in vtrisque vlceris repentina oclusio, qualem vidit Amatus, cent. 2. curat. 67. in maniaco qui rursus aperto vulnere sanitati fuit restitutus. Coniuncta causa in genere duplex est: immaterialis altera a solo calore perusti cerebri: humoralis altera quam triplicem constituunt, adustam bilem, melãcholiam similem, & sanguinem a feruore assatum. Hoc autem vel contingit vitio lienis, hepatis, aut alterius visceris succos adurentis: vel primùm in cerebro succrescit affectio, cum iam ardenti, fixaque intemperie vertitur. Rursus nec sanguis, nec melancholicus humor mediocrem vstionem patiuntur ad generationem maniæ, aliter melancholiam ferent. Feruentem choleram, licet in atram non degenerauerit, posse efficere probabilius est. Aëtius permittit a sanguine incorrupto, eoque vel biliioso, vel sola multitudine offendente: hoc tamen videtur arduum, illud est bile coincidit. Item ab vsta melancholia affectus duplex: vel cum crasior sanguis (fæcem dicunt) per adustionem mutatur in atram bilem: vel quando istius excrementum a liene purgandum in eandem transit.

De phlegmate maior est dubitatio, quippe istius cõuertionem in atram bilem primus admittit Auic. Haly verò, & Conciliator non hoc tantùm incineratum, sed omnes succos quatuor in melãcholiam mutari aiunt.

Negati

Negat tamẽ Gal 3. de loc. 7. quem sequitur maior pars recentiorum, & iuuat ratio, si de vera melancholia fiat interrogatio, non de humore simili, qualem idem concedit ex falsa pituita, & Cõcil. ex vitrea denigrata a frigore indurante humidum. Sic verò interpretandus est Auic. si quando hunc humorem melancholiæ tribuerit: & si mauis Haly, atque Concil. Itaque ex dictis sequitur humorem fieri posse melancholico similem: vnde & similem morbum, & accidentia.

De coniuncta febre pariter dubitant. Non agnouit Gal 2. de caus. simpt. vlt. 3. de loc. 7. Aurel. lentam expertus est; ab omni tamen inflammatione liberã. Auic. licet fateatur euentus raritatem; non admittit frequentem. Reddunt autem rationem. In mania nullum humoris vitium reperitur, nulla putrens humiditas sed solum incendium ab inflammatione immune: ast hæc insufficiens videtur, quia ex feruore sanguinis citra putredinem febris non rarò accidit; ex bullienti bile concedunt plurimi: quarè & permittenda in maniacis, præsertim si hepatis, & venarum iungatur feruor, nisi hic sensim procedat, quando humor a calida hepatis intemperie paulatim succenditur, nec subito efferuescit: tunc enim lenta actione absumitur succi humiditas, vnde maniæ redditur appositus si in cerebrum cõfluat, quod citra febrem contingit. Simili euẽtu laudabilis humor a cerebri intemperamento aduri potest: idque, vt illud, sine manifesta febre: nam lentorem illum Aurel. rarò negabimus, eo maximè si ad phrenitidẽ sequatur morbus, cũ sedata iam succi inflammantis ebullitione, ex derelicto intemperamento febris lenta permanet.

Signa

ſarior, in pueris, & mulieribus rariſsima: omnis per autumnum repetit, & crebrior eſt, 3. aphor. 22. maximè per flatum ſeptentrionis, 1.3.trac.4.cap.15.

4 Maniacis hæmorrhoides, aut varices ſuperuenientes ſolutio, 6.aphor.21.ita quę defecerunt menſtrua redeuntia: ſic hydrops ſuperueniẽs, cuius humore aqueo mitteſcit melancholię rigor, & ariditas, 7.aphor. 5. 1.3. cit. ſuperueniens autem acutis febribus cum bonis ſignis ſolutionem, cum prauis mortem portendit.

5 Ex ſpeciebus mitior eſt ſanguinea, aduſta melancholia deterior, deterrima peruſta bilis; quãuis illa prauior ſit Auic. ob magis, vt videtur, difficilem cauſæ diſcutionem. In vniuerſum nulla ſecura eſt inſania, 6.aph. 53. in riſu minus periculum: quò grandior, & truculentior ferocitas eò deterior morbus iudicatur.

Laborantis indomita conditio, & ferox animus curationem peruertunt, ob idq; maiorẽ partẽ facit induſtria: at ſi quando cedat vtendum ſequentibus. In victu mediocritas quæritur, ne videlicet prę tenuitate ſuccẽdatur facilè, prę craſsitie obſtruat, aut difficulter conficiatur. Ex qualitatibus pręſtat humiditas, in reliquis tẽperies: hędi, pulli, aues domeſticę nutritę hordeo, lacte, lactucis; piſces ſaxatiles, ptipſanæ, iura optima. Vinum rarò concedit Aet. lymphatum Auic. ob neceſsitatem ſomni: in aduſta melancholia congruentius, & in morbo, quem metus genuit. Somnus, & otium iuuant maximè: aer optatur mediocriter lucidus, calore, & frigore temperatus, recedens ad humidum. Patiens non ſolus habitet, ſed inter eos quos nec ſpernat, nec odio habeat. Ad hunc verò cauti omnes accedant. *Curatio.*

Euacuationes, & diuersiones variæ. Auic. Haly, & Aæt. ad animi deliquium mittunt sanguinem. Paulus absolute phlebotomandum præcipit. Securiùs in feruente, & abundante sanguine vena scinditur: in reliquis speciebus purgatione vtimur, quamuis reuultionis, & refrigerationis gratia sit etiam conueniens phlebotomia, præsertim in ijs, quibus aliquod viscerum fuerit inflammatum. Purgationem tamē præcedat sufficiens præparatio syruporum, atque clisteriū: post vtramque verò euacuationem particulares iuuāt, cucurbitulæ, frictiones, ligaturę, vena frontis, & quæ linguæ subiacet ex pręcepto Auic. Haly commendat balnea, & lactis aquam. Aæt. post omnem sanguinis extractionem somnum consulit, ne ægri vigilijs immaniores reddantur.

Localia. Cordi accuratiùs medēdum intrò, extràque ijs, quæ hilarant, & roborant. Ad caput laudant Paulus, & Aæt. oleum rosatum cum aceto. Auic. lac emulsum, vel idē violaceo admixtum, hoc magis vigilanti conuenit, illud repercutiendi gratia: at post sufficientem inditam temperiem odoribus firmandum est cerebrum, qui tamen, vt supra de melancholia monuimus, coniunctam siccitatem humectantibus temperent. Aæt. vtitur rubefactorio non tamen securè, nam prohibet ingens cerebri calor, & aciditas. Si verò dictis affectus non cesserit, ad balnea dulcis aquæ veniendum: quod si neque hæc profuerint, ægros domare oportet vinculis, & flagelis: ntenta enim animi vis sæpè efficit, quòd multa remedia facere non potuerunt. Reliqua ex capite phrenitidis, & melancholiæ petenda sunt. Per accessiones verò ligaturis & frictionibus occurrendum, & Pauli documento,

mento, cum ferocitas remittitur intra gigartum gestandus est patiens.

CAPVT XVII.

De læsa memoria.

Dvplex est memoria, intellectualis altera totius expers materiæ, cum solo recurrens intellectu: sentientis altera non immunis corpore, sedem habens in postica parte cerebri commodiore organo: nullis illa morborum generibus offenditur, licet per accidens possit deficere sensu deficiente in suggerendis obiectorũ idolis. Hæc ægrotat organi labore, & pereunte moritur. *Differentiæ, vsus, & sedes.*

Officium exercet (vt diximus) in postica parte cerebri, vnico posteriori ventriculo: si verò Haly duorum meminit, hoc in coniuncta fatuitate probandum est.

Munus est offerre præteritorum simulacra, & conseruare eadem quæ ab alijs potentijs fuerunt cognita, in quibus si deficiat pati iacturam necesse est. Moderniores triplicem morbum constituunt a triplici vitio actionis, abolitæ, diminutæ, deprauatæ: prima duo sine controuersia admittuntur, tertium suspectum videtur: si enim quispiam non benè recordatur id imminuta dicetur recordatio non deprauata, neque datur recordari vnius pro alio: hoc enim phantasiæ mun⁹. Vlterius memoria frigore, non calore offenditur: hic autem perturbat, illud minuit, ac extinguit: quare si quod damnum patiatur, non referendum ad perturbationem, & vitiũ, sed ad extinctionem, vel imminutionem: aliter æstimans,

O mans,

mans,& fictrix sensus,qui turbati caloris viribus deprauatè imaginantur, & iudicant: idcirco in maximis febrium ardoribus isti læduntur sæpissime salua,& superstite memoria:confusione enim idolorum delirium cõtingit,hæc autem a calore. Auic. capite proprio innuit argumentationem, nec valet alia phreniticorum delirantium in quibus si memoria praue recordatur id primo non est,nec essentiali ipsius vitio, sed peraccidens ratione actus deprauati, qui præcessit in alijs potentijs, Itaque si aliquid deprauatè cognitum fuit, similiter de eodem recordari,non est vitium,imò salus, cum res suscipiatur a memoria vt antea imaginata fuit seu malè,siue bene.

Rursus duo illi memoriæ morbi diminutio, & ablatio possunt considerari in triplici actu, quem præstat eadem. Primò in impressione specierum. Secundo in retentione earundem. Tertiò in oblatione ad reliquas potentias: prior actio leuem quærit humiditatem, secunda siccitate meliùs conseruatur, tertia vi indiget innati caloris: vnde morbi totidem inferius dicendi.

Causa. Ex procatarticis causis vna esse potest: vidit Plin. lib. 7. cap.24. ex prçalto tecto lapsum matris, & affinium cæpisse obliuionem: Messelum coruinum alterũ sui nominis oblitum:sic externæ omnes,quę valent nimiùm vel exsiccare vel humectare cerebrum.Ex internis prior frigiditas,qua densati,atque immobiles spiritus torpescunt,& cerebri substantia spissior reddita spectrorum impressionem rennuit. Seu priuatiua, quæ calorem,& natiuum spiritum negatis, illa nec imprimi,

mi,nec offerri permittit. Secunda causa est fluida cerebri humiditas propter quam impressa rerum simulacra consistere non possunt,sed labuntur facilè. Tertia est nimia siccitas,quæ impressioni specierum resistit, vt cerebro figi nequeant:ideòque per senium hoc inarescente memoria deficit. Tres igitur illæ qualitates offendunt memoriam seu abundante, vel deficiente materia,siue solæ obsistant,aut iungantur inuicem: sed quò agant,& quæ sit potior ad illius iacturam non est manifestum: ita tamen de re philosophandum videtur. Immensum frigus,potensque inducere omnimodum torporem & cerebro,& speciebus ex toto memoriam auferre potest. si non ita ingrauescat algoris qualitas imminuere, 3. de loc.5. ab humiditate aboleri non posse verosimile est:.quantumuis enim hec superfluens, lubrica rerum simulacra breuî conseruare poterit. A sola siccitate nunquam deletur radicitus, nisi calor penitus languescat: meminit Gal. lib. de simpt. diff. cap. 3. in Atheniensi peste: tanta namque vis est,& agilitas specierum,vt in quouis subiecto figi, ac imprimi possint, atque aggredi renitentem materiam. Hinc licet colligere memorandi ordines. Qui enim posterius cerebrū humidum concepeiunt breuissimè concepta minùs retinent: qui siccum tenaciter conseruant, quæ difficilè apprehenderunt.

Huius affectionis signa non egent demonstratione: quæ tamen insinuent peculiarem conditionem causæ non ita constant. Aet.& Gal. ex duobus præcipue eliciunt,somno,atque excretis:his adde modum læsæ facultatis,de quo supra. *Signa.*

Progno-stica. 1 Quos memoria subitò reliquirit: si species reliquæ incolumes apparuerint, hos appoplexia, resolutio, aut aliud ingens expectat malum.

2 Qui lethargum experti sunt, facilè memoriæ defectum incurrunt: præcessit etenim labor maximus illius partis, qua memoria residet.

3 Difficilior ex siccitate memoriæ læsio: promptiùs enim emmendatur humiditas: at siccitas procedente ætate augetur continuo.

Curatio. Ante curationem aduertes sanum Aætij consilium dicentis reprobum esse medicamentorum vsum in ijs, qui ex natura, vel ętate languidam, & debilē habēt memoriam: iuuat tamen hos victu optimo, & commoda vitæ ratione paulatim reducere: vltra quę & industria maximam prębet efficatiam: hęc verò sequentibus prę ceptis explicabitur. Primò augebit memoriam qui attentiùs animum rei alicui ad oucrit (ideò obliti beneficiorum, tenaces iniuriarum sumus) de qua non tantúm melius recordabitur, sed facilior reddetur ad reliqua. Secundò facit æquus ordo seu verborum, siue scripturæ. Tertiò compendiosa, & succincta oratio facili⁹, & apprehēditur, & retinetur maximè circa versus, qui & compositionis ordine, & delectabili cōcentu memoriam promouent: expertus ego hanc adauctam ex frequenti carminum conuersatione, & vsu: adde tria supra dicta, quibus adiutus integram pulpiti concionem per vices apprehendi, ita vt & citati authoris, & loci, & regionis longè meminerem, neque varij motus, gestusq; obliuiscerer. Hæc in iuuenta dummodò orator æquè, distinctèque disponeret cum diluuda, & compendiosa ora-

oratione. Extiterunt celebres a Societate Iesu, Iorgius Almeida, Andreas Lodouicus, Gondisalus Lodouic⁹, Ioannes de Tauora Ex Franciscanis Andreas Innocentius, Emanuel de S. Lucas. Ex nostris Canonicus Cea, alius Posadas, & alij. Quartò aptiùs memoriæ figitur quod rarum; vel mirabile est: ideò pueri aliquorum benè reminiscuntur: quamuis alioquin facilè labantur, ob cerebri mollitiem, obiectorum imagines: his enim cuncta noua, & ardua apparent. Quinto facit iucundus, & gratus in rebus percipiendis appetitus, qui animos ad attentionem allicit. Sextò memoriæ cultus crebra rerum repetitione augetur, inquit Tullius. Septimo metus attentos cogit sensus, in pueris maximè, quos ille faciliùs commouet. Octauo, mentis adhæsio, & permanentia in re aliqua ipsius memoriam firmat; & seruat: at per distractionem oberrantes animi non ita reminiscuntur: vnde religiosi rectiùs sunt memores, qui nullis reipublicæ occupationibus implicantur, nec distrahuntur familiæ administrandæ cura: pluribus intentus minor est ad singula sensus: & hac quoque de causa expertus sum iacturam antiquæ memoriæ iam: nunc non ita feliciter operantis. Addes vltimò moderationem animi, atque modestiam, & sanctam vitam, quæ, vt corp⁹, sic mentem iuuant: contra verò praui ritus, & turpitudines, quæ sæpiùs animos vitiarunt, magis veneris tam vsus, quam appetitus immoderati: mens siquidem tenebrarum spissitudine obruitur, & cerebrũ calore profusso minuitur, atque languescit. Sic in ira, timore, solicitudine; sic in ebrietate, atque phrenitide minus sòlemus recordari, in quibus scilicet memoria obscuras ve

luti,

luti,& quasi superficiarias rerum imagines conseruare non potest:& hæc ad illos qui infirmam, debilemq; ex natura memoriam obtinuerunt,quibus Cyrus Rex nõ indiguit,qui cunctis in exercitu suo militibus nomina indidit,inquit author naturalis historię.

Si tamen morbosa occasione contingat affectio,op⁹ est medicamentorum viribus,ijsq; varijs pro diuersitate causarum. Vniuersaliter fugienda,quæ morbum solent antecedere,aer frigid⁹ maximè niuosus, vel ab speluncis obortus. Natatio in algidiori flumine, diuturna quies, medij diei somnus prolixior, crapulæ, cruditates, narcoticorum vsus, timor subitus, ingens tristitia, casus ab alto, labor immodicus, nimia solicitudo, vel studium,immoderata aquę potio, & inter omnia ven⁹ deterrima, quæ sola (vt supra diximus cap. de amore) non tantùm ad debilitatem memoriæ,sed ad torporẽ, atque fatuitatem perducit.Particulariùs,qui ex inanitione, & calidi resolutione patiuntur medicamentis non sunt infirmandi,sed reficiendi quales hectici, & atrophiati, calidioribus tamen ob memorię firmitudinem,humectantibus, quæ calorem natiuum augeant, vberiori quiete, ac somno, tepida capitis lotione, assungia,caprino lacte,pinguedinibus,& oleis conferentibus:omentum ouis recenter extractum prærogatiuã habet in hac occasione, vinum in omni confert si moderatum,obliuionem trahit immodicum.Si frigus siccitati iungatur non sic humectantibus insistendum, ne torpescat ampliùs frigiditas,sed calidioribus, quæ modicum humorem contineant. Conferunt item capitis frictiones,fomenta,saculi,victus in eadem intentione.

Cum

Cum memoria deficit propter frigus, & humiditatem (hoc crebriùs euenit) sanatur purgatione pituitæ. Secundò absumendæ sunt reliquię humoris in capite derelicti lotionibus, vnctionibus, saculis, pulueribus. Tertiò quę cerebrum roborent, poma ex sthirace, laudano depurato, ligno aloes, nuce muscata, thure, radice peoniæ, mosco, calamo aromatico. Interiùs aqua cinnamomi, & ligni indici, theriaca, methridatum, zinziber conditum, anacardi confectio. At in omnibus memorabile est Auic. documentum, qui timet immoderatam exsiccationem, qua non excrementosa tantùm, sed natiua simul humiditas exhauritur: at huius defectu cerebrum frigidius redditur, ob idque & memoriæ, & discursui ineptius. Plura Mes. & Auic. quæ si tandem satis non sint in hoc tertio memoriæ defectu, veniendum est ad balnea sulphuris, decoctum ligni, setonem, fontanelam.

Huic affectioni annectēda fatuitas: immemores etenim quasi fatui obtupescunt: differunt, quia isti vltra memorię vitium æstimatiuæ actione laborant: illi saltem circa præsentia ratiocinari possunt. At fatui deliria a melancholicis, & maniacis sic distingunt Paul. Aet. Auic. fatuitas ab ingenti cerebri perfrigeratione oritur, maniacorum delitia a siccitate: illam potest efficere pituitæ congeries cerebrum influens, hæc adustus, & feruens humor. Addit Auic. differentiam ex modo lęsionis, atque delirij: quippè hoc in fatuis paccatū satis est, & læsio in diminutione consistit, in maniacis turbatum, ac ferox, in melancholicis mæstum, ac trepidum: læsio autem in mutatione ponitur. *Fatuitas*

Vocatur

Nomina. Vocatur hic affectus a Paulo morosis, ab Auic. albŝ char, Gal. stultitia, vel stoliditas, Aætio fatuitas, atque dementia.

Causa. De causis censet Aæt. esse humiditatem modico frigore coniunctam, Paulus, & Gal. semper frigiditate rationem deleri aiunt, nonnunquam siccitate, aliquando humiditate pariter concurrente. Sanè pituita crebrior causa est: at curatio ferè eadem cum supradicta.

Curatio ebrietas, hydrophobia. De ebrietate in nostra poesi latè diximus: hydrophobia præterquam quod institutum quodammodo transgreditur, consulto ommittimus in aliud tempus rem differentes.

CAPVT XVIII.

De appoplexia, & paralisi.

DIximus de ijs capitis affectibus qui cerebri substantiam primò vitiant: nunc de illis, qui cauitates impetunt, atque obstruunt (vertigo non obstruit, licet cauitates occupet) priùs verò de appoplexia sęuiori morbo.

Nomina & definitio. Quod Græci appoplexiam, Latini cum Celso morbum attonitum vocant, quasi citra tonum reddens laborantes, vel totum, & salutis armoniam penitus destruens: vndè illi velut attoniti in terram prolabuntur. Gal. lib. de morb. temp. attonitam concidentiam, seu cataptosim appellat, & 3. de loc. 10. lib. de dif. simpt. ca. 3. definit paralisim principis facultatis cum totius corporis resolutione.

Alij

Alij sideratum morbum, vel siderationem dicunt, quia scilicet hoc correpti more tacti fulmine concidãt: sic Hipp. lib. de flat. & locis pluribus: licet interdum & hoc & appoplexię nomine similes affectiones insinuet. Est ergo appoplexia priuatio motus, & sensus in corpore vniuerso, voluensque læsionem functionum imperatiuarum.

A totidem causis duas communiter constituunt differentias veram, & spuriam: illa fit a multitudine crassorum siue pituitosi, seu melancholici humores sint (hos admittit Hippoc. 6. aph. 56. & Gal. 3. de loc. 7.) qui vel premunt, vel obstruunt substantiam simul, & cauitates cerebri: obturatis nanque meatibus per quos cerebrũ spiritus solet transmittere corpus omne immobile, atque insensile redditur, non aliter quam flectuntur solares radij interpositæ nubis obiectu. Nec satis est ad hũc affectum occupari substantiam cerebri saluis canalib⁹, quia tunc communicando spiritui datur locus; vnde saltem percussi ægri mouentur, nec grauis lethargicorum sopor impedit. Et hæc vera sit appoplexia, quæ ab obstructione frigidi, & crassi humoris semper oritur. Spuria vero ab omni ferè humore posse colligi ex sequentibus deducitur. Primò a flatibus concedit Hipp. lib. de flatibus, vbi sic: *Appoplexiæ ex flatibus oriuntur.* Et rursus infrà: *Si multi flatus totum corpus permeant, homo attonitus redditur, si partem aliquam, pars illa.* Istis similatur vinosa presso calore vini copia, inquit aphrod. 1. probl. 16. Secundò fieri potest a nimia, ac suffocante repletione, quę spiritus animales, & vitales ita premit, vt diffundi vndique non possint ad vitam, & motionẽ partium,

Differentia, & causæ.

tium, sed omnino coerciti suffocant, & grauant: atletarum est passio, qua oppressi subito moriuntur: aduertit Gal. 1. aphor. 3. Tertia occasio sanguis est, qui multus, gelatus & crassus iugulares, aut cauam obstruit, impeditque influxum spiritus a corde in cerebrum: de hac intelligitur Hippoc. 4. acut. 23. dicens: *Siquis repente obmutuirit, id venarum obtusiones, & obstructiones faciunt.* Aderit eadem ferè passio cum sanguis crassus carotidas interceperit, vel arterias, quæ texunt plexum cerebri. Quartò causa est ingens cerebri, vel arteriarum compressio, quàm frigus immoderatum, aut grande vulnus induxit: vnde caloris, atque spiritus suffocatio sequitur. Vltimò morbum efficit crassus sanguis per iugulares cerebrum confertim irruens, vbi premens spiritum sensu, & motu animal priuat, 4 acut. cit. & lib. de sang. mis. nec sanguis hic similem effectum reddit (existimarunt aliqui) concalescens etenim citra obstructionem prebet aliud accidens, non appopleticum, nec quantumuis illa grauis, potest prohibere spiritus communicandi influxum. Necessaria est igitur compressio, vel obstructio: quare genus hoc appoplexiæ vero simillimum, aut verum potuit iudicari, vt quoque tertium magis simile, & catalepsi, & sincopi, illi si carotidas intercipiat, huic si iugulares, & cauam obstruat; tunc enim calor omnis plenitudine, & crasitie impeditus diflari non potest. Differunt tamen, quia in syncopi non euidens, vel exiguus pulsus est, in hoc affectu magnus, ac plenus: in illa disipantur spiritus, vel repente ad cor trahuntur, in hoc occupantur ne in-

tro, forasque liberè comeent, idque propter multitudinem, atque crassitiem, non frigus, & siccitatem catalepsis causam.

Antecedunt affectionem magna grauitas, dolor capitis insolitus, aurium tinitus, labiorum, membrorumque palpitatio, tristis facies, vertiginosus intuitus, tremula, vel minus expressa loquutio, eadem intercepta, velox obliuio, tumens vultus, sensuum leuis priuatio, a qua illico leuatus patiens. Addit Paulus totius corporis tremorem, motum difficilem, dentium stridores, & discurrentes in vigilia splendores. Signa.

Præsentem monstrant sensus, motus, & loquela penitus deficientia, ita vt villorum auulsione, vel acuum cuspide puncti minimè excitentur, sed velut mortui immobiles iaceant stertentes, & dormientibus similes: nulla, vel difficilis apparet respiratio, in thorace stridor est grauis, per artus torpor gelidus, oris color plumbeus, inuoluntarij oculorum fletus.

Species distingunt sequentia: sanguinis indicia sunt iugularum tumor, & tensio, capitis, & oculorum coactus rubor, ijdem prominentes, corpus minus algidum. Phlegma ostendunt plumbea facies, lachrimæ, spuma, saliua, quę humoris melancholici mixtione vel crescunt, vel minuuntur. At febris, si simul inuadat, signum est adiunctæ inflammationis in toto, vel in capite. Illorum verò, qui venarum interceptione appoplectici fiunt, signa sunt rubedo faciei, oculorum stabilitas,

distẽtiones manuum, stridor dentium, mexillarum cõtractio. Et hæc simplicem morbum ostendunt: permixtione aliorum affectuu confunduntur signa: adiuncta catalepsis appoplecticorum corpus efficit rigidum, calidi venatum morbi per interualla mouent, & veluti languentem suscitant. At his vltimum signi genus annecti potuit eorum, qui a mortuis difficilè secernuntur, quod tribus modis communiter comparant. Primò si clausis fenestris, & semotis respirantium halitibus tenuis lana, vel gosyppum naribus apponatur. Secundò cyathus aquæ admotus stomaticę cartilagini, qui sepe motu pariter quatitur. Tertio speculum ad ora positum, cuius infectione iudicatur præsens respiratio. Verũm, si sola pulsatio vitam tueri potest, nulla horũ omnino certa sunt vitæ deperditę argumenta: quare prudenter tales seruandi sunt, etiam si nullum adsit respirationis indicium, propter eos, qui ex capulo, vel adhuc sepulchro reuersi perstiterunt: euidens iudicat Aet. si nulla sit ante quartum ægritudinis mutatio, & ad sensum deficiat respiratio: etenim cum reali defectu vita non potest consistere. Dicunt tamen: si omnis perpeditur cerebri influxus cur tota non cessat respiratio? referunt communiter ad fibras ortas a quinta coniugatione, quas incolumes natura reliquit pręcauens animalis interitum. Sed quare multi per interualla, & conuelluntur, & sentiunt? id contingit expultricis robore, quæ causam aggrediens longè pellit humorem, & hominẽ liberat: ille autem iterum rediens, ac cerebrum impetens affectionẽ innouat: hic rursus tertiò pellitur; quo vsque ęgri prę imbecillitate succumbunt, nec valentes

reuo-

reuocari moriuntur, vel omnino humore ad inferiora extruso liberantur: at in debili natura cum statim succumbant, vno, eoque perpetuo labuntur paroxismo.

1 Appoplexia more acutorum breui terminatur: quãuis enim ratione materię non sit, ex parte simptomatũ & membri nobilis, quod occupat, morbus acutus est: vnde epileptiæ accessio acuta, tota cõstitutio, censetur cronica. Insuper in illa ferè certus, ac frequens interitus est, & hinc Hip. 2. apho. 42. forte appoplexiam soluere est impossibile, debilem non facilè: vnde sic affecti mortui viuunt, inquit Aæt. *Prognostica.*

2 Respiratio in hoc affectu magis valet ad prædicendam mortem, vel salutem, quam signa reliqua: vnde 3. de loc. & 2. aphor. citatis ex quatuor respirationis differentijs elicit appoplexiæ periculum: ex causis vinosa sæpè soluitur, præsertim si senes, & crapulosos non prehenderit: similis ab exteriori causa proueniens. Suffocatio breui interimit: spurię cum minori periculo magis protrahuntur: media est legitima: quęcumque per vigiliam deterior, per somnum ob analogiam leuior: in omnibus paritas causę subaudiẽda est. In vniuersum vocis interceptiones cum singultu pessimę, cum exolutione pessimæ, 1. porreth. 23. si a vino deficiat, nec febris superueniat, aut vox rediat legitimo solutionis tempore patiens conuulsus repente moritur, 5. aphor. 5. imminet periculum si sudor frõtem irrigat; ægri namque labore contingit, 1. progn. 26. Si contra vox rediat legitimo solutionis tempore (naturalis dies prior est terminus, longior tertius) nam breui, & repentinę loquellę non est fidẽdum. Item si seruetur modica

par-

tium caliditas,& motus,sensusque principium: sit euidens,salutis est indicium. Febris verò maiori ex parte confert: in pituitoso affectu laudabilior,presertim quę lenta non fuerit.

3 Qui morbi discrimen euadunt in diuturnos affectus solent incidere,aut quibusdam membris, aut vniuerso corpore resoluto,quæ mala sæpè effugiunt, qui consensus accessiones tolerant,4.de loc.2.

2 Appoplexia a quadragesimo ad sexagesimũ frequentior est, 6.aphor. 57. ex temporibus paratior est hyems,3.aphor.23. nubilosa maximè;vt aduertit Aet. ille verò cui frequenter acciderit incubus, aut vertigo de se ipso solicitus existat,& humorem euacuet grossum, ne ad appoplexiam perueniat; inquit Auic. 3.1. doct.5.cap.1.

Curatio. Curatio sequatur affectus differentiam: phlebotomia conuenit in sanguinea, & in ijs, quibus præ multitudine intercipitur spiritus: in reliquis duplex est methodus, altera causæ, altera simptomatis: huic primò subueniendum, si nimis vrgeat: illi si morbus præstet inducias. Opus reliquum lethargo simile, remedia tamen,& fortiora,& crebriora propter morbi celeritatem, atque sæuitiem.

CAPVT

CAPVT XIX.

De cæteris neruorum affectibus.

RElíquæ neruorum affectiones quoniam cum supradicta non mediocrem habent similitudinem tenore ferè simili metiendæ sunt. Numerantur verò sequentes.

Paralisis particularis appoplexia est, quam emiplexiam Græci Latini resolutionem vocant: in hac aliqui non omnes nerui occupantur: quare cum spiritus vndique transferri nequeant, vbicumque deficiant, pars resoluitur. Ideò si ad anteriores humor efluat, torturam efficit: si ad posticam, linguæ, vel medij corporis, aut vtriusque simul resolutio sequitur. Risus sardonicus, seu canina conuultio euenit ex affecto vtroque latere. Aliquando mediam linguam afficit, sępè deglutionem humor impedit, sæpè vocis instrumenta occupat, interdũ vesicam, & rectum intestinum resolui contingit.

Vt verò paralisis integra est ablatio mot⁹, ac sensus, sic stupor sensus, tremor est motus diminutio.

Conuultio violenta est neruorum contractio compressa, impeditaque a morbo facultate, ne subitò, sed morbificè partem moueat.

Epileptia nascitur ab obstructis cerebri ventriculis, in quibus liber exitus spirituum motionem non impedit, sed conante natura noxium pellere fit conuultio.

Iecticatio est innaturalis membri delatio, atque cõstrictio cogente flatu.

Stet-

Sternutatio parua est epilepsia, cum natura noxium humorem protrudit a vijs anhelitus.

Ebrietas (quæ extra, bina mensura est) oritur a fumo turbante, ac sopiente cerebrum. Et isti huius primæ regionis sint morbi: cæteræ partes capitis oculi, nares, aures, os & circumiacentes minus sunt momentaneæ, præterquam quòd illius vicinia & consensu vt plurimum laborant. De hac verò regione fusius disputauimus, & quia nobilior censetur, & quoniam in parua mole multa continet, morbosque inter cæteros difficilimos. De reliquis compendiosior sequitur tractatio.

Impresso en Malaga con licencia, en la Imprenta de Iuan Serrano de Vargas y Vreña. Año de 1634.

FLOSCVLVS

MEDICINÆ

SECTIO II. ET III.

LIBRI PRIMI.

DE SECVNDA,
& tertia corporis regione.

AVTHORE

PETRO LOPPESIO

AVISSENSI.

CVM LICENTIA.

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano
de Vargas, Anno 1635.

FLOSCVLVS

MEDICINÆ

SECTIO II. ET III.

LIBRI PRIMI,

DE SECVNDA,
Scientiæ corporis regione,

AVTHORE

PETRO LOPESIO

ANISSENSI.

CVM LICENTIA.

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano
de Vargas, Anno 1655.

SECTIO II.

Libri primi.

De secunda corporis regione, seu media.

CAPVT I.

De hac regione in vniuersum.

HANC Regionem communiter pectus vocant, quasi pactum a compactis costis, quibus cingitur; licet tamē hoc nomine pro corde vti: vnde dicunt pectore aliquem diligere, vel tristes gelido depectore tollere curas: sed & hoc casum appellant alij ab spatio inanni intus latente. Græci [illegible], idest salio, thoracem nominant: cor enim in eo contentum perpetuò agitatur, & salit. Interpretatur etiam θώραξ ex eo quod omnia, quasi impetu quodam, moueat. *Nomina*

Quamuis Arist. 1. de hist. an. 7. a collo ad pudendorum vsque truncu protendat. Gal. 8. de anat. admin. 5. *Situs.*

supra clauiculis, infra diaphragmate terminat, & art. med. 29. pectus partem thoracis constituit: vnde puriori significato pectus anterior pars dicitur, posterior dorsum, seu tergum: latera, costæ: latera dorsi scapulæ, seu alæ: totum simul thorax, quem rursus sinceriori sermone Latini accipiunt pro æreo, vel laneo pectoris tegumento. Inde tota regio thoracis dicitur alio nomine vitalis, diuina, venter medius comparatione vtriusque extremi & capitis, & subiacentis ventriculi, venter superior si tantùm cum abdomine confertatur. Est ergo thorax quidquid à iugulo ad xiphoidem cartilaginem, & diaphragma extenditur: ita vt supra clauiculis, infra diaphragmate, ante osse medio, retro vertebris dorsi, dextra, læuaque duodecim costis terminetur. At medium corporis iure obtinuit, vt suo calore equabiliter diffuso cetera membra conseruaret, & omnibus sufficeret.

Figura. Rotundam habet figuram, quæ ad longitudinem magis accedit: globosam quoque, & in homine antica parte latiorem (reliquis animantibus pectus est carinatum) qui vt pote animalium calidissimus pleniori indiget aere, & capaciore interuallo ad tegendum cor simile. Aequalis laudatur, nisi deprauetur errore nutricis, quę costas vndique inęqualiter comprimat: thorax enim facilè cedit in prima ętate: vnde virgines gratia pulchritudinis, & gestus venustioris hunc premunt, ne forinsecus immodicè protuberet, ilia verò reddantur latiora.

Structura. Partim ossea regio ad tutelam nobilissimi visceris; partim carnea ad faciliorem vtrumque motum systo-

lis,

lis, & diastolis: continentes sunt aliæ, contentæ aliæ. Rursus ex illis aliæ communes, quędam proprię, communes sunt pili, cutis, cuticula, paniculus neruosus, & communis omnium musculorum membrana: adde xiphoidem, ac diaphragma, clauės, & superiorem carthilaginem: prima enim duo partes vitales a thorace determinant, posteriora ab eodem iugulum separant. At proprię sunt externi musculi costæ, pleura, mediastinū, interiores musculi. Quę cōtinentur, organa vitalia, cor, pulmo, vena caua, arteria magna, vena arteriosa, arteria venosa, aspera, & neruus sextæ coniungationis. His annectimus oris partes a columela vsque ad esophagum; quę vt pote magis ad pectus, quam ad supremā regionem referantur. *Partium pectoris enumeratio.*

Pilosus ergo thorax datus est homini (lege naturæ quę prona incedunt animantia dorso pilantur) qui scilicet & mollior, & calidior: facit etiam vertebrarum defectus, quæ in dorso obstant irruenti calori, ne foras exeat, facit defectus medullę spinalis, quæ suo frigore exitum prohibet: ideoque rigores dorso, sudores pectori frequentiùs accidunt. Quò verò thorax pilosior, eò cor & calidius, & animosius est, 2. de temp. 6. præsertim si talis amplus fuerit cum paruitate capitis: tunc enim spinæ angustia dilatari hunc prohibet: vnde pectus amplum cum angusta spina caloris est indicium, art. med. 29. sed de hoc alibi fusiùs. Ast quia neq; pars hæc, neque exteriores aliæ insignes morbos patiuntur, ideò ijs prætermissis tractationem internarum persequemur. *Vsus.*

CAPVT II.

De faucibus.

OMne id, quod hiante ore conſpicitur, fauces dicimus: primo limine vua prominet in more pendentis paſſulæ (alijs gurgulio, plectrum, & columela dicitur) ibi frigidioris auræ impetum frangit, ne ſubitò pulmonem feriat; addit & voci modulos. Huic hærent glandulæ (tonſilas vocant) quæ perenni ſaliua linguas irrigant, cauſa guſtus perfectioris. Sequitur larinx quatuordecim muſculis diſtincta vocis tenorem reddens. Infra epiglotis vi animali compreſſa alimento per eſophagum itu facilè cedit. Adſunt & ſex faucium muſculi diglutioni inſeruientes, & celebris recurrentiū hiſtoria ſpiritale auxilium loquellæ referentium. Ceruix magis poſteriora reſpicit, collum vtramque partem cōprehendit, ineſtque omnibus, quæ pulmonem habuerunt 4. de part. an. 10. Sed horum omnium ſequentes ſunt morbi.

CAPVT III.

De ſanguiſugis, & cæteris quæ os ingredientia guttur male afficiunt.

Sanguiſugæ. Signa. SI Cum leni ſanguinis exitu & liquente ſcreatu adſit in gutture titillatio, ſanguiſugam, ſiue hirundinem ſubeſſe putandum eſt, præcipuè ſi id ſano homini con-

contingat. Sic Ras. & Auic. Paul. addit ventriculi morsus, & quendam exsuccionis sensum. addi potest anxietatis, & tristitiæ quidam modus. Vlterius simplex sputum gutturi affixam indicat, tussis ad fistulam, vomitus ad ventriculum prolapsam.

Quò sanguisuga guttur occupauerit eò leuius damnum: maius si ad meri, vel stomachum defluat: maximũ si ad tracheam declinauerit; vbicumque periculosum, si venenosum animal, aut sanguisuga fuerit. *Prognostica.*

Ergo cum sanguisuga visum non effugerit, instrumento ferreo vtendum est, extrahendaque apprehenso capite. Cum remotior delitescit opus est remedijs quæ vel ipsam interimant, vel loco moueant. Valet gargarisma sinapis, & aceti, salis, & aceti, puluis nigelæ, & sinapi: cõsulit Ras. Paul. muriam paulatim haustam, atramentum sutorum cum aceto, nitrum cum aqua, Haly fabarum muscas in aceto porrigit. Auic. laudat a proprietate succum foliorum salicis. Medula citri in aceto concocta prodest insigniter id operatur assa eodem dissoluta. Facilè est remedium, & satis proficuum, si patiens post sitim a balneo contractam, aut post commestionem alliorum frigidam ore moueat, calefactamque respuat: vel si vas aqua plenum ori supponatur: frigus enim, & liquorem querens hirudo forinsecus erumpit. Diosch. præbet cimices in potu vini, vel aceti. Laguna eorundem fumum in proprio equo expertus est. Simplicia iuuant ruta, abrotanum, nigela, absintium, sinapi morum, lupinus, coriandrum, centaurea, rhebarbarum, aloes, coloquintida, sal, nitrum, beta; aceti decoctio cõgruentio. Cum verò sanguisuga, vel aliud animal ad *Curatio.*

stoma-

ſtomachum deſcenderit (ſeu primò, vel poſt interitum hanc ſedem teneat) conueniunt ea, quæ vermes enecant, & educunt: deinde quę vomitum, & ventrem excitant, quod poſtremum ſufficit; ſi hirudo iam mortua ſtomachũ influxerit. At ſi reperit ad naſi anfractus caput purgijs vulneranda eſt. In omni caſu cibi ſint acuti, & mordaces, allia, cepe, & ſimilia potio nulla, vel rarior. Si patiens chirurgico opere indiget, ſoli exponatur, vbi nec loqui, nec moueri durante curatione ſinas.

Curatio. Denique extracta hirudine profluens ſanguis non illico ſiſtendus, vt paulatim exhalet infectus vapor: ſi perſeuerat ſtipticis oportet cohibere, & denſare, ſi quod vlcus derelictum. Sic antidotis frænare venenoſum vaporem, cum maleficum fuerit animal.

Quæ non viuentia infeſtant gutturdifferentiæ Quæ non viuentia ore aſſumuntur multipliciter nocent. Primò groſsitie vias obſtruunt. Secundo lædunt affixa cuſpide. Tertiò corpore aſpero, & ferrino. Quarto immoderata caliditate. Rurſus aut dimidium paret viſui, vel interius delitescit. Iterum cuſpis aut leuiter adhęret gutturi, vel intima penetrat.

Curatio. Qui igitur ſoli meatus obſtruunt, ſi ſuperiores ſint percuſſa ferro ceruice ab ſpatularũ interuallo ſurſum vertuntur: pronum tamen ſit caput, & prius tuſsis, riſus aut ſternutatio prouocetur. Quandò inferni erecta ceruice ſupinum caput conſtituendum eſt, tentandaque hauſtio rei liquentis brodij, aquæ, vini, vt ſcilicet molliores redditi cedant faciliùs. Auic. laudat, ſed timet, vomitum. Cum verò acutum fuerit obſtaculum, ſi pateat ferro educendum: ſpeculum oris inſtrumentum ſit circũ, quo vel radicitus trahendũ, vel ſaltem per fruſta diuiſum.

diuisum. Si remotius, laudat Ras. oleum tepidum. Haly cum Auic. post decoctum ficuum in rob vuæ bolos grandes deglutiendos præcipit, vt molliorem spinam faciliús trudat subintrans moles: quæ si non prosint cõsulit vomitum, vel singultum. Aæt. spongiam paruam résina, vel therebentina madentem deuorandam affert aut carnem leuiter incisam, vtranque filo appẽsam: sed iure timetur hæc violenta extractio propter vulnus immedicabile esophagi: ideoque securior vsus mollientium, quæ diximus, aut, si placet, addere pultes ex triticea, aut cruda ouorum albumina. At si vltra id quod in aperto non sit cuspis, intimè occlusa lateat, atque penetret, liberè omnis relinquitur extractio, & augetur quãtitas suppurantium: ex Aæt. lana imbuta oleo calido, farina seminis lini mulsa excepta; ex Auic. farina hordei aquá tepida, & oleo diluta. Intro iuuat decoctio seminis lini, & fænugręci in oleo amigdalarum dulcium. Quod si nullis cedat malum ad sacra fugiendum. Aæt. hoc habet. Egredere os, spina, vel aliud sicut Iesus Christus ex sepulchro Lazarum eduxit, & quemadmodum Ionam a ventre cete deposuit: tũc apprehenso ægri gutture dic: *Blasius martyr, & seruus Christi dicit*, aut ascende, aut descende.

Submersi ex Haly proni debent suspendi, parandusque aquæ exitus: inde acetum infundendum in quo piper incoctum fuerit, ac tandem per dies aliquot propinanda coctio ciceris cum lacte. Tunc autem suffocat⁹, si spuma ab ore exeat desperatus relinquitur, aliter offerendum gargarisma olei violacei cum tepida. *Ad suffocatos aqua, vel fune.*

B. CA-

CAPVT IIII.

De angina, eiusque differentijs.

Nomina

AB Angustijs, quas hic morbus infert, angina a Latinis nuncupatur: grauiter enim torquet, angitque laborantes. Sinanche a Græcis dicitur, quasi præfocatio (hinc squinantia) quòd sępè præfocet, ac interimat.

Differentiæ.

Multas patitur diuisiones: primam ratione materiæ: sanguis frequentior causa est vt potè inflammationi aptior, rarissima melancholia, bilis, & pituita medio incedunt. Sanguis ferè reliquis commiscetur ad consistentiam inflammationis, quæ magis guttur occupat partē rariorem, & languidam. Secundò impeditur spiritus a caliginoso, crassoque vapore per fauces comulato. Tertiò euenit a lumbricis suffocatio: auctor est Auic. Quartò ex eodem a petrosa superfluitate in gutture collecta dolor annuus visus est. Addit Gal. interni musculi nimiam siccitatem anginæ causam, vel resolutionem neruorum, qui feruntur ad eosdem.

Secundam diuisionem efficit simptoma comitans, vel adiunctus morbus: inde altera febrilis est, altera grauat sine febrè: modò totū corpus compatitur, nunc sola guttura excrementis affluunt. Modò per se, nunc ad alios morbos sequitur.

Tertia differentia sumitur a modo inuasionis. Hinc altera subitò irruit, altera fit per paulatinam congestionem in loco.

Quarta deducitur a loco affecto: vnde quatuor species,

cies, quas sic Paulus colligit: inflammatis faucium interioribus musculis sinanche, exterioribus parasinanche oritur, pari ratione si interiores gutturis musculi inflammentur, cynanchen, si exteriores paracynanchen efficiunt. Gal. licet 4. acut. 30. contemnat in c vel s nominis varietatem, 4. de loc. 3. sic ferè eadem. Prima est fauces inflammãtur. Secunda vbi nulla visitur pars inflammata. Tertia quando exteriùs circa fauces apparet inflammatio. Quarta cum vniuersæ partes gutturis tam internæ, quàm externę inflammãtur. Et istæ sunt quatuor veræ anginæ species. Addunt communiter ortam ex luxata colli vertebra. Est & tonsillarum inflammatio: sunt columellę passiones, seu ab inflammatione, siue a casu, & relaxatione. Est epiglotidis apostema quod persequitur Zoar, lib. 1. tract. 10. cap. 12.

Signa sequuntur supradictas differentias: prima hac ratione constat. Sanguinem mostrant tumor durus, & dolens, difficilis respiratio propter tensionem inflammationis, difficilis deglutitio, quam liberam facultas edere non audet, neque suffuciẽter comprimere deuorationis musculos. Adest vlteriùs corporis grauitas, venarum plenitudo, rubor faucium. Minor in bile tumor, minor in degluriendo, & respirando difficultas, maior partis ægræ caliditas, maior punctio cuius dolor infixæ spinæ modum referat, & facilè in quamuis partem cum inflammatione permutetur: sequuntur vigiliæ, sitis, amaritudo, citrina facies. Addit Galen. 4. acut. cit. extensam fluxionem quæ totum guttur ambiat, ab humore scilicet tenui, qui venas exiles longè penetrat: pulsus cholleræ velocior, & durior est sanguineo Signa

de quo videtur intelligendus Gal. lib. de pulſ. ad Tir. vbi ait: *Anginæ pulſus tenſione quadam præditus eſt conuulſiuo perſimilis, magnus, & vndoſus, vt pereumoniæ*: quicumque autem vehementer ſuffocantur paruū habent, & rarum. Pituita faciliorem reſpirationem reddit, molliorem tumorem, laxum, & dolore vacuum, protuberantes venæ faucium a congeſto phlegmate: ab eodem lingua albicans, ſitis exigua, ſimilis inflammatio. In melãcholica fuſcus eſt oris color, remiſſus dolor, tumor duriſsimus, qui longo ſpatio ſæpè iugulat: non enim reſolutioni, aut ſuppurationi vnquam cedit, & ideò curatu difficilima, ſed rarò contingens, Cōcedit Auic. & Raſ. interpres. At crebrior hæc ſpecies, vt reliquæ, ſi ferat adiunctum ſanguinem, qui terminationi vires addat, & ſalubriorem affectum reddat. Et iſta ſint frequentioris anginę indicia. Caliginoſi vaporis ſuffocatio ſatis patet: quæ a lumbricis oritur propria habet, & manifeſta ſigna, vt pariter quæ ab interni muſculi reſolutione proficiſcitur, vel ſimul totum ducit patibile: ſic alia, quæ per defluxum celerem, vel paulatinam congeſtionē fauces occupat, aut ad alios morbos ſequitur. Quæ verò a locis affectis ſurgunt differentię, ſic dignoſcuntur. In quatuor veris ſpeciebus, de quibus ſupra, duo ſunt communia, ſcilicet impeditum vtrumque munus & deglutionis, & reſpirationis: differunt tamen quia ad gutturis inflammationem maior ſequitur reſpirandi, quam deglutiendi difficultas: nam frequens, & violentus ſpiritus redditur erecta ceruice, atque abrupta voce. Vrget pręterea febris acuta, intenſus dolor, & irrequietus patientis decubit⁹: nihil etiam nec aperto ore,

neque

neque forinsecus apparet inflammatum. In angina faucium maior est deglutiendi læsio, minor respirandi: in iisdem tumor conspicuus nullo per ceruicem apparente. In parasynanche tumidius collum mutationem coloris præbet: noxa respirationis minima est, deglutiendi non ingens. Paracynanchen sequitur dolor modicus, modica respirationis angustia, & coloris apparens mutatio. Quæ a luxata vertebra succedit squinantia posterius collum cauum reddit, tumorem circumfusi musculi, dolorem, spiritum difficilem, oris hiatum, & linguã a radice motam. Inflammatas verò tonsilas, & omnes columelæ affectiones dignoscit visus, quas mutata, vel changosa vox sequitur.

1 Biliosa fluxio per æstatem, atque autumnum, pituitosa per hyemes solet inuadere, 4. acut. cit. hæc facilio- rem anginam promittit, quia tumor phlegmatis faciliùs cedit respirationi 9. 3. cap. 8. bonum quoque portenditur si ab angino habito tumor fiat in collo: foras enim morbus vertitur, 6. aph. 37. 7. aph. 49. & in præn. sect. 2. 366. subaudi tamen si interior inflammatio conuertatur ad exteriora liberis faucibus, atque interno pectore: sæpè etenim vtroque loco morbus abundat, vel per transenam ad pectus labitur. Erit salus euidentior si breui æger cocta expuat, si mitis dolor fuerit, febris placida, vultus laudabilis, linguæ color similis, ferè liber anhelitus, & deglutitio. *Prognostica.*

2 Malum portendunt sequentia. Tumor absque significatione delitescens, vel dolor sine causa repente cessans in coac. præn. 370. nulla item, vel tarda sputio, quin etiam viscida, crassa, exalbida, crebra tussi, & late-

ris

ris dolore educta, ibid. Addunt periculum respirandi, & deglutiendi difficultas, potus ad nares refluens, intensus dolor, acuta febris, os hians, exerta lingua prominens, viridis facies, vox rauca, syncope, nigrantes oculorum sinus, collum lucidum ab spiritus retractione. sequitur, alarum sudor ratione vaporis aliò commigrantis propter gutturis obstructionem, pulsus tremulus à nimia extensione, spuma propter spiritum violenter motum in humido pulmonis.

3 Angina nonnunquam in peripneumoniam mutari solet, conuerso scilicet ad pulmones fluxionis impetu: vnde Hipp. 5. aph. 10. *Qui ab angina liberantur his ad pulmonem morbus vertitur, & in septem diebus pereunt: si verò hos effugerint suppurantur.* Aliquando in conuulsionem trãsit mutata ad musculos & spinã fluxione. Reliqua petẽda sunt ex coac. præn. a 364. vsque ad 300. & ex 3. progn. a 16. vsque ad 21 adde tamen: morbus hic a luxata vertebra curationem non admittit; præcipuè si ab ictu, vel casu fiat: in supremis vertebris deterior: deterrimus in secunda, quam dentem vocant.

Curatio. Victus. In angina vniuersaliter conuenit compendiosum, & velox auxilium propter imminens suffocationis periculum: hinc præstant binę intentiones prima prohibendi augmentum apostematis, ne laborantes strangulet: secunda soluendi quod fluxum in eodem relinquitur. Peculiariùs iuuat sublime caput ad faciliorem respirationem, domus ampla ad liberum spiritum, cibus liquens ad haustum commodiorem, temperatus aer, qui frigore materiam non cogat, & pellat ad interiora, neque calore flammas augeat, & anhelitum citatiorem reddat.

San-

Sanguis extrahendus pro varietate causæ. Secundò pro ratione plenitudinis. Tertiò pro mensura periculi, vltra cõmunem, & præcipuã intentionẽ viriũ. Frequenter tamẽ (vt sup. diximꝰ) angina cõpendiariam, & celerẽ phlebotomiam desiderat parcam tamẽ, licet frequẽtem, aduertit Aet. parcam ne sequatur deliquium, quo faciliùs ægri suffocantur; frequentem vt continua tractione respiret anhelitus. Haly quoque parcam consulit ob maximam virium resolutionem. Et Paul. sic efficatiùs: *Non semel, & confertim vacuandũ; verũ in plures euacuationes humorũ multitudinem separantes: nam ex cumulatã, & semel facta inanitione in animi deliquium incidunt, atque suffocationis periculum superuenit prorumpẽte vniuersim in affectam partem materia.* Auic. verò negat in pituita a capite descendente timens suffocationis periculũ: consentiunt plurimi, & pari modo de ea iudicant, quæ non sequitur ad totius repletionem, sed ad superfluitatẽ solius gutturis. Parcã in hoc casu cõcedũt alij. Paulꝰ loco vtriusq; remedij purgationis, & phlebotomię acri clistere vtitur. Mes. priùs purgat, deinde sanguinẽ mittit. Ideò distinctione opꝰ est. Si pituitosa fluxio guttur, aut fauces irrigat periculosa est sanguinis detractio, vt in simplici catharro, si mixta sãguini hæc inflãmet phlebotomiã postulat. De loco istius cõmuniter cephalicã eligũt. In suppresione mẽstruorũ, si morbus nõ vrgeat a talo incipiendum: cogẽte periculo, a venis brachij. Si fluant actu menstrua, in pari necessitate eligitur quoq; cephalica, admouentur tamen interim ventosæ fæmoribus, & fricationes cruribus: ast hoc intelligendum dummodo fluxionis principium non sit vterus: tunc etenim, quantumuis necessitas vrgeat a saphena

Phlebotomia.

oportet initiari: vt plurimum verò ab hoc fluxus incipit pręsente purgatione, & præsertim deficiente, vel diminutè erumpente. Vlteriùs in exacta repletione, nisi instet præceps periculum, prior cõmunis eligitur, hinc cephalica, tandem vena linguæ consideratè aperienda est fluxa videlicet materia: aliter de suffocatione periclitatur æger: vidit Gatinaria in scholari subito strangulato: vnde si Auic. primo die permisit, id fecit congruenter in præcipiti morbo post alias euacuationes, cum iã postularet occasio: sæpè etenim quod in remissioribus quarto cõuenit, id in acutioribus primò debet exequi.

purgatio vniuersalis. Vbi cachoquimia reperiatur seu capitis, siue totius, quæritur purgatio, lenis tamen, ne inflammatio fortiori medicamine excandescat.

Diuersiones, & euacuationes particulares. Facta sufficienti phlebotomia, si vires ampliorem non tolerant, diuersionis gratia conferunt ligaturæ, frictiones, ventosæ, quas multi sacrificata seligunt vt materia per locum proximum vacuetur. Occiput frequentiùs feriunt. Auic. vasa ceruicis tundit, aut scarificat axillas, collum, & partem quę mento subiacet. His Paulus hirudines applicat. Mes. sub mento cucurbitulas imponit. Hipp. lib. de morbis easdem mãmis affigit, & 4. acut. 30. laudat venam linguæ subiacentem, de qua supra. In desperata verò affectione aliqui guttur secare iubent e regione partis dolentis (subscanare vocat Ioãnes de Vigo) & Philonius respirãdi gratia cannam perforat. Sed præstat potiùs similes ægros prognosticis relinquere quàm mortali vulnere trucidare.

Localia Vt in reliquis inflammationibus repellentia primò conferunt, imò contra naturam reliquatum aliqui toto morbi

morbi discursu illis vtendum precipiunt ob raram & laxam partem aptiorem ad excrementa suscipienda: vnde cum semper aliquid de nouo influat, potest redire malum ex vsu mollientium, & resoluentium. Sic Mes. Haly per tres dies adstringentia consulit. Gal. in statu resoluens videtur admittere: sic enim 4. acut. cit. *Corpus igitur totum vena secta vacuare oportet purgatione, & clistere: verùm affectas partes medicamentis astringentibus, quæ profluentes retundunt humores, atque ex primatis eos, qui non admodum infarti sunt glutinosi, & crassi, tum calidis, & acribus, quæ contentos in membris digerant.* Ego tamen pro varietate inflammationis quæstionem soluendam puto. In frigidiori humore astringentia non sunt tuta, neque in vrgente dolore, qui partes viceratæ: in hoc lenientia, illo acria, & soluentia adhiberi possunt. In calidiori causa secure administrantur repellentia, idque vt diximus, per totum morbi tempus, ita vt in ipsa adhuc declinatione aliquid adstringentis medicamenti sit admiscendum: adde tamen, nisi expectetur inflammationis suppuratio: tunc enim humor crudescit amplius, & parti magis figitur.

Igitur ad leniendum optima sunt lac muliebre, caprinum, vel amigdalinum, mucilagines, cremor tritici, furfuris, hordei, seminum malorum, ptipsana cum lacte & sacharo. Maturant ficus, passulæ, pruna, semen lini, maluæ, violę. Abstergunt hordeum, glicirrisa, lentes, refrigerant plantago, rosa, morum, solatrum. Resoluunt fœnugræcum passulæ, oximel, stercus humanum, caninum, nidus, & cinis hirundinum glicirisa, thimū, origanū, fimum columbinū. Hęc verò miscebis in cōpositis indicationibus.

C. Ex-

Exterius vetant omnes repellentia. imò preter lenientia concedunt quæ discutiunt, & foràs humorem trahunt. Ast in calidiore affectu initiâte tutius habeo molliter leniens, ne bulliat sanguis tennatus, sitque maior trahendi noxa, quàm resolutionis commodum: præstant butirum caprinum, atque vaccinum, hinc adeps galinæ & amigdalinum: fluxa verò maiori parte materiæ minùs calidæ irinum, camomilinum, anethinum, liliorum alborũ: in crassiore materia, quę iam fluxit congruenter resoluunt meliotum, stercus hirũdinum & fimum columbinum, vel sequens magistrale rad. althęę, foliorum maluarum, radicum lilij albi, & caricarũ pingium partes equæ: coquantur, & post sufficientem pisturam adde camomilinum, farinam hordei, & parũ croci. Resicatoriam verò Mes. non admittimus: si quando fiant in contumaci, & desperata affectione, & materia omnino fluxa. Hæc vltra a proprietate valent pisciũ salitorum exsiccata capita, & in puluerem redacta, caput viperinum, stercus aquilæ mele exceptum, puluis, aut nidus hirũdinum diuersimodè paratus, vel filum eorũdem cineribus excoctum, vel illud, quod viperã præfocauerit. Aæt. in desperata angina laudat stercus gallinaceum album, atque priùs cęsi madefactum in sanguine muris. Hal y caninum ex precedẽte commestione ossiũ. Math. de Gr. assam fætidã collo appensam. Gal. 10. simpl. stercus pueri nutriti farina lupinorum, & auibus mõtanis, & lib. de med. facil. parab. fel bouis masculi, & fimum columbinum cum mele redactum ad formã emplastri, atq; similia, quæ cuncta maiori ex parte conueniunt morbo per resolutionem terminando: at si natu-

ta suppurationem prædoceat, aliter occurrendum quatuor sequentibus intentionibus, prima maturationis, secunda ruptionis, tertia abstersionis, quarta consolidationis, quæ per nota medicamina perficiendæ sunt. Et hæc de veriori angina.

Hanc præter agnouit Aæt. glãdularum incremẽtũ, quas curat resoluentibus, & per compressionem admoti digiti, vulgo, *leuantar os da boca.* Haly medetur peculiari vuæ apostemati. Hæc humens, & laxior citra inflãmationẽ a perenni destillatione redditur: vocant relaxationem Paul. Mes. Aæt.

Garrotillo. Est tãdẽ pustulosa, atq; vlcerosa gutturis inflãmatio, quæ periculo, & malignitate anginas lõgè superat. De hac tamẽ Ilephon. Nuñ. Medic. Hispal. Cõplutẽsis aliꝰ Ioann. Alphons. hic disputationes quasdã, ille librũ integrum de hoc morbo edidit. *Nomina* Quarè nũc scire satis vulgare nomẽ huic inditum ob præcipitẽ suffocationẽ, & citũ, quẽ trahit interitũ: dicunt Hispani *garrotillo*. Secũdo licet nouitas morbi terreat, veteribus nõ latuit; meminit Auic. nomine postularis, & calidi apostematis, & forsan alibi caninã pręfocationẽ vocat: meminit Hipp. 4. acut 31. 3. progn. 15. Aæt. cap. proprio de malignis tõsillarũ vlceribus. Nec prætermisit Gal. cit. progn. & 18. & 3. epid. 3. specialibus verò epidemicã ex corruptione aeris persequitur Zoar. lib. 1. tract. 10. c. 17. & fosius, lib. 3. trac. 3. c. 3. addit dislocationẽ spondiliũ ex eadẽ corruptione grassantis epidemiæ. Tertiò de morbi essẽtia cõstat anginosam esse inflammationẽ: hãc autẽ ad aliquod apostematis genꝰ referẽdã, quod malignũ vlcꝰ comittetur siue id carbo fuerit, seu pruna, grãgrena, herpes

 aut

aut aliud similc: vnde sequitur morbum & epidemicũ, & contagiosum sæpissimè euenire non tamen pestilentem, & venenosum, vt aliqui existimarunt, sed putridũ deterioris sanè ritus, & conditionis peruersæ, ob quam vinci non potest vt prædicti tumores herpetum, atque carbonum, quos nullibi vnquam natura aut coxit, aut superauit, sed vel excisos per chirurgiam vel per corruptionem seminatos vidimus. At si Zoar cit. admittat emanantem ex corruptione aeris, non negamus aliquã do, sed fatenter adiunctam, & fatemur frequentem epidemiam communi aliorum morborum ritu. Quarto, anginæ signa ex dictis constant: huius notitia habetur ex conspectu vlcere, vel postula: vnde niger, liuidus, citrinus, albus, & ferus color, putredo ambulans, manifesta corrosio, fætor horridus. Quinto prognostica secundùm vlceris, & inflammationis malitiam sunt elicieñda, præter vniuersale anginarum presagium, de quo supra. Sit igitur primum. Interdum intro, & extra duo carbũculi pululant; vidi ego simul emergentes. Secundum si acutorum morborum fallaces sunt in prædicendo coniecturæ, in hoc maximè sæpè enim transacto morbi vigore egros mori contingit; idque duplici ratione, & quia noua fluxione alia pars gutturis occupatur, a qua succumbit deiecta virtus; vel quia derelictum vlcus spiritus inficit, & de nouo pestilentem diariam, vel putridam promouet: ideò veluti iam a febre liberi, viribus tamen postratis noua inuasione delinquũt egri; alij pulsu naturali simili, & viribus animalibus integris, deficiunt lapso paulatim, & resoluto spiritu ab absumente putredine, & maligna qualitate. Tertium mortem por tendunt

tendunt sequẽtia. Tumor ad exteriora conuersus, quia carbonis indicium, in quo non est vera conuersio, vt in anginoso phlegmone, vel erisipelate, imò crescit tumor ex abundantia putredinis, corrosionis, atque inflammationis: pessimum verò si pars exterior fuscũ ruborem contrahat: hoc enim grangrenæ, seu mortificationis signum, cum quo nullum vidi superstitem. Prauum quoque fætor horridus, virus e naribus effluens, veluti radij ad palatum vsque profusi, vox rauca, & continuus stertor per fistulam exiliter erumpens. Quartum salutẽ nuntiant eminens veluti, & elata putredo (nam praua, quæ profundiùs latitat) vel si pustula circumscripta sit, ac vndique circulo terminata; extra quę ruborem nullum ferat. Bonum pariter, si diuisa putredo per minuta quædã sit grana in superficie prorumpentia: illud enim cessantis carbunculi indicium est, hoc salubris forunculi. Adde putredinis sputionem facilem, & tumoris colorem, odorem, & reliqua contraria illis, quę de morte prædicenda enuntiauimus. Sexto. Ideò curatio vltra communem anginæ intentionem requirit velociorem exhibitionem remediorum, propter maiorem acutiem, atque malignitatem morbi. Quærit præterea diligentem curam adiuncti vlceris: ita vt in composita affectione vtrique consulas, & inflammationi, & putredini: hæc enim repellentibus magis figitur, & minimè inhibetur, illa abstergentibus exasperatur: quarè modò miscere medicamenta conuenit, modò vrgentiori subuenire: ea lege, vt caustica non nisi exacta consideratione apponantur (si quandò morbus postulet) eaque non perfusa toto gutture gargarizante, sed

sed leui spicillo adhærentia. Insuper cautè ferrum, vel manus admouenda, nec nisi in remissa omnino inflammatione: nam sæpè hâc & crudescere, & malignari magis accidit, vt in externo tumore cernimus si intempestiuè, & incisione minimè efficaci non extirpatur. Adde interdum post vlceris abstersionem excoriationes, & dolores supersunt, quæ lactis vsu corriges.

CAPVT V.

De catharro, & omni capitis fluxione.

Nomina. QVia non sentitur in parte mandante affectionis malitia, sed in ea, quæ patitur ideò catharrum huc relegauimus, quamuis primarius sit capitis, & cerebri affectus. Sic autem dicitur a verbo Græco, catharreo, hoc est defluo: vnde catharrus Græcè, Latinè fluxio interpretatur.

Differentiæ. Hinc deducitur catharri nomine comprehendi quęcumque fluxum: at Medicorum vsus separauit in quatuor differentias: prima nomē generis sortita vniuersas fluxiones continet, siue caput sit principium, seu vētriculus, lien, hepar, vterus: hac ratione catharri dici possunt asmha, tuses, ptyses, podagræ, artuum dolores, lienteriæ, & morbi similes. Secundò sumitur pro solo capitis fluxu in subiacentes particulas. Tertiò sola illa fluxionis species intelligitur, quæ communem catharrū efficit. Quartò, restringitur ad illam tantùm fluxionis differentiam, quæ a capite destillans palatum, & fistulam irrigat: qua acceptione distinguitur contra illum fluxum,

fluxum, qui petit nares, & interualla faucium. His positis licet Gal. 3. aph. 12. secundam speciem propriorem statuat, tertia præcipua est in hac tractatione. Si ergo ad palatum, & asperam feratur humor catharrum Græci, Latini destillationem, & fluxum vocant: si nares occupet, isti grauedinem appellant, illi corisam: cum verò fauces, laryngemque prehenderit Græcè bronchos, Latinè raucedo affectus nuncupatur, 2. de caus. simpt. 4. Paulus tamen faucium, palatique fluxionem catharrum nominat, illam, quæ petit guttur, & fistulam, branchum, vel arteriacum, quæ ad nares labitur, corisam, mocem? grauedinem: sed quia dictæ acceptiones momentaneè curationem non variant, ideò prętermisimus nominum interpretationem sequentes interim Gal. distinctionem.

Partem in catharro primario affectam cerebrum esse diximus: quibus verò de causis id patiatur inquisitione dignum est: inde patebit sequuta in pectore dispositio. Igitur in genere duplex est causa, externa, vel interna. Hæc iterum duplex, propria, vel consentiens. Rursus proprietaria, vel fit ab acrimonia, & multitudine excrementorum, quæ suopte pondere mouentur, aut a causa aliqua extrinseca, quæ interiorē agitauerit, aquilonio videlicet frigore, vel austrino calore. Similiter aut cerebri intēperies causa fuit cōgesti excremēti, vel hoc illam induxit. Iam intemperamentum, vel frigidum est vincere non potens plurima, quæ generat recrementa, quæq; suapte natura feruntur deorsum per loca a natura destinatos: aut est calidū, quod & acrē materiā generat & vētosę ritu sursum attrahit fumosam viscerū eluuię. Inde

Inde aut habituale hoc est, & cerebro fixum, vel habet dispositiones faciliùs solubiles. Illud duplex, aut cerebrum ita perdit, vt quodcumque, quamuis laudabile, alimentum corrumpat, aut sic virtus debilis vt vberiorem naturalis excrementi copiam congreget, quæ leui occasione catharrum pariat.

Qui per consensum flux⁹ oritur quatuor fontes respicit, primum ventriculum, qui debilis plurimos vapores eleuat, quos nequit soluere: illi autem sursum leuati, nec foras egredientes propter cranij densitatem concrescunt, & nata grauitate deorsum feruntur: non aliter quam pluuiosi halitus coacti frigore mediæ regionis 2. de part. an. 7. Id pariter accidit citra stomachi debilitatem, ab immodico vsu flatuosi, & crassi alimenti, cuius vapores simili via & coalescunt in cerebro, & soluuntur deorsum. Secundò hepar causa est dum magno calore humidam siluam in capite inuenit, soluitq; deorsum, vel accendit in venis abundantem, & fumos eleuat ad generationem catharri. Tertio vterus materiam suggerit. Quarto totum abundantem pituitam, quam tandē cerebrū gubernare nō potest. Ex his verò duab⁹ catharri speciebus per consensum scilicet, & proprietatem mixta datur affectio, communicante vtroq; viscere: hoc autem multipliciter. Primò quando viscerum magnitudo paruo capiti non respondet: illa fumis abundant, hoc tantos nequit resoluere, nec regere: Adde quod hæc corpora sunt paratiora ad vaporis ascensum quippè cominiin morem paulatim extenuantur quibusque verticem attingant. Secundò cum cerebrum externum frigus patitur fumante ventriculo: tūc densati

pori

pori capitis non tantùm prohibent vaporis effluxum, sed ipsum quoque cõgelant ad faciliorem descensum. Tertiò, si cum frigore, & humiditate viscerum, caput sit calidum: illa ad generandos flatus, & recrementa erunt aptissima, hoc ad recipiendum idoneum: quo casu, si iũ gatur calor hepatis, qui adurat ventriculi recrementa, falsus catharrus excitabitur. Quarto nonnunquam cũ frigido & humenti cerebro vrget viscerum caliditas (sic de hepate præ diximus) quę soluit humentem, concretamque materiam, vel ille calor ex humido fumos eleuat, qui a frigido cerebro resolui non possunt.

Externę etiam causę multifariè distinguntur. Caliginosus, & crassus vapor copia replens cerebrum, atq; spiritum vitians. Calida ambientis temperies, quæ soluit cerebri gelatam humiditatem, vel ipsum simili qualitate afficit. Plurima aeris frigiditas, quę vel cerebrum frigeret, vel contenta in eodem recremẽta comprimat, ac deorsum trudat: vtroque enim modo excitari destillationes testatur Hipp. lib. de loc. in nom. & Gal. 3. aph. cit. Secundum tamen de comprimente frigore negat Modernus quidam, imò non intelligit; capere enim nõ possum (ait) quî fieri posit, vt tantam cerebrum sustineat frigiditatem viuente animali, siquidem minorem sustinere non potest citra maiora mala lethargum, melancholiam, appoplexiam. Sed miror virum, alioquin doctissimum tam leui irretitum difficultate. Densantur præ frigore non solùm externæ cutis pori, & cerebri spiracula, sed extima quoque cerebri superficies, quò fit, vt excrementa retrocedant: accedit prohibita vaporũ transpiratio propter quam multiplicata retrocedunt

D. simi-

similiter: lege enim naturæ si quando destinatas vias non inueniunt, locum quærunt per quem egrediantur. Neque id de lethargo, vel melancholia quidquam conficit: in his humor ad profundum cerebri penetrat fixa per totum intemperie: at in catharro causa exterior nō sic introducitur, imò facile cessat, ac soluitur, licet effectus perseueret in posterum, & catharrus duret ob motam in cerebro defluētem materiam. Omitto somnum plus lædere humiditatis, quam frigoris excessu, melancholiam magis siccitate, vel obscuro colore. Si ergo has cerebrum intemperies tolerat viuente animali, quæ intimæ, atque permanentes sunt, multò magis externum frigus, id solum cōstipans absq; insigni noxa. Idcircò tātùm abest, vt hoc frigore cerebri calor extinguatur, quin potiùs coactior, & vigorosior reddatur: sic autem vnitus non liquat (ait ille) sed cogit, ac perficit. Igitur externa frigiditas valet tantū cerebrū cogere, & deorsum exprimere illius recrementa. Non aliter stiptica alimenta posterioris mensę aluū non cohibent, imò soluunt, vt probauit Gal. exemplo illius qui succo granatorū eiecit plurimū. Sic virtute medicamenti repercutientis humores intro confluūt: sic externū frigus pleuritides, & similes viscerū inflāmationes excitat recurrente ad interiora sanguine. Aduerte tamen occasionē catharri frigus esse, quod primo, & subito occursu cerebrū feriat. Quod si cæli inclementia diuturnior fuerit, & fortiùs imprimat in debilē naturā patientis cerebri grauius malū promouebit, vel deteriorem catharrū non a sola constipatione genitum, sed a frigore cerebri ab externa causa paulatim inducto.

Signa

Signa quæ destillationem ostendunt manifesta sunt, fluxionum varietas, & causarum mores plurimi vno monstrari non possunt: quarè duas in genere catharri species constituemus calidum, & frigidum, quorum signa curationi magis faciunt: reliquorum notitia habetur ex præcedenti victu, complexione, temporis cõstitutione, relatione ægrotantis, atque alijs, quæ patent visui. Vtrum verò morbus pendeat a facto cerebri intemperamento cognoscitur ex frequenti in eundem lapsu. Si per consensum catharrus fiat pars laborãs sua præbet signa tum ea, quæ recrementum mandat, tùm quæ a destillante humore patitur. *Signa.*

Frigida igitur destillatio sic dignoscitur: maior adest sputaminis quantitas: hoc crudum, frigidum, insipidum, nullius particeps acrimoniæ: nullos odores imitatur, vel ad acetositatem declinat: laborantis color est albus, vel ad fuscum, & opacum sine splendore vergens: maior accidit affectæ partis obstructio: inde loquella obtusior, maior capitis grauitas, maior sensuum torpor, atque offensio, superciliorum, & frontis extensio, & somnolenta quædam dispositio. His accedunt senilis ætas, esus crassi, frigidiorisque alimenti, hyems algida, similis regio, difficilis viscerum coctio, perpetua cruditas, pituitosa complexio, medicamen frigidum capiti admotum, vel simile balneum frigerans, & humectans.

Calidam affectionem monstrant sequentia: Caput tactui calidum; similis fluxio, mordax, & tenuis, rubra facies, nasus, oculi. Adsunt vigiliæ, sitis, salsedo, vel

amaritudo, nonnunquam febris, a qua laborantes dolent ampliùs: nulla grauitas, non ignauia, sed acuties, atque punctio. Iuuant biliosa complexio, calens, & sicca regio, iuuentus feruida æstus, vel æstas, ira, cibi calidiores potens merum, multa capitis frictio, odoris calidi frequens halitus.

Progno-stica. 1 Catharrus a causa primitiua in corpore benè disposito salubris est: sic ille, quem patitur robustus iuuenis, vel temperati alij, in quibus causa citò solet digeri: hoc autem intellige citra pestilentem constitutionem. At perdifficiles sunt seniorum catharri, & in eisdem creberrimi, tum propter debilitatem digestiuæ, cùm ob accedens frigus. In vniuersum tamen bonitas, vel malitia catharri ex tribus desumitur. Primò ex quantitate, quæ maxima seu capite, seu toto ægrotante præfocat: hęc species suffocans catharrus, vel indolorosa angina dici potest: subitò enim humor irruit caput asperæ arteriæ, ac ipsum obstruens suffocat, & interimit. Secundò id coniectatur ex qualitate destillantis materiæ, quæ nonnunquam ita mordax, & acris est, vt occupatam partem protinus vlceret, atque erodat. Tertiò habetur prognosticum ex conditione patientis loci: vndè si larinx, pulmo, pleura defluentem catharrum susceperint periculosum. Si nares, fauces, palatum, laudabile pectus, & aspera mediocrem habent dispositionem. Ita verò de quantitate & qualitate humoris coniectandum est.

2 Catharrosi non incidunt in tumorē splenis 6. epid. reddit rationem Auic. quia plurimis abundant cruditatibus non fæce sanguinis, quæ potiùs ad immoderatū calo-

calorem sequitur. Adde grossi, & fæculenti humores non sunt parati fluere, Gal. causam tribuit operanti naturę, quæ vt plurimum sua excrementa ad tot membra non transmittit: qui enim vnum habet debile, reliqua seruat incolumia. Sed videmus interdum propter inæqualia partium intemperamenta, & vidit Montanus, vtrumque affectum, cur. 117.

3 Si ad borealem constitutionem sequatur australis, vel hęc ad illam, catharros expectare oportet, quoniam a priori constitutione densantur pori capitis, cohibenturque intro gelati humores; qui postea soluuntur ab aere calidiore, at per tempus austrinum humescunt corpora: vnde nimius humor repleti cerebri ab adueniente aquilone deorsum pellitur.

Quia pectus, & cerebrum permeat aer parùm mutatus, ideò illius immoderantiæ maximè sunt cauendæ in catharrosis propter mollitiem, & debilitatem cerebri aptissimi vt lædatur, in illis potissimùm, qui ferè vtrumque viscus habent debile: magis verò fugienda est frigiditas, vbi præcessit calefactio, magis nocturnus aer: ob idque nec per æstatem aperta fenestra dormiendum est: oportet tamen ne seriùs e lecto surgant, matutinum nanque exercitium expurgando catharro proficuum superest, vt nocuum ad prandium accedere illó adhuc incocto, & fluitante. His præmissis, initio cōfert integra quies, sicut in reliquis fluxib⁹, ita vt etiam sternutatio, & clamor absint, nisi fiant a causa leuissima: omnis enim agitatio reproba est non tantùm in incocto catharro, sed in quacumque morbi cruditate: quarè & aer luminosus vitandus est; & iræ graues impetus: *Curatio. Victus.*

quę

quæ cuncta postea coctionis processu conferre possunt. Necessariò autem quatuor horis post cibum quiescendum est, nisi lenta motio breuis spatij illius descensum promouerit, ad cænam præcipuè, quando longa quies maiorem distributionem postulat. Studium nocet grauiùs, & continuus catharri fomes est: vnde dixit Marsilius ficinus scholares non habere maiorem hostem quam catharrum. Somnus, vt pote humectans, sit paucissimus, præsertim in pituitosa fluxione. Cubitus demissi capitis aptior: sic minùs ascendunt sublati vapores, & gelati descendunt ad loca commodiora. Per diem infestus censetur, vel sequutus ad recentem cænam. Multa potio reprobatur: supra cænam, vel prandium nulla sit: dormiturum bibere deteriùs: cibum comestione claudere salubrius. In causa calidiore præstat aqua sacharata, in frigida mulsa, thuris, glicirrizę. Vinum, licet vapore noceat, dulce concedit Paulus, forsan ad facilius sputum, & pectoris mollitudinem. Lac in frigido nocet propter abundantes halitus, in calido prębet Auic. vt lenitate, atque mollitie rodentes succos tẽperet. Cęna aut omittatur, aut leuissima sit. Reliqua victus ratio administranda secundum varietatẽ causę: in pituitosa ad siccum, & calidum recedat: in calida & acri temperatis vtendum est, nam valde frigida crudiorem materiam reddunt. Rursus in illa sit tenuis cibus, in hac mediocris: in omni minuatur quãtitas, & numerus cibationum, sitque electi succi alimentum.

Vniuersalis methodꝰ remediorũ. Circa remediorum exhibitionem quatuor precipuè sunt consideranda causa mouens fluxionem, humor defluens, pars a qua fluit, ad quam fluit. Quando causa mouens,

uens, & humor fluens sunt eiusdem cōditionis nullam inferunt dubitationem curanti sin minus mitiore con trario agere expedit, ne causa profluens fiat intempera tior: multi nanque ex accursu frigidi aeris calido catha rro capiuntur expressa a capite bile: alij ex insolatione liquata, vel tracta ad caput pituita frigidiore tētantur. Sed de modo incipiendi multi dubitant. Gal. 7. meth. penult. in compositis affectibus sumit exordium a cōditione sine qua non, vel ab vrgentiori: inter quæ duo, vrgentia præualet: nullo vrgente causa quæ morbo dedit occasionem primò est auferenda. Aæt. sic: *Melius au tem erat mea quidem opinione velut fontem malorum abscin dere sanato videlicet capite.* Si ergo exterior causa fuerit morbi principium illico fuganda: si occasionem præbuerit interna cerebri, vel alicuius membri intemperies, hęc prius erat enmendāda, vt pote mali fomes: sed quia hoc commodè fieri nequit citra expurgationem peccantis materię, hæc vacuanda, deinde corrigēdum intemperamentum, ne rursus ansam morbo tribuat. Hoc autem, vt diximus intelligendum si alicuius vrgen tia non præualet: hęc verò in tribus solet consistere. Pri mò cum multus humor suffocationem minatur. Secūdò cum ab acri, atq; mordaci timetur vlcus. Tertiò si fluxus pulmonem, vel aliud nobile viscus occupet: præ cipuè verò respirationi occurrendum, in qua scilicet in gens vitæ periculum voluitur: sin morbus præstat indu cias supradicta curatio exercenda, eaque lentè & consi deratè: nam in cruda, & diuturna passione nocet motus subitus, qui sępè materiam in pulmonem, vel aliam partem nobilem agit pręcipitem.

Sed

Phlebotomia. Sed particulariùs sic tractandi sunt catharrosi. Phlebotomiam negat Auic. concedens tantùm in adiuncta tussi. Rasius vniuersim permittit, si pani calidi appositione non leuetur affectus. Mes. admittit in triplici casu: in causa calida corporis calidi: in febre continua: in materia acri, a qua timetur vlcus, angina, pleuritis, vel similis grauis morbus: quo casu pariter videtur concedere Auic. dicens: *Et cum inuenitur punctio in mammilis significat quod materia fluat ad latus, fiat ergo phlebotomia.* At Paulus concedit, nisi acris admodum fuerit destillatio. Citatus Modernus ita sentit de catharrosa fluxione, & sanguine mittendo. Primò concedit in motu calidi, & acris fluxus. Secundo si iste partem nobilē irruat. Tertiò si corpus plenum fuerit. Quarto cum febris continua simul vrget. Sed hæc omnino non placent. Non primum, quia acris fluxio in corpore debili, & cachoquimico purgatione potiûs, & temperie indiget, atque calore naturali sanguinis, qui ipsam & frænet, & concoquat: vnde Auic. 10.3. trac.3. cap.6. & Paul. cit. prohibent. Mes. verò intelligendus de acri fluxione pleuritidi, vel anginæ proxima. Non secundum, quia partis nobilitas, quam petit fluxio phlebotomiam directè non postulat, sed remediorum celeritatem, exemplo asmathis repente a destillatione ingruentis. Non tertium, quoniam non semper sanguis in pleno corpore materiam catharro suppeditat. Quarè sic veriùs philosophādum. In omni frigido catharro a phlebotomia abstinēdum nisi alius iungatur morbus, qui talem postulet, angina, pleuritis pulmonia. In catharro calido cum sanguinea totius, & capitis plenitudine congruenter admitti potest.

potest Similiter in febrili catharro, siue hic febrim mouerit, seu ad illam sequatur: hoc autem multipliciter accidit. Primò cum calidior materia ad venas destillans sanguinis, aut bilis feruorem excitat. Secundò cum eadem petens guttura, vel aliam partem pectoris inflammationem mouet, ad quam febris sequitur. Tertiò si putrida febris fumos eleuat, qui concreti in cerebro frigidiore tandem in catharros soluuntur. Quartò cum vi accensæ febris liquatur in capite residēs pituita: in omnibus venę sectio proficua est: at catharrus ex se vniuersim illam renuit, & propter debilitatem cerebri membri exanguis, & propter necessitatem coctionis, quæ in hoc affectu maxime procuranda est: hæc autem sanguine, & calore naturali perficitur.

In tenui, calidaque fluxione illico purgandum, præsertim si minetur partem nobilem: ex vtroque enim timetur morbi periculum, & humoris natura expulsioni idonea est: mitiora tamen desiderat. In frigidiori causa nisi præ multitudine minetur periculum expectanda est humoris coctio: nam crassa, & cruda eductioni magis repugnant, lib. quos purg. oport. Interim, si morbus præstat inducias temperanda est qualitas defluentis, & leniendæ partes, quæ patiuntur, vt rosioni, & cruditati repugnent. Oportet quoque expurgare humorem iam fluxum, ne detentus magis noceat. Causæ acri, & calidæ conuenit incrassans, ac frigidum, non tamen valde astringens, ne humor plus capiti figatur, & deteriorem affectum reddat: tantùm ergo sistet excessum fluxus, & moderabitur intemperamentum citra illius retentionem, a qua sequātur noxæ inemendabiles. Iuuant igi- *Purgatio*

E. tur

tur siru. viol. nenuph. iuiub. papau. cich. borrag. ros. sicc. aliter aqua calida sacharata per vices hausta, decoctū rosarum, lactucæ, portulacæ, & lentium sine cortice: ptipsana calens ante somnum. Validiùs reprimunt rosacee ℥ iiij. camphoræ ℈. j. suffitus ex vernice in aceto infusa, deinde exsiccata, vel mixta sacharo, sandalis, & rosacea. Similiter detineatur ore sirup. mirt. ℥ iij. puluer. papau. bol. armen. añ. ʒ. j. fortiùs pilula sumenda dormituro ex thure, succo liquirit añ. ℈. j. mirrhæ, opij. croci añ. g. j. cum rosacea fiant septem. Materiam verò frigidam preparant rhodomel. sirup. liquirit, hysopi, betonicæ. Prodest quoque lac furfurum, vel thuris g. iij. sumpta dormituro. Si nares a calido patiantur, iuuant succus rosarum, lactucæ, violarum, vel illarum vapor, aut coctio: sic aqua hordei cum sirup. violarum, vel sacharo: exteriùs verò inunctio butiri, vel vnguenti rosati. Catharrosas fauces leuant amilum, tragacantha, farina volatilis, terra lemnia, sirup. ros. papau. violar. portul. decoctum ros. lentium sine cortice, prunorum, lactucę, portulacæ: sic omnis mucilago, & pulpa ante cibum masticata. In causa frigida prosunt extra, vnctio amigdalini, decoctum camomil. maioranæ, pulegij: hoc naribus, illud gutturi. Intrò sirup. liquirit, capill. ven. decoctum caricarum, passularum, liquirit, & capill. ven. At si humor calidus non sit valde tenuis, vel frigidus habuerit mediocrem crassitudinem media ratione parandæ sunt, & potiones, & vnguenta. Adde varietatem quoque patiuntur profluxionis tempore principio namque huic sistendæ magis innitendum, ad finem magis expurgatio procuranda.

Quod attinet ad reuulsionis, & diriuationis commoditatem; si humor ad nares confluat aliò transferend⁹ non est, si tenet guttura, fistulã, vel pulmonem diuersiones summoperè sunt necessariæ: frictiones, ligaturę, ventosę, lotiones, diuretica, errhina, & apophlegmatismata: diuertunt quoque sinapismi, capitis vstiones, vesicatoria, brachiorum fontanellæ, setones, pectoris vlcera: quę cuncta in pituitosis fluxibus admittunt omnes, in calidis dubitant, maximè de sinapismis, & capitis vstionibus, vel alijs, quæ possunt graue caloris intemperamentum inducere. Gal. minante erosionis periculo concedit, 5. meth. 13. Auic. fen. 10. 3. cit. Aët. ser. 8. cap. 60. negant Tral. lib. 2. cap. 5. & Aët. sibi contradicens eodem sermone cap. 53. imò loco illorum frigidis, & humidis medicamentis calidam cerebri intemperiem emmendare conatur. Inquit igitur Tral. loquens de ijs, qui ob acres destillationes sanguinem expuunt: *Proinde rebus ita se habentibus præstat illico frigorifera, & humectantia adhibere potius, quam intendendæ qualitati causæ insistere, &c.* Et infrà: *Nam hæc sanè omnia ampliorem acredinem inducunt, & abrosionem longè spatiorem efficiunt: nec enim placant, & fluentem materiam non prohibent: cum satius tamen sit acredinem temperare, & quidquid fluit reprimere.* Et paulò post sic: *Docuimus autem his, qui propter abrosionem a destillatione quem catharrum Græci dicunt factam, vel ob calidam intemperaturam sanguinem proijciunt, minimè vtendum esse calefacientibus, & exsiccantibus, vel aliqua acrimonia præditis medicaminum præsidijs, sed contra ijs potius, quæ nihil neque acredinis, neque mordacitatis in se continent medicaminibus curationem esse moliendam.*

Reuulsi[illegible]

Aæt. verò sic: *Melius autem erat mea quidem sententia velut fontem malorum abscindere sanato videlicet capite: quod si impossibile sit facere ob vehementiam naturalis intemperiei, omnino tamen eius saluti consulere oportet: non enim mox, velut aliqui medici omnibus capitibus semper ex tapsia, & sinapi cataplasmata adhibent, sic & te facere volo: etenim si a calida intemperie caput vexatur, omnia calida pharmaca nociua existunt: oportet itaque ipsius potabilium, & dulcium aquarum balneis consolari; simulque generatos in capite vapores calidos discutere: & omnem temperaturam in meli⁹ mutare.* His positis, relictisque multorum interpretatio nibus, ita videtur de quæstione sentiendum. Cum calidior, & acris fluxio infestauerit, similisque in cerebro fuerit intemperies, nullo pacto sinapismis, aut calidioribus emplastris vtẽdum est. Quod si nullum, vel mediocre intemperamentum caloris cerebro insit cum acri fluxione: si reliqua non prosint, sinapismos, & vesicatoria adhibere fas est: posse autem cum mediocritate tẽperamenti in cerebro acrẽ fluxũ inueniri monstrãt frequẽtes euẽt⁹, si caput humẽs vexẽt biliosi corporis excrementa, aut quæ sunt in cerebro adurantur calidita te hepatis. Atque ita & Gal. & prius Aæt. locus possunt interpretari. Defendi etiam Gal. potest, si dicamus id fecisse in desperata fluxione, cum cætera non profecerint, & iam depascente corrosione sanguinea sputamina eijciuntur: vnde maior sequitur euacuationis vtilitas, quàm sit noxa inducti intemperamenti: non aliter quam a purgante calido sequitur iuuamentum, quamuis noceat intemperies deuilicta. Et sic rursus interpretatur Aæt. nã cap. 53. simpliciter loquitur de catharro,

at sexagesimo de eodem cum iam ad sanguinis sputũ deuenerit. Tertiò colligi potest, quòd licet Gal. sinapismis, & vesicatorijs vtatur in calidiore fluxu cerebri, non ob id reijcit vsum temperati medicaminis, vel per interualla admoti, vel circum adhibiti, vt sic & cerebri intemperamento, & humoris diuersioni consulat, simili in casu idem præscribit 13. meth. 12. vtens loco thapsiæ oleo crudo, vel rosaceo, aut dulcis aquæ lauatione. Atque in hũc sensum possunt quoque intelligi & Paulus, & Auic. Adde tamen, proposito casu commodè adhiberi setones, & fontanelas sine suspicione inducti similis intemperamenti.

Superiùs diximus topica recipienti parti admouenda, quę vt poté inter initia, & processu curationis conferunt: nunc quæ parti mandanti sunt idonea ad finem persequemur, siquidem non nisi declinante affectu talibus vti conuenit. Ergò in frigidiori causa præstant camomilinum, rutaceum, laurinum, masticinum super aspersio puluere gariophilorum, vernicis, salis vsti: decoctiones camomillæ, saluię, maioranæ, stechados, betonicæ: saculus ex milio, & sale torrefactis: pileus ex herbis, & floribus supradictis: suffitus belsoini, thuris, storacis: pomum odoratum laudani depurati, ligni aloes, galangæ, nucis muscatæ: in pertinaci affectu a causa frigida ad soluendas humorum reliquias iuuant lexiuium ligni guaiaci ad medietatem cocti balnea sulphurea, sudores radicis chinæ, vel eiusdem guaiaci. At post calidam fluxionem frigidis caput fouendum est, non intensis, ne crassescat pars humoris deiecti, & offendatur cerebrum molle, aefrigidum igitur commoda sunt ro- *Localia.*

saccum

saccum tepidum, omphancinum, violaceum, decoctiones rosarum, violarum, & similes. Et hæc satis de catharrhosa fluxione, de qua prolixiorem tractatum consulto proposuimus, quippè inde similibus morbis via sternitur: at his peculiare caput non damus, quoniam eadem ferè methodo sunt tractandi, saltem quo ad prouidentiam mandantis membri: sunt verò sequentes.

Primò alui fluxus a lubrico humore ad ventres descendente, ab eademque cruditatum differentiæ, & cibi auersiones euenire solent.

Secundò angina occupatis laryngis musculis fluxionis impetu, vel pleuritis si costas, aut harum membranam causa obsideat.

Tertiò, ptysis cum ad fistulam, cauum pectus, aut pulmonem humor defluit, & tandem exulcerat: vel tussis, & asmha quando cum minori damno eadem obstruit, & spiritum intercludit, vel asmha secretum mouet per obstructionem cauum arteriarum, quas lenes vocant.

Quartò podagrę, chiragræ, & articulorum dolores oriri solent cum ad neruos, aut musculorum terminos materiæ transmittuntur. Ast hęc, & similia, vt diximus, consulto omittimus propter assignatam rationem. Adde partim de his dictum, partim dicendum, partim a'iqua minoris momenti præstat relinquere, vt compendio seruiamus, quod institutum nostrum proposuimus. Igitur accedamus ad tractationem membri principis.

(?)

CAPVT

CAPVT VI.

De corde.

COr dicunt aliqui quasi custodem: huius enim influxu totum gubernatur, atq; defenditur: at Græci sic vocant a cardian, hoc est vibrare: perpetuò nãque agitatur, & pulsat. Gal. 3. de decret. cap. 5. dictum existimat a cratia, idest dominio, & principatu, quem habet inter cætera membra. *Nomina*

Hunc autem multa indicant. Primò ab hoc vita incipit, vltimum moritur, citiùs læuæ partis ventricul⁹. Secundò subita mors a solo corde. Tertiò nec abcessum, nec aliũ grauem affectũ patitur, aut acria vitę supplicia 3. de part. an. 4, Quartò, mediam sedem nobiliorẽ obtinet: ab vmbilico enim trunci medio sitũ est. Quintò calorem natiuũ largitur, quo corpus reliquũ ferax, ac hilare redditur, isłoq; perenniter influente innatus in quauis parte conseruatur. Sextò mori animal omnino non potest, nisi tãdem cor aliquo modo afficiatur, 5. de loc. 1. neq; adhuc in forti appoplexia: quippè ad defectam respirationẽ cordis etiã têperamentũ soluitur, ac proinde animalis ipsius sequitur interitus. Septimò cordis vitio totũ simul breuì laborat: ratio in promptu est a prędicto huius influxu, quo totum conseruatur: vnde læso, vel pereunte necessum est omne, vel offendi, vel interire. Hoc autem reliquis facultatibus non accidit: insecta quæ per hyemes latitant diu seruãtur sine motu, & nutritione: quidã per morbos nõ intelligunt, nõ sentiũt, *Principatus.*

non

non mouentur: alij propter hepatis imbecillitatem sine alimento diù possunt consistere. Octauò cuncta animãtia reguntur corde: cuncta ferè hepate: multa sine pulmone, & cerebro: fatetur Gal. 6. de decr. cap. 5. Nonò cordis temperies necessaria est cerebro, & iecori, horũ non illi. Decimò sedes est affectuosæ partis animæ, atque præcipua passionum mansio, præsertim irę, timoris, lætitiæ. Vnde a Latinis concors homo dicitur minimè seditiosus quòd quiescente corde animus pariter conquiescat. Et hæc absolutè cordis nobilitas: si tamẽ principi cerebro, vel hepati conferatur maius insurgit dubium. Vniuersim respondendum cor principatum obtinere ad vitæ necessitatem, salubriorem vitam hepar reddere, beatiorem cerebrum, ob idque cor ad vitam, hepar ad salutem præstat; cerebrum ad nobilissimas, quas habet operationes. Sed difficilius superest in absoluta comparatione. Primas cerebro cõcedunt omnes medici ob imperium in corpus reliquum, & perfectiores intellectus actiones: quarè, aiunt, quantùm benè viuere excedit simpliciter viuere, tantùm cordi cerebrum est præferendum. Aliter tamen Peripatetici, quibus suffragantur Aphrod. & Auic. adscribit Zoar, lib. 1. trac. 12. cap. 1. Aueir, autem 2. colig. 7. iungit sequens argumentum. *Et abhinc potest cognoscere dominationẽ cordis super omnia alia membra, quia tu vides quod ipsum sufficiens est ex se, & alia indigent eo,* Nos addimus sequentia. Primùm cerebrum corporeorum sensuum, non intellectus, aut voluntatis est organum: sunt etenim animæ potentiæ: hæc verò toti æquabiliter præsens: ideò huic imperanti cor obsequitur, non cerebro: imò hoc

quo-

quodammodò cordi famulatur, dum boni, malique ra tiones arguit, vt voluntas, & cor moueātur ad fugam, & prosequutionem obiecti: siquidem illud voluptuosę partis sedile statuitur: vndè quantùm affectus cognitio nem excedit, quantùm voluntas sensus, tātùm cor vincit cerebrum. Si igitur loquamur de cerebro quatenus principium est motionis, ac sensus (tale in brutis inueni tūr) exclusa rationali anima, sine dubio cor habendum nobilius, & simplices cerebri apprehensiones ad appeti tum ordinari. Adde in homine non sensus tantùm, sed intellectus etiam subijcitur reginæ voluntati; Idcircò si quos cerebrum nobiles actus habet, hos exercet in cor dis seruitium, tanquam principis potētissimi, quò nec senatus nobilior, nec cętus doctissimorum virorū, sed absoluta potestate omnia frangit, ac superat, licet quandoque, si velit, obtemperet compulsus legum viribus, & rationum vehementia. Aliud verò quod Peripatetici affirmant non tria, sed vnicum esse in corpore principium, idque cor quo membra reliqua gubernantur, verùm non continet, nisi intelligamus idem vitæ fundamentum, a quo pendent cæteræ facultates sine quo nihil moliri possunt: sic animalis spiritus ex vitali gignitur, & influens calor innatum fouet ad alitionem cunctarum partium, indeque cor primus auctor statuitur, 2. col. 9. & 7. citato. Non tamen hinc rectè eliciūnt hoc venarùm, atque arteriarum principium, quod falsum cum Aristotele protulerunt.

Cor frigidum natura putat Auerr. 2. colig. 3. a proportione carnis, quam habet duram, melancholicam, compactam neruis, fibris, arterijs, calidum autem per- ***Temperamentum.***

F 2 acci-

accidens calidissimi sanguinis, & spiritus vicinia. At Gal. vir. de temp. sic: *Sãguis a corde suum calorem accipit, quippe hoc sua natura viscus omnium est calidissimum*. Et lib. de fæt. format. *Si in cor dissecti recenter animalis digitum immittas vstionem senties.* Hæc vltra: fons caloris cor est, qui primò a sanguine & spiritu effluit, quę potiùs a corde caluerunt. Nec Auer. ratio quidquam conficit, quippe ea non omnem complent cordis substantiã carnosam, atque densatam caloris viribus. Si verò instes carò cordis ingesta melancholicum præstat alimẽtum, ergo & æquam habebit temperiem: non conuincit inquam de temperamento viuentis: nam simile argumentum fieri posset de hepate melancholico, & pituitoso pulmone: & cum hoc videtur coincidere illud Conciliatoris, cor materialiter frigidum est, formaliter calidum.

De passiuis qualitatibꝰ Auer. cit. humidum esse ait ab spiritu, cui similem temperiem tribuit propter aeris naturam a quo ducit originem, & quia vita in calido, & humido posita est. Auic. siccum putat, vt potè melancholicum. Aptiús humidum statuitur, si ad cutem fiat comparatio, siccius, si ad reliqua viscera conferatur. Vtrùm verò ab huius temperie mutetur totum, inquisitione indiget: sanè in actiuis cor superat ad immutandum corpus, in passiuis hepar: vt enim illud fons est caloris, sic hoc alentis humidi: at temperatum cor simile reddit corpus, nisi hepar vehementer obliterit art. med. 31. intellige in pari lapsu, vel in cordis victoria.

Situs. Cor inclinare ad lęuam asserit Arist. 1. de histor. an. 17. &

17. & 3. de part. an. 4. assentit Auic. redduntque rationem, vt natura compenset calorem illius partis, quã homo inter cætera animalia magis habet refrigeratam: in reliquis medio pectore situm censet philosophus. Sanè in homine magis elucet imparitas laterum, sed non satis est: ideò tenenda Gal. opinio, 2. de decret. cap. 4. dicendumque cor medium obtinere, non totius corporis, sed omnis supra vmbilicum positura, ac ambitus in toto pectore: sic decuit, vt calorem vitalem vndequaque diffundat æquabiliter, & asperæ mediæ benè respondeat ad vocis, & respirationis momentum. Anteriùs autem leuiter porrigitur, ne in violentis motibus læderetur a vertebrarum duritie. At mucronis in læuam declinatio fit tùm ratione consceendentis cauæ, tùm vt hepati dextro cederet, nec foret impedimentum diaphragmati perenniter agitato: & sic beneuole potest interpretari Aristot. inquit enim: *Paulò a mammarum distinctione ad læuam inclinans*. Sic & Auic. nam subdit: *Et declinat magis ad sinistrum, vt elongetur ab hepate.*

Sed & in numero quoque ventriculorum lapsus est Arist. tres constituens cit. de hist. an. quamuis cit. de part. magnis solùm concedat, neget minoribus. Veriùs duos Gal. existimat, quos monstrat experimentũ, eosque diuisos septo medio, quod ventrem appellat Aui. Quæ non respirant animalia sinistro ventre contenta sunt, quia non indigent tracto pulmonis aere, & quòd dextra hæc cauitas ad alendum pulmonem sanguinem pręparet: hoc igitur deficiente non est cur illud in corpore sit constitutum.

Figura. Cordis figura satis patet: in piscibus triangularem aduertere oportet. In minutis quoque animalibus carthilago leuis subiacet. in grandibus exacta, in grandioribus ossea, in maximis os ipsum, vt in elephanto. Romæ dissectum vidit Gal. & aduertit Arist. in equo, & genere quodam boum, 3. de part. cit.

quātitas Quantitas minor est hepate, & cerebro ad faciliorē motum sistolis ac diastolis: vtrum verò cor paruū præstet ad audaciam, vel fortitudinem controuerti solet. Affirmant aliqui exemplo timidorum animalium cerui, leporis, mustellæ, asini, pantheræ, quæ cor habent magnum, & confirmat Arist. 3. de part. an. 4. vbi sic: *Quibus cor grandius pauida, quibus minus, aut mediocre ardentiora, fidentioraque sunt: affectus enim, qui accidit ex metu iam in illis præest, quoniam calorem proportione corporis nō habeant, sed parum illius in magno conceptabulo exolescat, vt paucillus ignis, qui in magna domo debiliter calefacit*. Propter quam rationem Aphrod. 1. probl. 25. prudentiores ait, magna ex parte, qui breui sunt corpore, quoniam animus in toto corpore coactior, & compotior remanet, si longum, passus per longitudinem exoluitur, & hebetescit. Alij consentiunt quidem, sed facta comparatione intra eandem speciem illud magnum præferendum existimant. Auic. cit. inquit præstare magnum cor si tali iungatur calor plurimus, debilis enim in amplo corde nimis diffusus timorem efficit, in exiguo difficilè multus reperiri potest si reperiatur audaciam imprimit. Sed quid? si cordis magnitudo semper indicat caloris abundantiam? non illa a solo fit calore, sed a multa materia, & facile dilatabili. Nos addimus, in audacia

inue-

inueniri furibundum calidi, & sanguinis motum, qui animos turbat, nec finit quiescere ad considerationem futuri periculi: ad hoc autem aptius paruum cor in quo cum impetus caloris, atque spiritus intrò contineri nō posſint, foras exiliunt vi ebullitionis: non aliter quam in angusto vase liquor exundans. Quare sit conclusio.

Cor paruum ad audaciam, ad fortitudinem præstat magnum.

Et hæc de corde aduertere satis sit: quæ desiderantur sunt sequentia.

Quas minutim partes habeat.

De vsu, & difficultate respirationis, ac de cæteris quæ eidem seruiunt omnimoda tractatio.

Quæcumque ad vitalem facultatem, & pulsus attinent.

An cor vitalis facultatis sedes sit.

Ad quam hęc animam pertineat.

Quomodo cor moueatur.

An in sistole, ac diastole pectus feriat.

An motus cordis naturalis, an animalis sit.

Quomodo, quaque vi arteriæ moueantur.

An istæ ad dilatationem cordis dilatentur, & e contra.

Quæ sit vitalis spiritus generatio.

Per quas vias a dextro in sinistrum cordis ventriculum feratur sanguis, vel per hunc, & arterias empyecorum pus educi queat; quiue eorum sit præstantior.

Item quo sanguine cor nutriatur.

Huius functiones quare dicantur morales.

An ille quantuplo sit frequentior motu pectoris.

Quæ

Quæ gignendi spiritus sit vtilitas.
Num cor pulsu refrigeretur.
Vtrum paret alimoniam toti, velut iecur.
An pulsus necessitate superet respirationem.
Cordis passiones a qua temperie pendeant.
Vtrum ex pulsu cordis incolumitas, & morbus certò dignoscantur.
Quid sit pulsus, qui motus: an rectus, circularis, vel alius.
An cor primò sit generatum.
An facultas pulsatilis naturalis sit, vel alteri⁹ generis.
An hæc a vitali sit alia.
Num duplex: altera dilatans, altera contrahens.
An pulsus ad præsagiendum respirationem vincat.
Num pulsatio cunctis animalibus sit communis.
Cui pulsuum danda sit maior fides, dextro ne, an sinistro.
Quę in hoc tangendo sint obseruanda.
Hinc multę pulsuum differentiæ.

Quę cũcta cum innumera ferè sint, & partim in scholis trita, partim a nobis alibi explicata ideo supersedimus eorum tractatione, vt accedamus ad proprias cordis affectiones.

Sed quoniam aliqui cor morbos sufferre non posse existimant, alij omne perpeti genus ægritudinis, hoc prius examinandũ. Veiga, 4. de loc. memorat ceruum infixam gerentem cordi sagittam. Mathias cornax hominis cor semiputridum vidit. Holerius duos calculos in totidem sinubus fęminei cordis. Benniuenius inuentum in corde callum refert: hoc idem pilosum testatur, & plu-

& plurimos in eodem abcessus inspexisse. Gal. 5. de loc. 2. simiam inuenit, qui continuò emacerabatur ob humorem vrinæ similem in pericardio contentum, & scirrhosum tumorem in corde galli coalescentem more tunicarum inuicem coherentium, 2. de plac. cit. victimam auulso corde ambulantem enarrat, & 7. de anat. admi. 13. Maryli puerum eodem denudato viuentem. Specialiùs verò cit. de loc. sic: *Si non ad ventrem vsque pertingat vulnus, sed in cordis substantia tantùm consistat, ex ita affectis aliqui non solum ea die, sed sequenti nocte vixerunt.* Assentit Auic. 11. 3. trac. 1. cap. 2. Contra tamen Hipp. lib. de morb. vbi sic: *Cor ita solidum, & densum est, vt ab humore non ægrotet.* Aphrod. 2. probl. 124. in corde nullum morbum consistere putat, quoniam (ait ille) ante mors rapit, quam morbus pateat. Gal. quoque supra possibilē negat cordis abcessum, & in eodem vulnus aliquod, 6. aph. 18. 1. porrh. com. 2. tex. 37. Haly sic. *Non est possibile vt apostemetur cor, aut accidat in eo oppillatio implens eius ventres, sicut in cerebro, nam mors antecedit illud.* Et rursus Auic. 2. 1. doct. 1. cap. 4. *Cor enim solutionem continui non tolerat, quia fit, vel accidit cum ea mors.* Confirmat quotidianum experimentum immolatorum animalium, quę tacto corde repente concidunt. Hoc præterea semper habent inculpatū, nō renes, nō hepar in quibus sæpè reperiūtur vesicæ, lapides, vlcus, apostemata. His positis ita quęstio diluenda est. Primò, 9. theor. 22. patitur cor, sed moritur homo varijs tēporibus pro varia affectus magnitudine: ex vulnere sinistri sinus subitò concidit, paulò post ex calida inflammatione, diutius a frigida, a palpitatione vel simili affectu saluari potest.

Simi-

Similiter soluit Conc.diff.97.dicens: *Confirmatam inflammationem cor non tolerat, neque intimam solutionem.* Hoc & Gal.videtur innuere,5.de loc.2.vbi sic: *Cæterum proprio quoque affectu cor laborare solet, vel ob simplicem intemperiem, vel inflammationem, idque dum fieri incipiunt: illico enim antequam augeantur animal corrumpitur.* Id quoque deducitur ex Arist.4. de part. an. ita concludente: *Cor nullum grauem affectum patitur instar aliorum viscerũ.* Quare leuiores patitur febrile intemperamentum, tremorem, sincopim, dolorem: adde tumores, si pituitosi fuerint, & suppurationis alieni: item leuissima & superficialia vulnera. Abcessus tamen, inflammationes, & maiora vulnera non patitur, & sic intelligitur Paulus cũ ait cordis affectus immaturum, atque præcipitem afferre interitum. Vnde casus supradicti, vel monstra naturę debent iudicari, vel longæ affectiones, quæ citra repentinam alterationem cor afficiunt: sic æger vixit gallus, sic simia vixit, & putre cor cornax, si fuit, illud habet. At mortua iam victima ambulauit propter derelictos vitę spiritus, nec dum resolutos. Sagitta superficiē cernini cordis vix attigit: vltra si penetrauit, eam gessit moribundum iam animal. Accedit quòd multi illorum morbi a natiuitate quasi monstri species possunt eueni re: sic illud pilosum, vel callosum. Vidit Zoar (nec ante ipsum testatur accidisse) frequentem euentum pelliculárum in corde, lib.1.trac.12.cap.5. Verùm si quęras vlteriùs qui nam sint morbi, cordi difficiliores similares ne, an instrumentales? constat supra ex Haly, & respon-[illegible]t Auic. cit. statuens solutionem magis periculosam [illegible]paritate afficientis causæ. Gal. etiam cit. id sequenti-

bus

bus explicuit: *Similarium intemperies subitam mortem non inducunt per eas verò, quæ ad instrumentales partes attinent, subitò enecare possunt.* Hinc colligitur morbos aliquos pati hanc partem principem. Ergo relictis, qui in instrumentis consistũt, atque alijs, qui partibus reliquis sunt communes, solos cordi proprios tractandos suscipim⁹. At isti duo sunt iuxta totidem cordis munera, alterum procreandi spiritus, alterum efficiendæ vtriusque pulsationis in dilatatione scilicet, & cõpressione: hoc vim, & efficaciam toti suggerit, illud vires actionibus perficiendis idoneas: defectu primi syncope, secundi palpitatio solet euenire.

CAPVT VII.

De sincopi.

VT Sincope mediam dictionem mutilat, sic vitã sincope: vnde deductum nomen: nam Græcũ corpos cæsionem significat. Aliter Græci lippotomiam dicunt. At Latini animi defectum, animi diliquium, dissolutionem, & exulotionem, 1. ad Glauc. 14. *Nomina*

Præstat tamen cum Aæt. affectus diuidere; nam deliquium ad animalem vim attinet defectis sensorijs, animalique spiritu ad cerebrum fugiente: vnde cessante motu, & sensu facultas corruit. Separat quoque Gal. 12 meth. 5. & 1. de simpt. caus. 7. addit morbos, similes pulsus defectum, paruitatem, & prauitatem: ast hæc cum palpitatione videtur coincidere, vel cum tremore, de quibus infra. Ast placet adhuc exolutionem a deliquio *Differentiæ.*

discernere: quippe non est totalis defectus virium, sed praua quædam dispositio, vel sincopim, vel deliquium antecedens. Sed spretis nominibus ita affectio definienda. Sincopis est lapsus omnimodus virtutis vitalis, ac proinde omnium virium, quæ ad illius lapsum tanquam ad fontem suę perfectionis, & superioris causæ pariter cessant. Gradus verò sunt prædicti, exolutionis, atqued eliquij, qui proposita causarum diuersitate meliùs innotescent.

Causæ. Vnicam, eamque perpetuam esse causam sincopis spiritus diuersimodè laborantes concedunt vnanimiter sed quibus, quotque modis patiantur, inquirēdum nunc est. Mes. vniuersim ad tres reducit spiritus interceptionem, conculcationem, & resolutionem. Haly ad totidem similes, euacuationem, repletionem, malam complexionem. Aliqui negant resolutionis modum admittentes solam retractionem: solutis aiunt spiritibus, vel a nimia euacuatione, vel a causa liquante cor in angusto positum subitò trahit residuos, quibus præfocatus sincopim incurrit. Defendi potest opinio, sed minimè negari resolutionis euentus, nec spirituum defectum vnicam esse sincopis occasionem: imò Auerr. 7. colig. 16. ad solam refert a mala complexione oriundam.

Antecedunt igitur ira, mæror, gaudiū, dolor, timor, repentina, & profusa ruptio siue hydropis, seu grandis abcessus sic vrens, ac liquans caliditas, tenuitas, & acrimonia humorum diaphoretico sudore facilè expirantium. Sic langens retentrix partium, quæ commissum alimentum retinere non valet, fluxus immodicus ven-

tris,

tris, aut sanguinis, prolixa exercitatio, labor superflu⁹, recedens cordis intemperies, magna frigiditas alicuius visceris, vulnus, inflammatio, abcessus, flatus copia: ita lenti, frigidi, vel crassi humores, qui ventriculum aggrauant, vel acres, qui altum vellicant, & mordent, aut qui pungunt lumbrici. Vlterius præbent occasionem simptomati praui matricis halitus, aer pestilens, venenum, vel humor venenosus, somnus, qui recentem phlebotomiam sequitur, aut partum præcedentem, vel similem hæmorrhagiam. Addit Gal. 12. meth. cit. spiritus substantiam facilè resolubilem, & corpus adeò rarefactum, vt hunc intrò coercere non possit. Et hæc sincopim afferre constat experimento, & confirmat ratio: sed qua id efficiant ratione, non ita notum: in sequentem verò modum videtur explicandum. Ita sincopis, aut mortis rara est occasio: si quando, accidit ob præcipitem spiritus reditum ad viscera, vel ob resolutionem, quæ sequitur ex diffuso spiritu. Mæror pariter raram sincopim efficit; nam lentè cor frangit sine aliqua subita mutatione, quarè paulatim spiritus minuit ad generationem deliquij. Hoc timor inducit crebriùs conculcato spiritu intra cordis arcem ad fugam vrgentis inimici.

In lætitia sic spiritus funditur, vt redire facilè non possit, vel ob subitum reditum trahente corde totus deficit. Dolor omnem spiritum ad se se cogit, qui iterum repente cor impetit, & facit ad magnam iacturam natiui caloris. Modo simili exquisitus sensus superioris ventriculi sincopim efficit quando tentatur ab acri fluxione, vel lumbricorum morsibus.

Simili crassus, & lentus humor hunc aggrauans; atque obstruens. In repentina ruptione, vel subita; & magna euacuatione lapso simul cum re vacuata spiritu, syncopis oritur, quia partibus alijs sufficere non potest. In phlebotomia bilis mora mordet ventriculum. In senectute spiritus idem exhalat, & soluitur. Hunc fames tenuat, atque consumit. Labor superfluus, immodica vigilia, immoderatum exercitium, feruida cordis temperies, aut inflammatio, vel in toto similis resolutionem pariunt. Cordis vulnus, aut abcessus spiritum suffocat; quia in læsum principium omnis subitò confluit. Sic flatuum, crudorumque multitudo prohibita diflatione calorem extingunt. Ad eundem ferè modum spiritus irradiationem impediunt tetri halitus vteri, vel similis eluuies. Ab aere pestilenti, & venenoso humore deleteream qualitatem spiritus contrahunt, vel inficere corrumpuntur. Somnus à partu, vel ab euacuatione sanguinis natiuo calore partes destituit, quia trahit ad viscera, indeque residuus in membris derelictus intro repente fugiens sincopim excitat, aut saltem lassitudinem, & confractionem totius.

igna. Tota sincopis se præbet intuentibus facie pallida, & vniuerso corpore morientibus simili: quæ sequuntur pulsus debilis, ac paruus, aliquando deficiens, extremorū frigiditas, sudor algidus; quia debilis in cute retentor ob defectum caloris, & spiritus guttas elabi sinit. Intorquet & collū in sincopizantes quoniā rectitudo non fit citra actionem mouentis potentiæ, quæ in ipsis pariter delitescit. Hæc igitur notiora sunt indicia; at difficiliora, quæ sincopis species diuidunt, tribus propositioni-

bus

bus a nobis enarrandæ. Prima, sincope frigida ex venarum interceptione, de qua Gal. 4. aout. 23. spuria & duplex est, altera in qua caua, & maiora vasa ob multitudinem ita occupantur, vt omnis aditus spiritui intercludatur, altera fit per obstructionem carotidum, qua eidē consensu intercipitur, illa magis similatur veræ sincopi, nec nisi in athletis accidit, quorum vasa de ruptione periclitantur; hæc appoplexiæ, & catalepsi propinquior est, dissidetque a cæteris, quòd hæc ęgros omnino & respiratione, & pulsu priuet: aliæ vtranque actionem habeant euidentem. Vtrisque plurimis succrescit faciei rubor, oculorum immobilitas, porrectiones manuum, dentium stridores, sensus omnis otium, ac torpor, propter læsum neruorum principium. Itaque communem habet cum appoplexia priuationem motus, ac sensus, cum catalepsi laborantem ea figura, qua apprehendit, detinere; cum sincope pulsum, ac respirationem præcidere, & spiritus extinguere, non positiua refrigeratione, vt in catalepsi, sed priuatiua suffocato per obstructionem calore. Secunda propositio. Altera sincope oritur a primario cordis affectu; altera a consensu membri alterius. Distinguitur verò, quia in hac prius labor cernitur membri consentientis, præsertim si declinante sincope non in corde, sed in illo sentitur affectionis vestigium, 2. de loc. vlt. Si contra ante, vel post accessionis insultum nulla euidens in ventriculo noxa est, nulla iecore, vtero, cerebro, vel alio nobili viscere proprium esse cordis morbum iudicabis, 11. 3. tac. 2. cap. 7. Tertia, sincope ex dolore, timore, lætitia, ruptione, vacuatione, colliquatione, resolutione, abcessu, vulnere, inflammatione

matione innotescit ex morbo præcedenti vt pariter illa, quę ex vigilia, labore, fame, & membrorum raritate ducit originem. Quæ fit ob spiritus vitium, a venenosa, vel putrida infectione liuorem habet adiunctum, extremorumque frigiditatem, faciem pallidam, vel plumbeam, citra colaptionem, respirationem nondum mutatam, licet frigidam. Fortè etiam constabit ex inflicto canis vulnere, ex prægresso veneno, vel maligno febris ritu. Si verò ab ingenti intemperamento seu calido, siue frigido, vel cordis, aut alterius membri principis morbus accidat, id quoque ex præcedenti affectione dignosci potest, & similiter somnus si quando partum, vel phlebotomiam proximè sequitur.

Prognostica.

1 Nisi violenta mors accidat, semper antecedit præuia sincope: vnde Mes. *Mors est confirmata, & vltimata sincope.*

2 Sincope in principio, vel incremento accessionis ab humore, vel flatu conculcante spiritus solet euenire, in fine resolutionem indicat, presertim si sudor, vel alia vacuatio antecedat.

3 Quæ longo tremori superuenit lethalis est: ita quæ sequitur apostema membri principis, 7. collig. 16. vniuersim deterior, quæ sequitur cordis ægritudines, non sic contingens cerebri vitio: minús adhuc periculosa quę ab hepate, vel membris alijs trahit originem. Paul. lib. 3. cap. 38. Aæt. lib. 5. cap. 99. Similiter grauior est orta ab instrumentali cordis vitio, non ita, quæ ab intemperamento, vel humore proficiscitur, 5. de loc. 2, prauiorem quoque efficit æqualis intemperies cordis, meliorem inęqualis. Pessima semper est, quę a crudorũ mul-

multitudine oritur, vel a maligna infectione humoris, aut veneni: similis accidit ab aere pestilẽti. Has sequũtur, quæ pendent ab acri fluxione mordente ventriculum, ab hydropis ruptione, periculoso abcessu, vel vltima resolutione totius. Mitior censetur quam genuere timor, ira, vel aliæ affectiones animi: sic dolor, sanguinis effusio, & cæteræ euacuationes, dummodò sistant, nec vires vltimò languescant.

Vniuersalis curatio duplex est: altera præsenti accessioni subuenit, altera imminentem præcauet: hæc perficitur expulsione morbi præcedentis, intemperamenti, vulneris, obstructionis, fluxus, veneni, inflammationis, &c. Illa secundùm varietatem causarum conficienda est. Igitur suffocati præ multitudine spiritus vacuationem desiderant, crasſi tenuationem: Conculcati aliò sunt transferendi frictionibus, ventosis, ligatturis. Resolutos celeriter oportet reficere odoribus, & alimentis selecti succi, atque celerrimæ coctionis: in hoc tamen præcipuum quoddam asſequeris, si compescas immoderantiam causæ resoluentis. At in cunctis vnum commune obseruandum est, cura scilicet membri principis non tantùm ijs, quæ contraria sunt affectui, sed ijs etiam, quę vel adstrictione, vel a tota substantia partem roborant. Sic frigida irrorans faciem in omni ferè prodest, tam ad excitandos sensus, quàm ad collectionem profusi caloris: deme crudorum multitudinem, immodicam ambientis refrigerationem, venenum, ventris fluxum: nam crudos auget succos, frigus intendit, venenum intro cogit, & ventris fluxum magis promouet. *Curatio vniuers.*

Non

Non minùs vniuerſale ſincopiſantibus patrocinium vini potio, ita vt Auerr. 7. colig. 16. prærrogatiuam concedat contra Gal. dogmata: non indigere, inquit, coctione ventriculi, ſed ſolam hepatis ſufficere, vt vinum nutriat: vndè ſi crudorum multitudine laborēt, exiguum confert, album, purum, odoratum: nam tales & concoquit, & natiuum calorem excitat 4. de ſan. tuen. 4. Iam ſi propter reſolutionem vires deficiant, omnium celerrime nutrit, 3. de temp. 2. præſtat tamen limphatum, ne inanitis membris conuulsiones afferat. Hinc excipe internas inflammationes, ardentes febres, atque phrenitidem: illę vini calorē exacerbantur, hæc igneo vapore furioſior redditur. Adde acrem fluxionem ſtomachum pungentem, quam frigida potiùs, & leuat, & curat. Si verò Aphrod. 2. probl. 6. febrili deliquio concedit, de exiguo, ac mitiore vino in lentiori febre intelligendus eſt: in qua membra recreata aſſumpti beneficio firmiora redduntur ad concoquendam morbi materiam. Simile eſt aurum, quod propter ingeſtam lætitiā, & robur additum mirificè prodeſt. Ita cor ſimiæ ſiccatum, & melicrato exceptum: leuat enim ſincopin, & audaciam cordi imprimit. Præ cunctis procurandus aer morbo contrarius, quia citiſsimè cor peruadit. Secundò quęcunque qualitas conſideratè inducenda membro ſcilicet principi cuius influxu cętera gubernantur: vnde intenſè calida, vel frigida non tutò adhibentur, non tantùm in hac, ſed in reliquis cordis paſsionibus. Sed hæc vniuerſim; particulariùs curant ſequentia.

Curatio particularis. Si igitur ab obſtructione craſsi ſanguinis oriatur ſincope, ſeu maiores venæ ingenti plenitudine tumeant,

liue

siue carotides intercipiantur, expediunt concretum sanguinem fundentia, atque laxantia: coagulum in mulsa dissolutum: oximel eadem dilutum, theriaca, vel methridatum similiter confectum. At si cruor non adhuc concreuerit, vt per incisam venam liberè saliat, primò iuuat phlebotomia secundùm mensuram plenitudinis. Hinc morbi causa ad cutim reuocanda est frictionibus, ligatturis, ventosis, extremorum calore, & hæc de spuria sincopi. Verioris & legitimæ sequens est curatio. Si ob sudorem, feruensque intemperamentū patiens exol uatur, frigida, vel rosacea per faciem diffusa reuocandus est, comprimendaque sudoris exhalatio adstringēti puluere, vel vnguentis similibus: iuuant rosa, nymphæa, labrusca, myrtus, rasura eboris: procurandū quoque frigus ambientis, & tēpéries adusti cordis algido epithemate, vel iulepo simili. In hunc ferè modum tractandus ille, qui vel propter laxitatem pororum, vel ob diffusionèm spiritus præ tenuitate in syncopim labitur: intro scilicet ea, quæ succos crassiores reddunt, extra, quę cutim densant, & exhalationem inhibent proficua sunt: vterque verò odoribus, & facili nutrimento reficiendus est, quod tamen sit modicè crassum, atque astringens, ne promptè defluat. Quæcumque fit ex vario fluxu, labore, vigilia, fame curanda est ijs, quę vires citò reficiant, & spiritus generent. Vinum album tenue, in diarrhea nigri, frigida in acri vomitu. Stilatitia gallinarum, caponum cum puluere cordiali: vitella ouorum superasperso coralo, & guttulis rosaceæ: panis a recenti furno mero irroratus, vel semiassa perdix cooperta dictis pulueribus, siue ante nares diuidantur, siue stoma-

chos foueant; demùm cuncta lætantia, alentia, & cordialia intro, extraque summa celeritate sunt admouenda. Peculiariùs si alui fluxus infestauerit, nares vehementer sunt comprimendæ, ac dimouendæ, atque fricanda brachia. In vomitu ligabis crura, frictiones adijcies, membra calefacies, mouebis aluum. In vtroque affectu fouebis stomachum oleo adstringenti, simili puluere consperso, vel tosto pane vino rubro irrorato, atque similiter puluerato. In fluxu narium conueniunt ligationes infernarum partium, ventosæ, frictiones, & reliquũ diuersionis genus, quibus adde prestans remedium vini admoti testiculis, vel mammis mulieribus. In vterino prestat mammarum cucurbitula, frictiones, & ligaturę brachiorum. At cæteræ fluxiones eodem ferè modo gubernandæ. In animi affectibus, qui spiritus repente cor impetunt extra sunt reuocandi, ægerque omni ratione excitandus: sic in dolore cuius causę omni ingenio subuenire oportet. Ad externum frigus procuranda caliditas extremorum, ad internum assumpta calida. Si ex venenoso ad intra humore procedat affectio, hic ad longinquum trahendus, si assumptum, aut a fera iaculatum ex capite de venenis curationem assequeris: in vtroque roborandi cordis prestat diligentia. Cum succi acres altum mordent stomachum, salubris est vomitus, & medicinæ quæ ventrem roborent: sic frigida per faciem, vel eiusdem potus, ex 12. meth. 4. Vteri consensum curant ventosę, & crurum ligaturæ. Vermes expellantur, vel occidantur. Ad crudorum multitudinem fricationes sunt vtiles, & vinum digestionis facilis, & odoratæ substantiæ. Denique ij qui propter

ter somnum a partu, vel hemorrhagia in sincopim incidunt acriter sunt excitandi, reficiendique odoribus, atque alimentijs potionibus, post quas rursus tradantur somno. Et hec de quauis peculiari specie, cui adijcienda vniuersalis methodus de qua supra. Insuper aduerte: quamuis hic habeatur ratio solius paroxismi semper in curatione causa respicienda est, vt colliges ex discursu predictarum specierum.

CAPVT VIII.

De palpitatione cordis.

QVod Latini palpitationem, Græci παλμὸς vocāt, que saltus alijs dicitur, alijs tremor, & formido. Sed in hoc vrget auctorum varietas. Gal. 5. de loc. 2. vtrumque videtur confundere palpitationem atque tremorem, illam tantùm memorans. Subscribit Aet. ser. 8. cap. 58. Similiter permiscet Auic. vocans motum ictigatiuum, & Rasius absolutè tremorem appellans. At Mes. tres affectus distinguit secundùm maiorem, vel minorem lapsum, debilitatem cordis, tremorem, sincopim: Haly duos in corde similes, palpitationem a flatibus melancholicis, & defectionem cordis immutati a varijs causis. Separat quoque Galen. 2. de caus. simpt. 2. sed in alijs partibus a corde. Sequuntur hoc, & illud recentiorum plurimi: quarè notandum pro supradictis. Inueniuntur in nostro corpore variæ motiones, conuulsio, paralisis, tremor, horror, singultus, rigor, tussis, *Nomina, & differentia.*

ructus, pediculatio, sternutamentum, oscitatio, pandiculatio, vox, loquella, oregmòn, stertor, respiratio: harum quædam a solo morbo pendent palpitatio, conuulsio, paralisis: reliquç intenduntur a facultate, quæ tamē noxium profligare contendit; præter tremorem qui a facultate simul, & grauante morbo proficiscitur (sic se habet epileptia) vel a languenti potentia vt in senibus, & conualescentibus. Et hæc de motib⁹ depraũatis: qui super adduntur fiunt a facultate naturaliter operante, quæ noxium interdum expellit vt ructus, pandiculatio & similes. Rursus in ijs motibus, in quibus facultas operatur, aut hæc naturalis est, quæ compressione vtitur, aut animalis, quæ agit expulsione, & motu voluntario propter motum thoracis compressi ad expulsionem calefacti aeris. Vitalis quoque compressione fuligines effugat, dilatatione rapit externum aera. Si ergo in corde motus alij a morbo solo fiant, alij a facultate, & morbo simul, hinc differentiæ; quibus propria nomina ad clariorem doctrinam, & curationis diuisionem. Sed satius habeo legitimum tremorem cordi non accidere, nisi vice imperij vsum adijcias, qui motum si non imperat, saltem cogit facultatem talem reddere.

Causa. Vniuersalis causa flatus est, siue hic corde latitet, seu foras aduematiat: quasat autem membrum, & circumiacentes partes concutit, quò tandem, vel resoluatur, vel erumpens in aera expiret. Interim & naturalem motū interturbat: vnde illa sequitur inordinatio. Idem rursus a duabus causis potissimum contingit: primò ob congestum spiritum ex frigore (in alijs partibus a corde semper nascitur propter auram flatuosæ, & algentis

 mate-

materię) secundò a sanguinis ebullitione: feruens enim spuma in flatum transit, qui modò arterias inuadit corde naturaliter se habente, nonnunquam cor agitat nulla sequuta arteriarum mutatione: sæpè vtraque dispositio reperitur, si vtramque partem flatus occupet. At si in ira bullit sanguis, feruet in synocha cur palpitatio nō excitatur? dic in iratis interdum contingit, sed breuiter extinguitur cessante ebullitione. Quandoque non accidit vbi cor validum est, sanguis feruori ineptus. In febre vapor spumans ab igneo calore absumitur. Huc accedit quòd febrilis vapor fuliginis naturam refert quæ faciliùs discutitur, isque peculiaris cordi non est, ibi coactus, atque inclusus, sed quoquouersum expanditur vasa omnia, vel saltem maxima, & cordi proxima occupans. Sed cur metuētibus hoc quoque palpitationis simptoma superueniat? in pauore confertim sanguis ad arcem confugit, vbi calore ignei membri in spumas, & flatus soluitur. Idcirco iratis non accidit profuso sanguine per interualla ad cutim extimam, ob idque ab ira nemo interijt, 5. de simpt. caus. cap. 5. Igitur si quando iræ accedat palpatatio timor additus causa est, tremor autem in his affectibus crebrior palpitatio rara, quibus vt potè dissoluta facultas succumbit ac deficit. Et istæ sunt causæ legitimæ palpitationis, illius scilicet, quæ a morbo proficiscitur. Tremoris sunt sequentes (siue hic a languida facultate, vel ab eadem, & morbo simul accidat.) Prima feruidus humor, vel intemperies facultatem ad magnos saltus excitans. Secunda, lenium arteriarum obstructio, quæ fuligines expurgari prohibet, atque ingredienti aeri præcludit aditus. Tertia, vapor

ater,

ater,& venenosus cor oprimens. Quarta, spirituum interceptio, ob quam cor tremit in animi affectib⁹. Quinta, paucitas,& resolutio eorūdem qualis euenit a maligna febre totum absumente, vel ab immodica venere, aut simili vigilia. Addit Gal. 5. de loc. cit. humorem pericardij, qui vel flatu cor moueat, aut hoc ad expellendum excitet. Vidit ille in plurimis animantibus dissectis.

Signa. Signa, quæ vniuersalem ostendunt morbum, tangenti patēt non sic ea, quæ sequuntur peculiarem speciem: minùs illa quę tremorem a palpitatione sciungunt. Igitur in tremore sursum partes, deorsumque feruntur, in palpitatione deorsum tātummodò. Rursus arteriarum tremor sano corde dignoscitur manu thoraci admota, quæ nullum vitij genus sentire solet. Iterum in tremore cordis inæquales redduntur pulsus in omni differentia magnitudinis, celeritatis, & frequentiæ. Species ita separantur. In flatu accessionem præcedit motio in ventro, aut visceribus: accidens ex leui occasione promouetur; palpitant ægri tempora: eadem respirant; oculi in interiores recessus abeunt, ijdem tenebrosi, creber sibilus aurium, pulsus rarus, & paruus, similis respiratio, nulla sitis. Ab humore pericardij lentè tabescunt ægrotantes, absque alia ratione, nec sine lenta febre. In feruore sanguinis ætas florens est, oculorum rubor tumidus, sitis, difficilis respiratio, pulsus magnus, velox, & frequens, refrigerantibus iuuantur infirmi, perturbantur calidis. Obstructio peculiarem habet pulsus inæqualitatem citra insignem mutationem in alijs differentijs: ita difficilimam respirationem, & alia impe-

diti

diti pulmonis, atque viarum spiritalium indicia. Caussas alias ostendunt signa propria, vermes, febres, stomachi, & vteri vitia.

Prognostica.

1 Periculum est ne morbus inopinatò ægrum rapiat, 5. aph. 45. redditur ratio quia tremor, vel deliquium sine manifesta causa imbecillitatem cordis significant: excrementa verò ad partem imbecillam mandari solent: vnde periculum, ne his receptis subitò deficiat.

2 Seu palpitatio, siue tremor ab animi affectibus leuiores sunt: sic a flatibus dummodò venenosi non fuerint, ab apostemate lethalis, praua, si nausea, prauissima, si comes sincope, ita quæ nascitur a propria cordis passione. In vniuersum sumitur periculum a morbo ad quem sequitur palpitatio.

Curatio.

Vniuersaliter in quocumque genere habenda est ratio roborandi cordis. Secundò, si quis antecedens morbus prior auferendus. Tertiò, methodus eadem seruanda in palpitatione reliquarum partium a corde, in hac tamen accuratior propter membri præstantiam.

Adferum rem.

Specialiùs curatio per species varianda. In feruente sanguine a phlebotomia incipiendum, parca tamen ob timorem sincopis, ideòque, si oportuerit, iteranda. Nec tantùm accessionis tempore, sed ante præcauens futuram. Omnis diuersiò laudatur, ventosa laudabilior, si ex directo spatularum cor respiciat. De localibus concedunt aliqui temperata, ne calidis augeatur ebullitiò, frigidis retineatur vaporum effluxus: sed satius videtur vehementiore medicamento pugnare contra vrgentem causam frigidis, scilicet, dūmodò non impe-

impediant commixti flatus, qui crebriùs a lenta non a calenti materia leuari sólent. Igitur recedant ad frigidum sandali, diamargáriton frigidum, sirup. granatorum, cichorij, de succo acetos, de acido citri, aqua buglosæ, rosſ. acetoſ. Exteriùs eadem addito leui calido ad faciliorem penetrationem: præstant guttulæ vini generosi. In victu autem, & externo aere similis curatio adhibenda est.

Ad flatus primò expedit auferre fumantem causam. Gal. cit. de loc. videtur indistinctè phlebotomiam concedere. Haly, 9. theor. propositionem de humido sanguineo intelligit, ob idque in calenti causa, vel humiditate sanguinea phlebotomandum pręcipit. Similiter Auic. tantùm in affectu sanguineo phlebotomat, vel in abundantia sanguinis melancholici: quarè admitti potest Gal. si flatus materia sit mista copioso sanguini, vel hic multus, & crassus qui flatum suggerat. Si verò illius causa recesserit a natura sanguinis purganda priùs; hinc discutienda ventosis per dorsum, ac pectus; vel in eosdem vsus diambra, diamusco, conserua borraginis, gallia muscata, electuario de gemmis, lętificante Galeni, theriaca, methridato, aniso, fæniculo, mosco, ligno aloes, gariophilis, cinnamomo, citri cortice, nuce muscata. Ex liquidis tepida naphę, trifolij, vitę. Saculis herbarum, & florum calidorum. Vnguentis naphæ cum pulueribus de gemmis, cinnamomi, corticis citri, fomentis ex aqua melisæ, naphæ, scorconeræ, addito puluere diambræ, gariophilorum, cinnamomi.

Aqua pericardij. Aqua pericardij in eundem ferè modum calidis, & siccis

ſiccis diſcutienda eſt, nec impedit, ſi quæ febris lenta comitatur.

Tremori ea, quæ de palpitatione diximus, ſatis erũt ſi curioſior facultatis ratio habeatur. *Tremor.*

Vltimò notanda eſt noxa membri conſentientis, ſi quando iungatur: huic enim, vt diximus, priùs occurrendum: hinc ad communicatam cordi læſionem. *Conſens.*

Et hæc ſatis de ſecunda corporis regione, quam mediam appellant.

(?)

SECTIO III. Libri primi.

De tertia corporis regione.

CAPVT I.

De communi istius fabrica, atque vsu.

Nomina. NAturalis dicitur hæc regio propter opera naturæ, quæ in ea conficiũtur generationis, coctionis, & expurgationis, per antonomasiam venter ob aptiorem formã, & frequens officium. Sic ventriculus stomachum significat, nisi per additionem intelligas sinus alios, ventriculos cerebri, cordis, & similes.

Situs. Eadem magis infimam sedem obtinuit, ne fætido fuliginum expiratu superiores inficeret, excrementaq; faciliùs in fundum pereptarent.

Figura. Carnea facta est, vt faciliùs intumescerct ad augmẽtum fętus, vtque vẽtriculus cuique motioni expedit è obe-

obediens inter coquendum contrahi, atque distendi posset, neque in expulsione, vel retentione excrementorum impatiens resisteret.

Supra xiphoide, ac diaphragmate terminatur, infra osse pubis, ilium, atque ischium. A posteriori parte os sacrum, & lumborum vertebrę assident, ab anteriori totum abdomen, quod Gręci epigastrion, mirrhac Arabes vocant. Hoc rursus distinguitur in summam partē, infimam, & mediam. Summa, quæ strictiùs epigastrion dicitur, a xiphoide ad vmbilicum ferè protēditur: hinc media recedens, quam vmbilicalem appellant, spatio digitorum quatuor infra vmbilicum procurrit: inde tertia incipit, quæ hippogastrica dicitur, ferturque vsq; ad ossa pubis, atque vltimos fines inguinum. Iterum quælibet istarum in tres secari solet, duo latera, & medium hac ratione. Prioris medium nomen habet generis epigastrion: latera vocantur hyppocōdria, quasi sub chōdro, idest sub carthilagine constituta. Medium mediæ vmbilicus est, sic ab vmbone dictus: a lateribus lūborum partes adiacent. Postremæ medium nome.. habet totius hyppogastrion: vtrumque latus tenent ilia, quod ileon contineant, vel a laxitate, qua flaccescunt, vnde lagones a Græcis nominantur. Hæc verò inter coxas in imo ventre posita sunt, atque inter respirandum ad oculos attolluntur: at medio partis infimæ reuirescit decursus ille pilorum, quem pubem, & pectinem appellant: a lateribus autem inguina subiacent. Per totū octo musculi confluunt, quatuor obliqui, duo recti, & totidem transuersi. Et hic anterior fit venter. Posterior a costarum termino exortus finitur ad extremum ossis

Regionis toti⁹ descriptio.

Partes cōtinentes.

ſacri duabus partibus diſcretus ſuperiori, & inferiori: illa carnoſior pulpa dicitur: hæc terno limite diſtinguitur, lateribus, ac medio: vtrinque nates prominent, quas clunes etiam vocant: pars media pyga nominatur, eoque anfractu figuram natium, podicem, & rugas ani continet. Et iſtæ ſunt quæ intuenti ventris partes ſe ſe offerunt.

Partes cōtentæ. Peritoneum ſequitur vniuerſam regionē inuoluens, cohęrens vndique geminata tunica, multisque locis perforatus eſophago, venis, arterijs, ano, vtero, hoc vero, licet muſculis ſubiaceat, & numero continentium adijci poteſt. Infra ſunt contentæ, omentum priùs; hinc inteſtina, ventriculus, meſeraicæ; a ſiniſtris lien, a dextris hepar cernitur: huic adhęret veſsica felis: inferiori tractu vtrinque aſsiſtunt renes: hos infrà vterus, veſsica lotij, teſtes, vaſa ſpermatica. Harum omnium quædam generationi ſeruiunt, coctioni aliæ, expurgationi cęterę: in priori genere ſunt teſtes, pudenda, vterus, vaſa ſeminaria: ſecundum duplex eſt, alterum chilo, alterum ſanguini deſtinatur: ex illis coquunt alia vt ventriculus; deſtribuunt inteſtina tenuia: craſſa expurgandis fęcibus commodiora ſunt. Aliarum partium quæ hæmatoſi deſeruiunt portæ, & meſeraicę præparāt: hepar ſanguificat, caua diſtribuit. Quę tertiò expurgationi dicata, ſunt quatuor, lien, renes, & vtraq; veſsica. Et hæc ſatis de communi ratione mediæ regionis. Cum verò iſtius partes multiplici varietate conſtent, & morborum, quos patiuntur innumera ferè congeries, quibus ſolis liber dicari potuit, conſulto omittimus excepto principe hepate, quod tractandum ſuſcipimus ob præcipuas,

cipuas; quas habet, operationes, & affectus, quos magis insignes tolerat: at quę cętera in ventre continẽtur, cum huic ferè seruiant, hoc cognito vniuersi regni series innotescit: morbi quoque ab hoc maiori ex parte pendent, vel ad hoc tandem reducuntur: quarè spretis alijs hunc florem seligamus.

CAPVT II.

De hepate.

Hepar hoc viscus dicunt, quòd hauriat omnem vẽtris chilum: iecur verò quòd ex se iaciat illud totum succi flumen iturum in alimoniam totius, licet alij vertant iecur, quasi iuxta cor: non enim situ tantũ huic proximum est, sed potentia, & dignitate. *Nomina.*

Sine hepate constare perfectæ animantes non poterant, quia non erat sufficiens membranosi corporis calor, qualem habet ventriculus ad coquẽda crassiora alimẽta: hoc igitur carnosum, calidiusq; mẽbrũ incoactã illius coctionẽ perficit. Cur autẽ ventriculus alimentũ in duas tãtũ substãtias separet, hepar in quatuor, causa est duplex: prima hepatis calor intensior magis secernens eterogenea, argumento illorum, qui propter defectum innati caloris in hoc membro simplicem substantiam, eamque aquosam tantũmodo generãt: (aschitim morbum vocãt.) Secundò id referunt ad varietatẽ liquentis materiæ, quę calore hepatis facilè secedit in illas quatuor substantias, non sic verò solidum in vẽtriculo alimentum. Sed quarè non separantur quatuor *Necessitas.*

excre-

excrementa pro numero elementorum? quia absumptum in viuente maiori ex parte aereum est, ideò aerea alimenti portio, seu vtilis, seruatur, ignea, & aquea semel purgãtur, ignea, ne dessipetur natiu⁹ calor, aquea, ne extinguatur; terrea autem bis expurgari decuit ob frequentem morborum occasionem ex obstructionibus ortam.

Principatus. De principatu membri non est idem apud omnes consensus. Peripatetici omnem imperij rationem de medio tollunt, medici non eandem concedunt: aliqui namque ex eo tantùm dominatum tribuunt, quòd materiam toti suggerat, idque satis existimant ad principis officium. Alij non solùm materiæ, sed spiritus, & facultatis auctorem faciunt: quarè duplici titulo principatum largiuntur. Illud tamen in dubitatione certum habetur hoc membrum corpori vniuerso materiam impartiri, qua sine totum tabescere necessum est, non aliter quam plantę alentis succi penuria: spiritum verò, & facultatem si reliquis non mandet, saltem prima est naturæ officina, prima sedes naturalis potentiæ, qua sine reliquæ conseruari non possunt, sanguinem quoque tenuissimum procreat, qui spiritus in morem, & vitali præbet alimoniam, & corpus omne fouet, ac perficit. Sed hæc vltra multis constat membri principatus. Primò, æquali ferè periculo cum corde vulneratur, vt insinuat Gal. 6. aph. 18. fieri enim non potest quin aliquæ venæ rumpantur, & harum effluxu homo repente concidat. Secundò vitę beatioris nomine cor, ac cerebrum longè superat: nam & frequentiorem morbis occasionem præbet, & saluti, vt scilicet succorum omnium

auctor,

auctor, quorum defectus, vel bonitas totum mutat insigniter: vndè ferè omnia cutis vitia hepati sunt referenda, & conspecta salus, vel morbus in eiusdem colore eidem referri debent. Tertiò in mutando temperamento totius ferè ęquales habet vires cum corde art. med. 31. *Magna verò ex parte calidum cor vniuersum corpus calidum reddit; nisi hepar vehementer obstiterit.* Si namque pares fuerint amborum lapsus ad contraria cor vincet, assimilabitque sibi corpus, quamuis hepar repugnet: aliter hoc immutabit totum: nam qualis fuerit illius temperies, talis erit in succis, & simile in nutriendis membris temperamentum. Illud autem non intelligendum de temperie in formatione habita: hanc enim non adquirunt membra a corde, sed cor non secus, quam ista a formatrice eadem suscipit: quarè tunc aliud in corde, aliud in partibus potest recipi temperamentum. Quartò principatum hepatis manifestè arguit numerus partium eidem seruientium: lex enim hæc vna est, quæ regiæ magnificentiam satis monstrat. Quintò elicitur superior dignitas ex tempore generationis, quo non tantùm æquatur cordi, ac cerebro, vt in nostra poesi statuimus, sed longè superat multorum opinione, præsertim Gal. & Hipp. sed hanc, vt alias quæstiones omittimus, vt accedamus ad ea, quæ magis instituto pertinent, quæque magis curanti, & cognoscenti medico videntur necessaria.

Calidum hepar est non tantùm gratia sanguificæ coctionis, sed etiam ratione intendendi caloris in alimento, & iuuandi ventriculum membrum frigidius, in quem vsum & hoc a sinistris coalescit lienis vicinia, retrorsum *Temperamentum.*

trorsum a pinguibus spinæ musculis. Præterea necessaria fuit qualitas maximè actiua ad operationem qua chili albens substantia in rubram mutanda foret, si quidem huius defectu in hydrope aqueus, & incoctus sanguis gignitur. Sed adhuc non constat illud de vsu iuuãdi ventriculi frigidioris: nam circumferunt communiter hepar calidius illum frigidiorem reddere. Sanè a simili qualitate non minui potest calor ventriculi, exemplo sinistri cubitus, a quo iuuatur coctio ob impressum ab hepate similem. Benè tamen datur euentus (quantumuis neget Vales.) acciditque citatior fuga in alimẽto ob validum tractum hepatis calidissimi: vnde rapitur crudior chili pars ante coctionem absolutã; & hinc orbatur ventriculus alenti substantia, ac proinde natiua caliditate, præsertim si rara sit illius textura, & debilis retentrix, quæ commissum minùs seruat, ac perficit. Ampliús igneus ille calor coquentem turbat, ob idq; sæpè vsus inuenit admistam sitim, & euidentem calorem cum diminuta coctione: sæpè per æstus febriles illum debiliorem, & frigidiorem effectum. Aliter de moderato, & naturali calore sentiendum, quo sanè hepar compensabit stomachi defectum præcipuè in decubitu dextri lateris. Sed & illa affectio, quam feruens hepar ventriculo imprimit nõ nisi tractu temporis adquiri potest: nam quantumuis illud caloris viribus alimentum raptet, hic priùs sibi vtile absumit, reficitque vberiori nectare: quarè damnum illud potiùs in totum redundat, quam in coquentem ventriculum, maximè si hic non alitur confecto chilo, sed sanguine ab hepate mandato. In secundis qualitatibus ad humidum vergit

hepar,

hepar, ita fons humiditatis innatæ placido tepore totũ corpus irrigans.

Carnosum iecur est, gulosis, ac timidis animantibus magnum, atque multifidum, 6. de anat. admin. 8. de gulositate verosimilior est propositio: quippè sedes cupidis illud est: non sic de timore, quoniam in corde affectuosa pars animæ residet: nec quamuis proprium ferret metus indicium, grandius ad id præstaret, sed frigidius, vt de corde pronunciauimus. Sic tamen Gal. interpretabitur magnum, multifidumque iecur maiorẽ sanguinis eluuiem sibi nutriendo assumit, atque idcirco in reliquum corpus, & cor non peruadit, nisi paucũs, & serosior ad audaciam impotens. Aut sanè huic magno iecori grandior respondet vesica, quę cunctam massæ bilem purgat exactiùs, ideòque sanguis minimè biliosus ad temeritatem, atque audaciam non erit appositus. Saltem conuincit in ijs animantibus, quę cum mediocri hepate grandiores habent vesicæ ductus: intellige tamen dummodo cor vehementer non obstiterit: nam si hoc calidissimum fuerit, emendabit perfrigeratũ sanguinem, efficietque animal furibundum. Auic. digitorum breuitatem signum addit parui hepatis, quod negat Auerr. informatrici causam referens: at certè hæc virtus, quæ non potuit sufficere prologãdis digitis, nõ poterit magnum hepar extendere. De figura in homine Gal. excusari non potest (licet 4. de vs. part. in hoc pauciores lobos enumeret) non habet enim multifidũ, nec lobis discretum, sed continuum, & minimè intercisum; hoc autem sic a natura constructum duplici ratione. Prima, vt quadrupedum ventriculus magis sphe- Situs Figura costitut.

ricus amplexaretur vndique a circumfuso hepate, & lobis illis, quasi digitis, contineretur: non sic protensior hominum stomachus. Secunda, quoniam homo actu calidiorem habet sanguinem ad quem iuuat vnitas illa hepatis. Adde & illud de audacia supradictum argumẽtum. Vt autem pulmo viscerum omnium rarissimus est, sic hepar grauissimum. Cur verò ventres non habeat, vt cor, nec cauitates alias, quæ potiùs coctioni magis conferre videbantur: imò grandiores venę non adsint, sed satis exiles: difficilem, ęquam tamen rationem obtinuit, quę talis est: membra, quæ vbertim copiosam materiam mandatura erant, cauitate non indigent: at, quæ paulatim transmittunt, desiderant plexus quosdam, queis diutius contenti humores ampliús coquerentur: sic in intestinis pilolon, ante testes venæ, atque arterię multipliciter inuolutę: sub dura menynge plexus arteriarum: in mammis glandulosæ propagines. Est & sequens causa: censetur caro hepatis sanguificationis organum hæc: sine cauitatibus proximiori contactu attingit chylos ad perfectiorem coctionem, quæ non sic exacta in corde quærebatur, cuius vẽtres procreando spiritui vtiliores sunt, & continendo aptissimi: quippe non exhalant facilè: hepar vel spiritum naturalem non habet, vel crassissimum, qui difficilimè effluit. De situ adiacet posterioribus costis in dextro anterioris sinus, quamuis Arist. mutatam sedem inuenerit a dextris lien, a læua iecur prominens, 1. de nat. an. 18.

Partes hepatis. Partes reliquæ, quæ hepati insunt in hunc fermè modum se se adiuuant. Venæ simarum partium alimenta sursum

sursum ducunt ex alijs, quæ ad ventriculum attinent: gibbarum vasa postea transsumunt: caro præcipuum est venarum, & sanguificationis instrumentum: arteriæ moderationem innati calidi in toto conseruant: neruus per tunicam dispersus sensum præbet, qui tenuis in ambientem tunicam inseritur, deseminaturque per totam: viscus autem omninò non peruadit, quia hepar exquisitiori sensu non indigebat, vt intestina, neque mouendum erat ritu musculorum. Adiacet tandem fellis meatus choleram expurgans, nisi paucitas biliosi recrementi aliter cogat, vel noui inuenti ductus in quibusdam animalibus, quæ nullum fel habent: memorat Arist. cit. dicens: *Agri chalcidici euboiæ fel nullum pecori est, in naxo adeò grande, vt nautæ obstupescant æstimātes prodigiū.* Et hæc satis de cōmuni ratione hepatis: quę desiderari poterāt parti in scholis magis seruiūt, partim huc & libris alijs intersecta cōstāt: sūnt verò sequentia.

Qua ratione vna hepatis forma quatuor in humoribus inducat, & quintam vrinæ.

Num gignatur vnus tantùm ex alimento humor.

Vtrum sanguis hepate calidior, & humidior sit.

Cur naturalis facultas in membris integra sit, animalis pendeat ab exteriori auxilio.

An hepar spiritum naturalem gignat.

Vtrum sanguificatio sit tribuenda carni, vel potiùs venis iecoris.

An venę vi propria sanguificent, aut virtute ab hepate mutuata.

An naturalis virtus hepatis, quæ in alimoniā totius sanguinē efficit, distinguatur realiter ab ea, qua ipsum-

met alitur. Sed & præter dicta, magna horum pars alibi examinabitur: igitur accedamus ad variam rationem morbosi hepatis.

CAPVT III.

De morboso hepate in vniuersum.

Ante explicationem morbosi hepatis tria se offerunt examinanda, eaque notatu dignissima. Primum cur dextræ manus phlebotomia ad vitiatum hepar insigniter prosit. Respondent aliqui partes dextras huius esse emunctoria: vnde si quod vitium contrahit, illuc transmittit. Sed videtur stare dubitatio: siquidem eadem ratione in talo dextro phlebotomia conueniret. Alij ad coniunctionem arteriæ causam referũt. Sed hęc quoque in sinistris militat ratio. Tertio ingeniose responderi potest. Sanguis longo illo tractu procurrens refrigeratur in morem calidi liquoris motu frigescentis. At neque hoc conuincit argumentum, nam simile de talo, & sinistris partibus fieri posset: nec in dextris omnino satisfacit, quoniam calida actu motu non refrigerantur, sed calescunt amplius: sanguis verò (licet hunc anima expertem concedamus) si animal non sit, satis erit ab animali produci, conseruarique, vt a motu accẽdatur: vnde si a sanguinis extractione sequitur corporis temperies, non id contingit ob ventilatum sanguinem (vt aiunt) sed propter depositionem feruidę, & calentis substantiæ. Quarta responsio magis videtur consentanea. Inquit Hipp. *Si hepar incaluit dextra manus, pesque*

exulcerantur, ardent, exasperantur: si lien, sinistra. Vnde cum natura in hæc longinquiora loca pellere soleat aceruatum excrementum, pollet quoque aperta vena nocuam affectionem, & calentem humorem, quo reiecto sequitur ipsius temperies. His adde conuenietiam, quam habent cum brachijs partes supra renes: vt cesset positum argumentum de vena tali dextri, ac proinde prior illa dubitationis responsio, quæ sanè maiori ex parte rem attingit; sed & tertia quoque defendi potest.

Secundò dubitatur cur hepar obstructionibus maximè sit obnoxium, si frigiditas mater est harum affectionum; hoc autem calidum, quod potius emendat cruditates, & coctionis defectum, si ventriculo cōtingat. Dicunt tamen id fieri ob vasforum angustiam, & perennem alimenti transitum: vnde crebrius in obstructiones incidunt, qui venas huius angustiores habent, illas maximè quæ a simis partibus ad gibbas cibum transsumunt. Iecur autem paruum, & angustos ipsius meatus sic colligit Gal. art. med. 73. *Si plusquam cibi assumpsissent, qui præcipuè flatuosus esset crassus, & tenax nonnulli veluti pondus quoddam insidens, atque suspensum in profundo dextri hippocondrij sentiebant: nonnulli quandam cum dolore tensionem: his etenim signis tales dignosci queunt.* Hæc Gal. adde fæcis mollitudinem propter aceruata excrementa, quæ hepar haurire non valuit. Si contra venter collatione corporis magnū fuerit, magni iecoris signum elicitur, preter digitorum longitudinem, quam ex Auic. proposuimus, ex abundantia scilicet, quæ eo vsque potest sufficere.

Tertiò interrogari potest: si frequens est in hepate

obstru-

obstructionum occasio quare ipso languente medicamentum adstringens miscere conuenit. Apposite respondent, ne languescat amplius præcipuum coctionis organum: quæ lex eadem ritè seruatur in stomacho, cuius virtutem laxantibus nimium solui, atque labefactari periculosum est.

Itaque iecur morbidum multis constat. Primò si humores a mediocritate recedunt. Secundò si vitiantur. Tertiò, si alimentum non æquè distribuitur. Quartò, cum vitiatur totius color. Quintò, cum sequitur defectus, vel inordinatio purgandi recrementi. Sextò, si infestat dolor, aut grauitas dextri hippocondrij. Hæc inquam insinuāt hepar malè affectum. Sed relictis communibus aliarum partium morbis, huius proprij dupliciter accidunt. Primò cum frustratur sanguificatio: secundò si vitiatur. Cum etenim ad tantam venerit intemperiem, vt pro sanguine aquam, vel flatuosum spiritum generet, hydrops erit proprius morbus hepatis. At quando facultas ita languida fuerit, vt incoctum, quem gignit, sanguinem continere non possit, sed coacta refundat ad intestina, alter erit proprijssimus illius affectus, quem iecorarium vocant, vel hepatis debilitatem: qui patiuntur hepaticos & iecorarios cæliacis similes: vt nanque illi in chilificando labuntur, sic illi in sanguificando. Deprauatus quoque habitus corporis propriè refertur hepati (cachexiam Græci dicunt) sæpè tamen antecedit hydropem, sæpissimè comitatur, & sequitur. Commune verò simptoma prædictis affectionibus habetur sanguinis inopia, & hepatis defectus, ac langor.

Sic

Sic autem huiusmodi affectus sunt distinguendi: Si iecur citra aliquod insigne intemperamentũ fuerit imbecille, vel erit hepatica, vel deprauatus color, seu habitus: hic si sanguis ad membra confluat, quibus non apponatur, illa cum ad sedem vertitur ob retentricis imbecillitatem, aut irritatam a pondere pultricem. At si maior vsque fuerit illius impotentia cum insigni, fixaque intemperie hydrops aderit: hyppofarca cum modica datur imbecillitas, ac frigus: aschitis quando maior in vtroque & lapsus, & fixio: at tympania si qualitas ignea natiui caloris inopiam comitetur. Et istę sunt noxæ, quas sanguificatio per se contrahit. Ex accidenti vitiatur sanguis, idque multipliciter. Primò, per folliculi obstructiones bile in totum refusa. Secundò, ob imperfectam ventriculi coctionem, quam iecur ex toto emendare non valuit. Tertiò, propter aliquod insigne venarum vitium, quod perdat laudabilem succum ab hepate confectum. Quartò, a defectu trahentis potentię seu renum, siue lienis: ab hoc, atra elluuie sanguis inficitur, ab illis, seroso liquorę: Adde vteri, viscerumque aliorum consensus, aut si quæ sunt, quæ sanguinem vitiant recrementa, inuicemque commiscentur.

His præmissis, de ijs affectibus, in quibus per se sanguificatio labitur, agendum est in hac sectione, & primùm de hydrope omnium difficilimo.

CAPVT

CAPVT IIII.

De hydrope.

Nomina. A Potiori significato hydrops dicitur hæc affectio; ab aschite videlicet:hydrops enim Grecè, seu hydor, aquam significat, vnde ad Ausonios hæc quoque transijt loquendi consuetudo, qui intercutim morbum nominant: communiter verò tùm Grecus hydrops, tũ Latina intercus pro omni specie accipi consueuerunt, quam & alij hydropisim vocant, quasi aquæ passionẽ.

Differentiæ. Vt supra insinuauimus, qui tres hydropis constituũt differẽtias, siue species ij proximiores sunt veritati, Sic Gal.4,acut.11,Paul.lib.3.cap.46.Hipp.4.de morb. vltimo, Auic. Aet. &c. quarè non admittenda Aretæi distinctio anasarcam a leucophegmatia separantis. Primã ergo speciem ascitim Græci dicunt (asclis vter est) Barbari asclitem per adiectionem litteræ, Latinorum quidam aquam intercutem, quidam vtreum hydropem, & vtricularem morbum a figura abdominis tumidi, vtremque referentis. Alij non valdè dissimili ratione vocant passionem aquaticam, vel quod hæc aquea sit, vel ægri flagrent perpetuò aquæ desiderio. Secunda species tympania, vel tympanitis appellatur a tumido pariter ventre non aquæ inundantis, sed flatus superflui, quo tensum abdomen, contractumque sonũ edit more tympani resonantis. Tertia Græcis sarcitis dicitur a carne quam prehendit (vnde hypposarca, & subcarnea) vel leucophegmatia a candido colore, quo corpus inficit.

San-

Sanguificationis defectus vniuersalis est huius morbi occasio: cum verò hepar sit primarium sanguinis efficiendi instrumentum, in hoc vitium, non in aliud mẽbrum est referendum. Non oportet tamen idem laborare primario affectu, quia aliunde potest prouenire, licet tandem in ipsum refundatur. Rem declarat Hipp. 2. progn. 1 2. & 3. dicẽs; *Incipiunt autem plurima ex partibus inanibus, ac lumbis, quædam autem a iecore.* Et Gal. 5. de loc. 7. sic: *Accidit autem cum aliam partem frigida admodũ intemperies afficit, vt hepar quoque refrigeretur: igitur si vel lienis causa, vel ventriculi, vel intestinorum vniuersorum maximè ieiuni mesentericæ venæ omnes habituali intemperie afficiantur, facilè etiam vna refrigerare possunt omnes simarum partium iecoris venas, quò fit vt ad hepatis quoque corpus intemperies ipsa perueniat. Si verò vel pulmonum, vel septi, vel renum occasione id accidat, imprimis venæ, quæ in partibus istius gibbis consistunt per consensum afficiuntur, deinde tractu temporis totum quoque hepar eadem dispositione infestetur.* Hæc Gal. quibus explicat omnem consensus rationem in hydrope, fateturque omne tandem vitium in hac affectione ad iecur venturũ: vnde clariùs 6. de loc. 1. hallucinatos putat, qui ex indurato liene aquam intercutim fieri credunt nullam affectionem patiente iecore. Causæ.

Verùm ex 3. de simpt. caus. 2. & Paulo lib. 3. accidit hydrops per subitam coliquationem omni ea humiditate in ventrem defluente. Secundò non rarò in hepate turgescunt vesicæ aqua plene, quibus confestim ruptis impletur abdomen. Tertiò, Zoar, & Ras. admittunt frequentem huius morbi occasionem ex renibus, qui

sufficienter nō purgant serosum venatum sanguinem. Adde vteri inexpurgatam eluuiem nō minus crebram illius causam. Accedit vltima membrorum refrigeratio, & caloris defectus, propter quę citra hepatis vitiū anasarca fieri potest. Non tamen conuincunt. Non primum, neque secundum, quoniam illæ dispositiones nō ad hydropem, sed ad varios abcessus reduci debent. De tertio frequentia non est admittenda, sed raritas euentus: nam licet renes sufficienter non trahant, vel natura materiam per sudorem purgabit, vel præterea cum febre soluet: sin diutiùs perseueret in renes erumpet ab illa expellente, aut tandem malum hepati impartietur: & hęc de sequenti matricis vitio pronūtiari possunt. Defectus verò calidi in membris ad vltimam nutritionem non reddit hydropem, neque affluentem pituitam, sed resolutionem, vel ipsius interitum. Constat itaque in hydrope necessario iecur affici, siue primario, seu aliunde transmissa ægritudine, ita vt semper frustretur vis illius sanguifica. Nūm verò & illa semper a frigore labatur, inquirendum nunc est.

Gal. cit. videtur affirmare, & videntur suadere supradicta. Auerr. quamuis admittat frequētem huius morbi ortum a frigore, non negat aliquando a calore profectum, redditque rationem. Calor hepatis humores generat, non quatenus calor est, sed vt naturalis est: vndè cum temperatura istius amitti possit, vel caloris excessu, vel immodico frigore, fit vt in modico lapsu prauos humores gignat plurimā bilē, aut pituitā in magno autē vertat humidū in flat', non aliter quam ignis aquā. Hæc Auerr. Gal. quoque 6. de loc. a. hydropem a calore

oriun-

oriundum videtur concedere: inquit enim: *Haud secus hallucinari consueuerunt in ea aquæ intercutem specie, quæ ad acutos morbos sequitur quibus iecur calida, & sæpenumero sicca intemperie tam grauiter afficitur vt cibum in sanguinem transmutare nequeat.* Tribus tamen propositionibus soluenda est quæstio. Prima. Ad omnem hydropẽ sequitur innati caloris iactura, argumẽto, quia sanguificationis defectus calidi inopiæ semper est tribuẽdus, quo sensu intelligendi Tral. Gal. & Act. si quando frigus perpetuam causam hydropis affirmarint. Secunda, tympanitis hydrops perpetuò calorem habet adiunctum, cũque igneum, & minime naturalem, non tamen intensissimum. Prior pars propositionis constat; nam a frigore flatus leuari non possunt. Secunda similiter. Igneus enim calor est, qui leuat illos, & turbat sanguificationis euentum. Tertia periculosior est: at certè experimento comprobatur per initia ardentium febrium in quibus durante adhuc feruore hydropes non solent fieri, sed postea tepore adquisito, cum iam spiritu contrito, solutoque naturali calore hepatis remanens igneus materiam in flatum vertit. Confirmat Gal 4. aph. 11. vbi sic: *Videtur autẽ a maiori frigiditate generari aquosus hydrops, a minore tympanias: neque enim humida substantia in flatum sine calore mutari potest.* Itaque in tympania pars aquæ in vapores transit a remisso calore, qui leuat illos, nec valet soluere: at intensior facilè discutit. Tertia. Aschitis & hyppofarca semper habent adiunctum frigus absque concursu caloris ignei: at hunc interdum præcessisse contingit. Prima pars ex supradictis satis constat.

Secundam insinuant Gal. verba, 6. de loc. cit. §. *in ea quoque specie*, & Paulus dicens: *Dum iecur phlegmone perfrixerit*. Quasi nō ebulliente iam ipsius materia, sed quodammodo frigescente, & trāseunte in pituitosam, & algentem materiam.

Signa quæ præsentem ostendunt manifesta sunt, quæ *Signa.* futurum, partim ex prognosticis dignosci possunt, partim ex varietate antecedentis causę. Restat ergo per signa distinguere varias hydropum differentias.

Anasarcis frequens est pedum tumor, maior in toto moles. In aschite sæpius contabescunt extrema prolapso omni in ventrem humore: sæpissime in tympanite, & ratione supradicta, & quia calor acrior vltra modum exurit, atque resoluit. Crassior autem succus anasarcæ cum illuc permeare non possit, per totum funditur, & extollit in molem. Rursum percussus tympanitis venter alium reddit tympani sonum diuersum ab vtrino aschitis. Vlterius in hac conuerso latere fluctus cernitur in illa minime: tympanitici abdomen leuius est cū prominentiore vmbilico, & tensa cute; aschitici grauius, protensius, ac magis lentum. Addo signa, febrim, grandiorem pulsum, rubram vrinam: in aschite magis grauatam arteriam, minorem pulsum, aquasiorem vrinam, & reliqua abundantis humidi, & defecti caloris indicia. At hoc inter primas species sit discrimen.

Laboriosius est per minores hydropem discernere. De signis quæ iecur affectum demonstrant sic, Hipp. 2. progn. 3. *Quibus a iecore hydropes fiunt tussiendi cupiditas ipsis inest, & nihil excreant efatu dignum, & pedes intumescunt, & venter non deijcit nisi dura, & ægre, & circa ventrem*

tremfiunt ædemata. Quę sic expediēda sunt. Non tussis,
sed inclinatio ad tussiendum inest propter grauatem
molē inflāmati iecoris, vel propter aquosiores succos
abeuntes in pulmonis bronchia, qui pro tenuitate diffi-
culter educuntur. Intumescunt pedes humidiori excre-
mento ad eosdem pulso. similiter palpebræ: illæ magis
noctu, illi interdiu: quia directo, ambulanteque ægro
deorsum feruntur nimis aquosa, quæ debili extremo-
rum calore cum solui nequeant, in tumores desinunt:
hoc tamen per coctionem adaucto discuti solent: per
somnos autem sursum conscendunt, redduntque palpe-
bras tumidiores. Vel sic, in somno coctiones increscũt,
in his multiplicantur halitus, qui ingenita leuitate sur-
sum feruntur, & palpebras opplent: hi rursus cum solui
nequeant a debili calore extremorum, soluuntur ab eo-
dem per vigiliam conuerso: accedit creber motus vigi-
lantis, conniuentisque palpebræ: at tranquillus in somno
nō humor ad pedes nō descendit, in vigilante commo-
tus ab operante pultrice deorsum labitur. Non deijcit
venter quia excrementa aliò feruntur, nisi exsiccans ca-
lor interdum causa fit. Aedemata fiunt a putrescente per
cutim pituita. Et hæc sunt affecti hepatis indicia.

Qui ab inanibus hydrops procedit tumorem pe-
dum habet adiunctum propter deficientem in chilo co-
ctionem: alui fluxum ab acri inflammationis calore, &
simili excremento mordente, excitanteque ad expellē-
dum intestina. Secundò causa est impedita alimenti de-
latio propter obstructiones earum partium: iuuat autē
debilis venarum trahentium virtus.

Qui

Qui ex pulmone prouenit tusses affert, easque molliores, sed respirationem nimis difficilem.

Si contingat a prolixa euacuatione ex anteactis colligitur. Si renum, aut lienis vitio proprijs morbis deprehenditur. A suppressione menstruorum, præter affecti vteri signa, totũ simul cũ ventre intumescit. Distinguitur autem ab imprægnatione, vel mola. Nã supino hydropicæ corpore totus venter extenditur, pręgnãtis ad vmbilicum tumor confluit: mola instar lapidis moueri solet, & duriorem speciem tangenti præbet.

De loco contenti flatus in tympadia, vel aquę in ascite inter omnes constat omenti, ac perytonei mediũ, vel spatium inter hoc, & intestina protensum vsque ad inguina: ex eo quòd omentum solam ambiat inferiorem partem ventriculi. Via tamen per quam descendit humiditas, non ita patet. Aliqui per ramos portæ in omentum, quasi in patentiores venas, defluere existimant. Alij per occultos, & cæcos vasorum meatus. Cõcil. quinque modos inuenit, quibus aqua in ventrem labitur, vnum flatus.

Progno-stica.

Qui ex acutis oriuntur mali hydropes, mali in adiecta febri. Celsus lib. 3. cap. 2. non enim a febre liberãt, & valde dolorosi sunt, 2. progn. Malum in quoque nimia partium extenuatio, tormina ad tenuie intestinum propter maliciam putrentis materiæ. Stillicidia vrinæ vtrũ tũm alio transmissum humorem. Rursus malum, si tussis superueniat, minus grauis, quæ cum febre inuadit. Itẽ a schirro iecoris, vel a pulmonis affectione hydrops deterrimus, benignior, qui ex sanguinis, aut alui fluxu

pro-

prouenit; ita similis vacuatio, vel menstrua si deficiãt. Mediò incedũt splenis, vteri, & intestinorũ affectiones.

2 Alui fluxus in principio sine cruditate bonus in aschite: in anasarca salubrior: in omnibus bonum leuamẽ ab vsu remediorum. sitis modica, abundans lotium, libera respiratio, mobilis aluus, facilis motio, æqua partium nutritio quæ modicè crassescant.

3 In anasarcam frequentius pueri incidunt. Iuuenes in vndationi illi sunt obnoxij; senes omni hydropi ob defectum, & naturam frigidiorem. Sæpè verò glauci, & calui fiunt. 2. popul. 5. tex. 2. & hæc vniuersim de hydropis euentu dicta sint: quid autẽ de qualibet specie pronuntiandum, non satis constat.

Aretæus anasarcam deteriorẽ statuit. Aæt. pro tympania certat. Sequuntur plurimi. Ras. 1. diuis. Auic. 14. 3. trac. 4. *cap.* 4. aschitis morbum maiorem existimant. Assentit Gal. acut. 111. Concil. & Auerr. hæc illi. Valesius quæstionem soluere contendens refert dubitationis varietatem ad curationis ineptitudinem maiorem in tympanite, licet aschitis superet in magnitudine causæ. Non placet tamen solutionis modus: imò nec verũ continet, quoniam aqua ventris facilè educi non potest, flatus solui, & discuti faciliùs; & quamuis hic vacuationi non cedat, eius materia non incommode purgatur. Difficilior etiam videtur tympanitis causa, maior scilicet natiui caloris imbecillitas. Sed rationibus quæstio agitanda est.

Pro anasarca sic aliqui contendunt. Plures in hac viciantur actiones sanguifica, & nutrix. In alijs vna tantũ. Respondes atrophia laborãt etiã aschitici mẽbra: at in illa

illa quamuis alimentum nō assimiletur, apponitur. Accedit quod vnius virtutis iactura maior, minori in multis deterior censetur. Secundò nutrix, quæ in anasarca vitiatur nobilior est, si quidem propter hunc agit sanguifica. At simili responso huic satisfaciendum est. Tertiò difficiliùs curatur, longinquior materia a vijs ductuum. Non conuincit, quia aschitis humor extra vasa fertur, tympaniæ flatus inobedientior est. Quartò; anasarca vniuersalior morbus est, ergo prauior, seu febris, quę totum occupat. Dic, satius est minutim desiminari per totum materiam, quàm colligi in vnam sedem, eamque nobiliorem. Quintò, efficatiùs ex 4. acut. cit. Anasarca omnium pessima est, & ab ea non fit euasio. Sed & hoc, præter Gal. determinationem admittit solutionem: debet enim intelligi de anasarca, quæ aschitim sequitur vitio iam toti communicato, vel de eadē aschitis sub nomine hypposarcidij. Quæ verò nascitur ab intemperamento iecoris multam pituitam generantis sanè omnium leuissima est. Pro aschite in hunc modum argumentandum est. Primò, ex 4. acut cit. aquęus hydrops frigidior est aereo: at quò maior frigiditas, maius damnum sanguificationis, ac proinde maior affectio. Dic, potest intelligi Gal. de defectu ignei caloris in aschite. nam par, aut fortè maior natiui lapsus tympaniā comitatur. Secūdò, aschitis materia extra vasa cōtinetur, ac ideò difficilimè educitur. Dicendum. Si non materia, flatus ipsi extra vasa sunt: aschitij verò humoris promptissima est vacuatio per sectionem vmbilici in illis minimè conferētem. Tertiò a potiore; & magis periculoso videtur nomen impositum. Respondēdum.

A fre-

A frequentiori significato videtur inditũ. Quartò, aliarum materia faciliùs appositis cedit, facilè flatus soluitur, & anasarcæ materia in membro ignobiliori validioribus tentari potest. In sequentibus patet solutio. Quintò in aschite vrget repletio, & suffocatio spiritus propter multam, replẽtemque materiam, sitis maior ob putrentem salsuginem, capitis fluxus ab ichore ascendente, crebræ sincopes ex malitia sublati vaporis. Ex sequentibus pariter diluuntur.

Pro tympanite faciunt hæc. Primùm, curatio difficilior est ob contrarium intemperamentum frigoris, & caloris. Respondetur. Maior in aschite recessus vnius intemperamenti difficilior est. Secundum, nullum purgans educit flatus. Ex supradictis soluitur. Tertium, excessus caloris preternaturam in tympania frequens labefactat corpus, & impedit applicationẽ calidi medicaminis, quo natiuus calor iuuari solet, & refici defecta coctio. Dicimus certè sanè exuperans calor non tamen impedit exhibitionem moderati, quod seruet hepatis temperiem non intendens calorem igneum: externa verò iuuant innatum debilem ad discutiendos flatus. Quartum sicca tympanitis intemperies magis improportionalis est humido hepati. Satisfaciendum: Aschitis frigus magis improportionale est calido iecori: improportionabilitas verò in primis qualitatibus deterior. Quintum sicut aschitis aqua humoribus similatur, sic tympanitæ flatus spiritui: at periculosior spirituum iactura. Soluitur, in multis spirituum morbus habetur minor exemplo diariæ comparatione putridæ. Sextum, binæ actiones læduntur in tympanite: altera diminuti calo-

ris innati non valentis coquere: saltem depranati qui corrumpit, & vertit in flatum. Dic, maior in vna actione læsio censetur deterior. Septimum, in tympania maior est defectus caloris innati, ergo morbus maior curatu constat, nam flatus magis recedit a natura sanguinis, quam aqua, vel pituita ac proinde magis labitur sanguificatio rem non conficit nam licet flatus plus recedat a natura sanguinis, non inde sequitur maior sanguificationis lapsus in tympania: quippe illius generatio accidentaria est ratione caloris ignei admoti, mutantisque in flatum incoctam hepatis materiam: at in aschite minus valet hepar ad coquendum.

Probabilitatem quidem argumenta habent, responsaque similiter, sed propositionibus dirimenda est quæstio. Prima, non omnis periculi, & difficultatis ratio sumenda est ab specie hydropis, sed ex alijs etiam petenda: nam aschitis ab illijs prouenies salubrior est tympaniti, vel anasarca, quæ ab hepatis inflammatione prouenit. Secunda quæ indicatio sumitur a læsa partis actione, seu proprij sanguificationis instrumenti ea potior est: magis verò imbecille habetur aschitici iecur. Tertia in reliquis ambigua pugna est. Simptomatum sæuitie aschitis superat: anasarca in extensione partium laborantium: tympanitis iniuria caloris contrarij. In curatione facilior est anasarca: contrarietate obsistit tympania: aschitis inobedientia materiæ, difficultateque educendæ illius, quæ in ventrem profluxit. Quarta, absolutè aschitis censetur prauior, 14. 3. tract. 3. cap. 4. 4. aphor. 1. & varijs in locis Gal. atque Hipp.

Celsus,

Celsus, lib. 3. cap. 21. censet, nec immeritò morbum hunc faciliùs curari in seruis quàm liberis: cum etenim perpetuam famem, sitimque desideret, & longam patientiam tædij, atque animi fastidientis, hęc illi coguntur meliùs sustinere, isti minimè, ceu Ioannes Princeps Quartus futurus Lusitanorum Rex, qui laboris impatiens pluuio cælo sodarialum admouebat, iamque factum, ac humens premebat digitis, hauribatque humorem defluentem. Refert Cels. alium, qui cum acriter co stodiretur, ne ad aquam accederet, illius vice proprium bibit lotium in vltimam perniciem. *Curatiò vniuersalis.*

Hoc posito vndecim propositionibus continetur vniuersalis curatio. Prima, in quouis hydrope, si iungatur caliditas, medicamenta versus calorem sunt moderanda. Secunda, si affectus oriatur ex aliqua suppressa vacuatione, post vniuersalem totius eò vertenda curatio. Tertia, potus parcimonia cuique hydropi valde vtilis est, ita vt aliqui sola ea sanitatem fuerint assequuti. Vidi ego mulierem pertinaci animo per 30. dies abstinuisse, & tandem saluti restitutam. Quarta, victus crassior omni quoque incommodus propter difficultatem coctionis. Quinta, curatio per epicrasim, & in omnibus aptior quia victus langui[illegible] est, causa autem fixa, ac permanens. Sexta, purgatio incipiente affectione admittitur antequam intemperies reddatur fixior. Septima, licet curetur species, attendendum est diuersitati causarum: quippe ascitis eadem a schirro hepatis aliam curationem postulat ab ea, quæ lienis inflammationem, aut labores ilium comitatur, &c. Octaua, accidentium sua pariter habenda est ratio, sitis præcipuè, quæ

difficiliùs, quàm fames tolerari potest, 28. probl. 5. vel quia calor quo viuimus humidum magis, quàm sicci desiderat: vel quoniam, vt suauior potus est bibenti, sic tristior sitienti. Euenit autem ab acribus, & salsis halitibus aquæ per moram putrescentis, & ab excessu calidi, siccique intemperamẽti, quod sępè in hepate viget excalfacitque, & sitibundum reddit ventrẽ. Addit aphro. siccitatem derelictam propter humores in ventrem collapsos. Contabescunt membra ob defectum commodi nutrimenti. Vitiatus color accidit alimenti vitio. Difficilis respiratio a grauâte pôdere cõpressi diaphragmatis. Ita sicca tussis, humens verò ob aquosum humorẽ ad pulmonem, & arteriam translatum. Nona sanguinis missio aduersatur affectui, in quo sanguis, & calor desideratur, conceditur tamen in dicendis casibus. Decima. In omni hydrope conuenit diligens cura coquetis ventriculi: semel enim benè confectum alimentum difficulter deprauari solet. Sed maior habenda fouendi hepatis præcipui sanguificationis instrumenti. Vndecima sunt quædam quæ a proprietate conferunt: carnes ericij, cauda equina, sanguis coturnicis, vrina caprarum, radix ireos, cucumer asininus, & similia omni speciei commodã, & hæc vniuersim dicta de curatione hydropis; peculiariùs sequentia conferunt.

Curatio aschit is. Tribus completur aschitis curatio. Primò educitur abundans aqua in iecore, & venis. Secundò corrigitur frigida intemperies, & roboratur hepar. Tertiò collectus in ventrem humor purgatur, atque discutitur.

Ad primum iuuant sequentia, potus, & cib⁹ siccior, potus parcior, quàm in alijs speciebus: in cibo præfe-

guntur

rantur aues, magis montanę: inter aquas laudatur incocta cinnamomo, vel hac dilutum vinum. Ex quadrupedibus præstant quoque montana, assa potius, quàm elixa. Aer similis: maritimus præstantior, ob exsiccantē salsedinem, adiunctumque nauigationis exercitium. Panis aniso, vel cinnamomo confectus aptior. Ad purgationem pilulæ rhebarbari, de hiera, de agarico cum succo absinthij, vel oximelite confectæ, vel cum succo ireos si diuturnior sit affectio. In adiuncto schirro, vel obstructione confert addita limatura chalibis, vel puluis foliorum laureolę in aceto maceratę. Vel efficatius ℥. ij. decocti radicum sambuci, aut ebuli. Purgant quoque aquosum humorem succus brassicæ marinæ in sero lactis: licet hic ventri infestissimus: succus radicum ireos depuratus a residentia, & mistus hidromeliti, vel sero lactis addito puluere rhebarbari, & trium sandalorum. Ita sequens conserua. Radicis ireos excorticatæ lib. j. melis ℥ xviiij. fiat more citoncorum adiecto puluere anisi, fæniculi, ligni aloes. Vel hec. Corticis radicu cucumeris agrestis puluerisati ℈. j. mulsæ ℥ j misce. Itē bolus ex succo absinthij, & mele rosato. Stilatitia ex floribus ireos cum puluere cinnamomi. Trosisci de eupatorio cum sero lactis asinini, & puluere cinnamomi, & alia, quæ ex prædictis possunt confici. Per clisteres educunt aquas mercurialis, beta, parietaria, brassica marina, radix ebuli, folia cene, semen anisi, apij, rute, petrosilini, carthamus, & huius lac cum benedicta, hierapicra, oleum liliorum, rutę, succus ebuli, siclæ, mercurialis, Per vrinam purgant squinantum, cinnamomum, assarus, mastix, absinthium, anisum, fæniculus, spica,

aristo-

aristolo quia longa, petrosilinum, rhebarbarum decocta, vel ad ellectuarium reducta cum aqua graminis, melle, croco, garrophilis, & calamo aromatico. Similiter iuuant serum lactis asinini ex infusione petrosilini, cardamomi, calami aromatici. Crocus in decocto cicerum, semē hyperici cum vino, aut decocto graminis. Efficacior puluis lumbricorum vino exceptus, erinacea caro sole torrida, therebentina cum puluere rhebarbari, & diarrhodonis pilularum more confecta.

Pro secundo. Roborant sirupus de eupatorio cū infusione rhebarbari, vel reduct⁹ ad ellectuarium cū puluere rheba: bari, diarrhodonis, & triū sandalorū. Sirupus cichorij, & bisantinus cum puluere, aut decoctione mirabolanorū citrinorū. Prosunt quoq; in hunc vsum trocisci de absinthio, de rhebarbaro, tabellę ex lupi iecore, sacharo, & rhebarbaro. Item sequens conserua. Florum cichorij, capill. ven. rad. apij an. ℥. j. pulueri diarrh. & triū sand. an. ʒ. j. cineris lumbricorum, & intestinorum lupi, an. ʒ. ij. cum sirup. de cichor. fiat. Vel sic. sirup. eupatorij ℥. viij. pulueris intestinorum lupi, anisi, de spica quod satis sit, fiat. Dialaca vero, & diacurcuma præstant, si iungatur obstructio.

Pro tertio iuuat intus diacurcuma, dialaca in sirupo bisantino. conserua zinziberis, anthos, citri, diaanison, diagalanga, & diaciminum vino excepta. Trocisci de eupatorio, de rhebarbaro, de absinthio in oximelite. Ex iisdem pilulæ, theriaca, mithridatum, diarrhodon, aromaticum rosatum, dilatitia thuris, masticis, mirrhæ an. ʒ. v. laudani, nucis muscatæ, gariophilorum, galangę, zedoariæ an. ʒ. ß. foliorum laureolæ p. j. succi ebuli, & cucu-

& cucumeris asinini an. ℥. iij. puluerisanda pulueriſentur, & insufflantur. Externis conferunt vnguentum martiatum, agrippa, dialthea: oleum laurinum, nardinum, absinthij, de squilla, rutaceum: quæ efficatiora redduntur si ferueant cum euforbio: sequens tamen laudabilius. Succi ireos, ebuli, rad. sambuci, an. ℥. j. cardamomi, calami aromatici, hisopi an. ℥. ij. cum modica cera, fiat vnguentum. Prosunt & sacculi furfuris ℥ iij. panici, salis, sulphuris, arenæ, sabuli, anisi dauci, garyophilorum, hippericonis, cardamomi, calami aromatici, cineribus calidis. Sic euaporatio anthes sambuci, anisi, fęniculi, hippericonis. Emplastra: farina lupinorum, fenugræci, lolij cum absinthio, hisopo, origano, aceto, stercus boum cum sulphure: vel sequens pulsi thimeleæ, cucumeris asi. ℥ iij. brassicę marinæ an ℥ ij. succi assari ℥. j. spicænardi, squinanti an. ʒ. ij. cum farina orobi, & lupinorum, fiat. Vesicatoria. Felis taurini, & nitri an. par. vnam, pulueris piperis dimidiam cum melle fiat. Vel cantarides fermento contusę.

Si tamen dicta non insigniter profecerint ad chirurgiam oportet confugere, idque certis virium indicijs, & alijs conditionibus, quę passim reperies, atque vno proposito euentus periculo.

Curatio tympaniæ.

Tribus similiter conficitur tympanię curatio. Primò purgatione flatuosæ materię. Secundò, tepore, & robore partiū laborātiū. Tertiò, solutione molesti flat⁹. Pro primo, vt vict⁹ crassior omni speciei incōmodus, maximè tympaniti obflatus copiā: potus verò quamuis parcus amplior alijs concedi potest ob igneum calorem absu-

absumentem, immoderatamque siccitatem. Purgationi leuia conferunt, quæ simul flatus conterant, & simul languens hepar. Præstant trochisci rhebarbari, agarici, vnà diarrhodone, vel aromatico rosato. Pro secundo roborant, & discutiunt flatus conserua zinziberis, corticis citri, anthos, eringiorum, aromatici rosati. Item diagalanga, dianison, diacimminon cum sirupo de corticibus citri: vel ex iisdem tabellæ. Pro tertio sequens vnguentũ. Olei rutacei, anethini añ. ℥ ij. succi rutæ, absinthij añ ℥ ß. coquantur ad consumptionem succorum, postea adde pulueris diagalangæ, seminis apij, comini, ligni aloes, gariophillorum cum cera fiat. Iuuant vsui emplastrum ex baccis lauri, sale, ac sulphure, fimum columbinum: sacculi ex milio, & sale. Decoctio fœniculi, anisi, fœnugreci in vino: clisteres carminatiui ex vino decoctionis rutæ, anethi, maioranæ, camomillæ, anthos, stœchados, seminis anisi, petroselini, angelicæ; tandem ventosæ per totum ventrem.

Curatio anasarcæ

Ad anasarcæ curationem faciunt quatuor. Primum affluentem humorem coquit, & præparat. Secundum eundem purgat. Tertium contentos in membris succos soluit, ac digerit. Quartum hepatis intemperiem emendat, & perficit, simulatque languentem roborat. Pro primo cibus, potus, aer ad calorem, & siccitatem declinent: adhibes verò aromata ob desideratum robur principis potentiæ, & coquendis vesiculi. Præscribuntur sirupus de absinthio, de prassio, bizantinus, oxymel simplex, & squilliticum cum aquis, & decoctis, quæ aperiendi, & tenuandi vim habeant pro humoris crassitudine, & facta obstructione, origani, hysopi, calaminthæ, spicæ,

spicæ, assari, cinnamomi, anisi, comini, carpesiæ. Pro secundo purgationi seruiunt rhebarbarum, agaricum, hiera gal. & alia, quæ ad aschiticos dicta sunt. Pro tertio confert vinum decoctionis sapsiæ, dauci, seselis, asparagi, trifolij, eringij, seminis viticis. Balnea sulphurea, aluminosa, aquæ marinæ. Olea calida cum aqua vitæ, sale, sulphure vel emplastrum ex ijsdem cum puluere stercoris bouini. Prosunt quoque solis æstus, & sepulchrum feruentis arenæ. Sacculi calentis milij, tritici, furfuris, salis, pumicis.

Si tamen his non cedat affectio admitti potest consilium Celsi lib. 3. cap. 21. & Aet. lib. 10. cap. 30. vti scilicet profundioribus scisuris supra talum interuallo digitorum quatuor: ad quem vsum pariter conferunt vstiones totius, & fontanellæ crurium, atque brachiorum: nam id quod de setone supra iecur ferunt aliqui minimè momentaneum iudico, nec humores nocui internorum vasorum illuc poterunt remeare: nocumentum præterea euidens sequetur soluti caloris innati, & perturbationis coquentis hepatis.

Pro quarto varias tabellas, & trosiscos diximus in aschite, peculiariús verò iuuant dialaca, diacurcuma, trosisci de cupatorio, de rosis, de rhebarbaro, de absinthio. Peculiariùs quoque iuuant in quauis compositione cinnamomum, anisum, diarrhodon, aromaticum rosatum. Et hæc de singulis hydropum differentijs. Quæ comitantur accidentia sic corriges.

Malus corporis habitus ijsdem ferè remedijs curandus est, debilioribus tamen, & applicitis secundum causæ conditionem. Adde tam leuis interdum in conualesc- *Simptomata quæ hydropē comitari solent.*

ualeſcente morbus eſt, vt ſolo victu, & modica exercitatione ſanari poſsit: nonnunquam immoderatus aquę potus hepar refrigerat, & ſolis roborantibus, atque calorem promouentibus reduci poteſt.

Sitis emendatur euacuatione putrentis aquæ, & cōmoderatione caloris, ſi quando inuenitur.

Membra tabeſcentia humido egent, quo rigentur, atque humeſcant: intellige ſubſtantificum: nam ferè ſemper qualitas ſicca inducenda eſt.

Difficilis reſpiratio, vel ſicca tuſsis inflammatione curata ceſſare ſolent; humens quęrit, quæ pectus leniāt & parēt ad expulſionē ſeroſum humorē eò cōfluētē.

CAPVT V.

De iecoraria affectione.

Nomina. Dicitur hic morbus communiter hepaticus a lapſo inſigniter hepate: vnde & hepatica diſenteria, & ab alijs imbecilitas hepatis appellatur. At ſi hydropici, & ſimiles maiorem patiuntur hepatis iacturam, hepatici non dicentur? Dic, ſcilicet minorem, hanc patiūtur citra inſigne aliquod intemperamentum, vel adiūctum morbum. Igitur in hac affectione maior eſt defectus innati caloris cum midiori intemperie: in hydrope hæc inſignis, lapſus minor.

Cauſa, & differentiæ. Hepatica aut vera eſt, aut ſpuria: illa fit a debili hepatis digeſtiua, quæ perfectè chilum in ſanguinē mutare non potuit: quarè vel ob adiunctam retentricis impotētiam, vel propter vaſorum obſtructiones ad inteſtina

refunditur, repræsentatq; loturā recentis victimæ: vnde colliges similem in stomacho affectum fieri. lienteriam si sola retentrix vitietur, cęliacam, si digestio pariter corrumpatur: in illa purior est sanguis, quem licet aliqualiter coctum natura continere non valet: in hac loturæ carneæ similis à coctrice non potest perfici.

Solet verò morbus multipliciter euenire: vel ab igneo calore soluēte innatū, dissipanteq; sanguinē, & spiritū: vel ab immoderato frigore, quod naturale robur minuit. Satis erūt momentaneę euacuationes, quibus spiritus euanescunt, & omnis virtus soluitur.

Multifarius etiam est euentus hepaticę non verę. Primò accidit ad membrum mutilatum cōuerso ad intestina sanguine illud alituro. Secūdò propter hepatis, aut venarum solutionem: in vtroque casu sanguis clarus, & inculpatus est. Tertiò, à sanguinis redundantia in toto, siue hæc ad suppressam vacuationem sequatur, siue ad demissum exercitium, vel causam similem: tunc enim potens natura molestum, grauantemque humorem inferius trudit. Quartò accidit cum insigne aliquod intēperamentum non adhuc infirmauit natiuum hepatis, neque huius vim sanguificam, sed eandem turbauit, corrupitque: quare superassauit commissum alimentū: hoc autē sic infectum natura pellit ad intestina vel mordacitate stimulata, vel obstructione perpedita, & ad hāc superfluus hæmorrhoidum sanguis referri potest.

Ex dictis constant vniuersalia morbi signa: sed peculiariùs acris, & assati humoris indicia sunt dolor, perturbatio, fastidium, pars illius simul cū sanguine defluētis. Postratam virtutem insinuant sequuta in toto extenua- Signa.

tio alimenti deficientis penuria, & quę præcesserũt solventes causæ. Abundantia verò, obstructiones, mẽbra mutila cõmunes habent significationes, & euidentes.

Proghostica. 1 Sępè hic affectus ad hydropem transit: quò antẽ ad hunc magis accesserit eò deterior. Ideò prauior aquosa excretio. De morbi discrimine Haly cum Gal. non tantùm ad morbi malitiam periculum vertit, quantùm ad difficultatem curationis, & medicorum imperitiam.

Curatio. Curationis methodus pro ratione excedentis qualitatis varianda est per contrariorum videlicet exhibitionem ea lege vt habeatur cura diligens roborandi membri principis: ob idque licet aperientia, & temperantia dentur adstringentis aliquid miscendum, quo visceris firmitas tueatur. Si tamen vitiosum [illegible]quod fuerit excrementum leui medicamento oportet vacuare, quod neque languentis membri robur frangat, neque excedens augeat intemperamentum. Ast reliqua curatio ex capite de hydrope petenda est. Prosunt verò huic affectioni peculiariter, roborãtque postratum hepar, succus gentianæ aqua dilutus, hepar anseris, anatis, galinarũ, hepar, & sanguis testudinum: præstat hepar lupi in omni dispositione: comendatur & vinum pastinacæ, & a gal. pista[illegible]orum vsus salubre hepar seruat. Hęc autem, aut potiones aliæ aromatis sunt paranda: at vnguenta conficiuntur ex bdelio, spicanardi, mirrha, mastice, stirace, oleo rosato, de spica, de hepate galli. Et hæc satis de hac 3. sectione, & primo huius operis libro.

FINIS.

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano de Vargas, 1635.

FLOSCVLVS

MEDICINÆ

LIBER SECVNDVS.

DE CONTENTIS.

AVTHORE

PETRO LOPPESIO

AVISSENSI.

CVM LICENTIA.

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano de Vargas, Anno 1635.

[illegible]

MEDICINAE.

LIBER SECVNDVS.

DE CONTENTIS.

AVTHORE
PETRO LOPESIO
AVISSENSI.

CVM LICENTIA.

Malacae, Typographus Ioannes Serrano
de Vargas, Anno 1635.

LIBER II.

DE CONTENTIS.

SECTIO I.

De humoribus in vniuersum.

CAPVT I.

De vniuersali humoris ratione.

Secunda de contentis sequitur disputatio non minoris momenti ad intelligendam medicinæ scientiam, nec paruæ vtilitatis ad exercẽdam praxim: cum etenim humiditates, seu humores inuoluat, in quib⁹ & varius cernitur generationis modus, & morborum genus innumerum, sequitur ad vtrumque maximè esse necessariam hanc medicinæ partem.

Igitur per contẽta intelligere Hipp. humores nullus

non fatetur: qui verò, quot, & quales isti sint, quę generationis materia, à quo producantur, & in quem finem eant, hoc disputandum à nobis est.

Nomina. Nomen humor latissima significatione comprehendit quamcumque rem liquidā, siue intra, vel extra corpus inueniatur: ergò recurrit cum nomine, liquor. Secundò restringitur ad solum terræ humorem, vt à Cicerone, & Latinioribus alijs in vsu est. Tertiò, respicit tantùm alentem succum corporis, quem vocant medici humidum radicale: sic interpretatur Arist. 1. de nat. an. 3. dicens: *Humorem habent cuncta animalia, quædam sanguinem, quædam aliud sanguini proportione respondens.* Quartò, accipitur pro solis quatuor humoribus, quos massa continet, & hoc sensu dicunt hepar auctorem quatuor humorum, vel cum Gal. ad tres reducunt, crudos humores, biliosos, & medium sanguinem, 4. de san. tuen. Quintò, latiùs significat omnem corporis humiditatē alimentitiam scilicet, & excrementitiam: quo sensu dixit Hipp. *Instabilia sunt, quæ in humidis consistunt.* Hoc autem numeratur humores, chilus, vrina, lac, semen, ros, & si quæ similes in corpore reperiuntur.

Alimentitij humores. Reiecto igitur omni excrementorū genere, de alimētitijs humoribus disputandum nūc est: has verò tot esse in corpore, quot in eoed perficiuntur coctiones communiter statuunt: sed quot illæ sint, dubitant. Nonnulli quinque admittunt, oris coctionem vnam, stomachi aliam, hepatis tertiam, quartam venarum, membrorum quintam. Alij reducunt ad quatuor. Gal. ad tres ventris priorem, secundam iecoris, membrorum tertiam. Quidam vt Gal. fernando, oris masticationem cum ventriculi

coctione

coctione confundunt, venalem cum sanguificatione hepatis. Sed nulli benè satisfaciunt. Nam certè venarum operationes, & oris masticatio coctiones sunt, quibus alteratur alimentum, & mutatur in aliam, quamuis nō valde dissimilem, substantiam. Tres tamen illæ proprie res sunt, in quibus patitur alimentum validioris calidi mutationem: vnde similiter secernuntur tria excrementorum genera; & tres surgunt destinatæ facultates, chilifica, sanguifica, nutrix: quarè venarū, & oris actiones non coctiones veræ sunt æstimandæ, sed potiùs præparationes quædam in auxilium trium præcipuarum. Sic paratur chilus in ore, coquitur in ventriculo, perficitur in intestinis; ad meseraicas sanguis incipit, fit in hepate, in venis exactior. Membrorum alimenta in vasis minoribus præparantur, aut in horum terminis, coquuntur in cauitatibus artuum, in membris vltimò conficiuntur. Igitur agendum de tribus coctionibus supradictis, vel de totidem humiditatibus, quæ has sequuntur in tribus naturæ officinis. Sed examinandum priùs nūm membra hęc naturalia sui tantùm gratia, vel etiam alterius ratione operentur: videlicet, an ventriculus sibi soli, aut toti pariter chilum conficiat.

Gal. 3. de nat. fac. 13. lib. de mot. liq. cap. 4. & 5. de loc. 7. testatur hæc operari sui tantùm gratia: sed doctrina admittenda non est, nisi loquamur de propria operatione, & primario earundem fine. Hoc autem vt meliùs innotescat, aduertes dupliciter aliquid tendere in finē, vel ductum ratione, & intellectu, vel solo pondere, & inclinatione gubernantis naturæ. Rursus, quæ hoc secundo modo operantur duos habent fines, alterū pro-

 pium,

prium, ex quo propria sequitur vtilitas, alterum communis naturæ, quæ in communem vtilitatem agentem dirigit. Hac verò communi lege quasi nexu quodam amicitiæ ita membra cohærent, & operantur inuicem, vt vrgente necessitate quoduis præsto sit in subsidium alterius. Non aliter cælum per anni circuitus nobis imperat Solis, Lunę, & reliquorum siderum influxus: sic terra suggerit affluens alimentum, idque non in propriã vtilitatem, sed in communem vniuersi. Sic in corpore palpebræ, cranium, ossa pectoris non sibi solis fuerunt genita, sed pariter vt armorum vice tuerentur subiecto rum membrorum salutem, & pellerent irruentes iniurias. Hac ergo lege indita vẽtriculus maiorem cibi mo lem appetit, quam proprium requirat alimentum, testes semen vberius, & lac mammę conficiunt in aliena commoda. Neque hoc tãtùm videre est, sed multoties se solent membra obiectare periclis in alterius membri defensam, aut in tutelam totius corporis. Ideò in su bito conflictu manus, quasi oblita proprię conseruatio nis, caput obumbrat, recipitque aduersum vulnus, idque nullo præcedente imperio mandantis iudicij, sed repente illuc rapitur a solo pondere, & inclinatione natuiæ; hinc benè intelligitur illud Gal. *Decepit natura partes in communem vtilitatem*. Et Arist. metaph. cum ait naturam operari directam a superiori intelligentia. Vt verò hæc dirigitur a superiori intelligentia in propriam vtilitatem, sic in alienam.

(?)

CAPVT

CAPVT II.

De chilo, & prima coctione.

EX 4. de part. an. 14. quæ animalia dentes non habent, quibus molire, & conficere possint alimentum, ea aut duplicem ventriculum, vel ante hũc sinum quendam obtinuerunt (in gluuies appellatur alitibus communis) at si non adhuc istum, saltem sinuosum, ac longiorẽ, vt scilicet vel gyris, & longo tractu, vel ea reduplicatione masticationis defectum compensaret natura: multis verò addidit carnosum, & calidiorẽ ad perfectiorem coctionem solidi alimenti. Hæc ergo prior est officina, quam Greci stomachum, Latini ventriculum vocant. In hac generatur substantia quædam alba, quã chilum dicimus. Cur autem hanc ille in quatuor non separet, vt hepar, causa esse potest terrea alimenti conditio, quę a remissiori ventris calore segregari nequit, vnde tantùm fæcalem dirimit: ast hepar validius agens in calidiori, & faciliori sanguine, id valet. Vtilis est ratio: sed demus strutionis ventrem robustissimum comparatione stilatitię, & tenuissimę substãtię, quam sanè efficax ille calor non in plures, quam duas illas separabit. Ideò referenda est causa ad dissimilitudinem alimenti, & formam inductam a coquente membro: non enim chilum efficit ventriculi calor, sed eiusdem formæ: crassior verò huius natura ob maximam dissimilitudinem non adhuc apta est continere plures substantias, quæ tamen vlteriori coctione reddetur aptior. Sic eadem in iecore non adhuc est habilis mutari in

rorem, lac, semen. Ast hoc de naturali statu intelligitur, nam in morboso imbecilla vis hepatis stat⁹, & aquam generat: vt lyenteriæ, atque cæliacę inconfecta substantia vnica est, quæ potiùs excrementi, quam chili nomē emeretur.

Vtrum verò ex chilo ventriculus nutriatur, vel potiùs cogatur expectare subsidium coquentis iecoris inquirendum nunc est. Videtur affirmare Arist. 5 probl. reddens enim rationem, cur venter opimus admodum esse soleat, inquit: *Quia cibo propinquus est.* Auic. exteriorem tunicam sanguine, internā chilo nutriri existimat. Zoar hoc, superiorem, illo infernam refici. Posteriorum multi omnem ventriculi alimoniam chilo referunt: fauent autem sequentes rationes. Prima, Gal. si ventriculus chilo non aleretur, cibos non conficeret, cum agentia naturalia propter se agant, nec ducantur intellectu ad curam aliorum. Secunda, aut stomachus sibi aliquā chili portionem seruat, & reliquam mittit ad hepar, vel nullam; si aliquam, sibi nutriendo; si nullam statim esuriet. Confirmat ratio anatomica: non solæ hiant venæ ad plantationem ventriculi, neque aliæ per totum disseminantur, ambiuntque circumiacentem. Tertia, commissa per clisteres alunt sine hepatis actione: ergo meliori iure chilus magis elaboratus. Quarta, viscera illa ignobiliora sunt, & magis vitioso abundant fucco, quā caro, vel aliud viscus: vnde sequitur ali minùs cocto, & impuriori alimēto, a quo tamen sugant selectissimam, & defecatissimam partem. Quinta, 4. de part. an. 14. quibus animalibus intestina sunt recta ciborū sunt magis auida: ast hoc non aliunde, nisi quia ventriculus ex

cibis

cibis breui prolapsis non ita reficitur: vnde nouam quę rit alimoniam: quod non accideret, si hepatis expectaret auxilium: imò citiùs inde reficeretur ab alimento citiùs distributo.

At stant in eum vniuersaliori alio Gal. præcepto 3. de temp. 2. nil nutrire posse, nisi tres patiatur coctiones. Suadent præterea sequentia. Primum, in sanguineo animali partes omnes communi quodam alimento solēt refici, quod diuersimodè assimiletur pro natura aliti: vnde membranę aliæ similium in ventriculo patiuntur sanguinis alitionem. Secundum, dissectus venter effundit sanguinem non chilum indicio alimenti euntis in eiusdem alimonia. Tertia idem fœtus non chilo, sed sanguine alitur, ergo & huius ventriculus: at si non hic, nec idem in adultis chilo nutrietur. His, & alijs rationibus videtur constare proposita de quæstione conclusio. Nec illud fernelij figmentum de chili confusione cum sanguine in quæstionem videtur admittendum: nam duos illos liquores in vnum coalescere foret necessarium: neque posibile vi trahentis vnum ab alio secerni, & eò magis, quia vtraque substantia stomacho trahenti obediat: vnde iterum chilus in eundem refunderetur. Si verò in meseraicis rubens aliquid euidenter conspicitur, id sanè fit ob rudimentum sanguinis in eisdem susceptum.

Ergo restat contrarię opinionis argumentis satisfacere. Ad primum, contendit forma ventriculi alterare sibi similimū alimentum, quod tamen propter dispatē naturam assimilare non valet: trahit ergo spe illius hauriendi: hoc autem conficere ex toto, non potens mittit

ad

ad hepar sola contentus voluptuosa illa ciborum comprehensione. Et hoc est illud, quod supra ex Gal. proposuimus, hunc deceptum in communem vtilitatem totius cibos conficere. Ad secundum, quamuis tota chili portio ad hepar confluat non esurit ventriculus, quia præsente quod appetebat obiecto quiescit, & quodam modo satiatur: nam cessat illicò quę stomachum vellicat tractio. Accedunt reliquiæ prȩcedentis alimenti ab hepate commissi, & subita spiritus refuscilatio, qui breui conficitur, quique hunc, non secus ac alia membra, irrigat. Minùs valet argumentum clisteris iniecti, cuius altio non datur ante triplicem coctionem, quam proiecti experiuntur. Sed de his postea. Neque illud de igno bili visceris natura: nam membranæ similes aluntur sanguine. Gulosa verò animalia propter celerem descensum chili verè non famescunt, sed appetunt voluptuari in perenni ciborum complexu, quamuis aliunde reficiãtur a commisso hepatis auxilio.

CAPVT III.

De secunda coctione.

SAnguinem educi a secunda coctione: huius autorẽ iecur, & in quatuor humores secerni communiter statuunt, dubitant verò an prædicti succi ab alio, quam ab hepate produci queant. De tribus, sanguine, & vtraque bile nullus ambigit: porraceam ventriculo probabiliter concedũt: in generatione phlegmatis dissentiũt. Videtur affirmare Gal. lib. de atra bile, cum inquit: *Nos*

autem

autem pituitosum humorem ex cibis pituitosis in prima ventriculi actione fieri docuimus, vt biliosum, & melãcholicum in iecore. Et lib. de nat. hum. sic: *Pituitæ natura ad mores nihil facit, sed necessarium videtur habere ortum in prima mutatione ciborum.* Adijciunt membranosam, & frigidã ventriculi naturam similem sibi humorem effecturam, vtque porraceæ generatio illi conceditur, si nimis calida fuerit dispositio, a contrario per frigidam pituita fieri in eodem poterit, & eò magis, quia iuuat frigidior ipsius natura, vt proximè dictum est.

At veriùs pituitæ generationẽ iecori concederem, si Gal. a calũnia possem vindicare non tantũ supradictis, sed locis alijs, quibus aliter sentire videtur. Dico igitur solũ hepar valet dare formã quatuor humoribus, nec eadem a duobus organis imprimi, aut vnius officiũ in alio suppleri potest. Citra mammas lac non inuenitur, semen ad testes solet perfici, sanguis cũ reliquis humoribus nõ alibi, quã in iecore, elaboratur: solus ergo chilus soli ventri generandus relinquitur, qui si crudior sit, vel ab aqueis edulijs, aut a vi imbecilli, hũcq; pituitam velis appellare, nil interest, & Gal. seruies, neq; grãde cõmittes peccatũ, si aqueum, ac albũ corporis humorẽ pituitã voces, si pariter ille hoc cõmuni vocabulo vsus est: re vera tamen neq; lac, aut sudor, vel serosa vrinę humiditas pituita dici bene potuit, vt & ipse innuit lib. de atra bile, cap. 2. & explicat 2. de nat. fac. vlt. in destillante mucco, quem pituitã appellari non permittit, vt neque chilosum ventris excrementũ, licet alibi minùs accurate permittat. Assentit quoq; nostræ opinioni Auerr. 3. collig. 3. vẽtri negãs quãcũq; humorũ generationem.

Hinc

Hinc verò facilè respondetur ad Gal. lib. de atra bile. Neque aliud ex lib. de nat. hum. rem conficit: quod dupliciter interpretatur. Primò, quasi dicat pituita habet ortum in prima ciborum mutatione, hoc est, habet in ventre mutationis principium, & tandem in hepate perficitur. Secundò prima ciborum mutatio actio hepatis potest intelligi, a qua scilicet alimentum insigniter mutatur; quasi dicat Gal. licet pituita ad mores nihil faciat propter frigiditatem, & humiditatem minimè efficacem, necessarium est habere ortum in prima ciborũ mutatione hepatis, ibique secerni non secus, ac reliqui humores: vt ostendat hoc saltem hanc alijs non minùs dignam, quamuis ad mores prauè se habeat. Igitur vt humor primam habet in hepate mutationem. Quod adijciunt de frigida, & pituitosa ventriculi natura non concludit, nisi chilum phlegmaticam esse substantiam, vel semicoctum, & album in sanguinem. Nec secundum de porracea quidquam conficit: hic enim præternaturalis humor est a corruptione contingens, nec vnquam nutritioni appositus. Adde & hic an vera bilis dici possit, inferiùs examinabitur cum de humorum speciebus sermo fuerit institutus. Quatuor igitur ex secunda coctione supersunt humores supradicti, ex quibus quinta vrinæ substantia renum beneficio secerni solet.

Humorũ quãtitas. De horum quantitate sanguis est vberior: hinc pituita: vtriusque bilis ferè par est portio. Atra binis qualitatibus vitæ contrariatur, flaua simplici siccitate, quamuis minorem tolem sibi colligendæ obtemutit.

Signa cuiuslibet redũdãtis. Signa verò cuiuslibet in corpore redundantis adde sequentia. Superflui sanguinis numerãtur ab Auic. viginti

ginti 2.1.doct.3.cap.7.Primum capitis,oculorum,& tẽporum grauitas. 2.membrorum extensiones, & oscitationes. 3.nausea, atque fastidium ob dulcedinem sanguini peculiarem. 4.somnus prolixior a suaui illius vapore.5.sensuum obtusio.6.mentis tarditas: vtrumque propter sanguinis humiditatem. 7.spontiua, tensiuaq; lassitudo.8.oris dulcedo.9.rubedo linguæ, oculorum, maxillarum.10.furunculorum insignis exitus. 11.botor in ore,& lingua.12.fluxus sanguinis a quauis parte erũpat,nisi ab excisa vena profluat, aut prę tenuitate transcoletur.13.complexio sanguinea,cui peculiaris est sanguinis copia. 14.regimen aptum multo sanguini procreando,moderatum exercitium,vita hilaris nullis rerum perturbationibus obnoxia, morbis minimè lassata:hinc alimenta pisces,oua,carnes, vinum rubrum, & grossum.15.regio, calida humida, vel modicè frigida, quæ roboret innatum calorem,prohibeatque ipsius resolutionẽ.16.iuuenilis ætas,qua sanguis feruet,& crescit.17.simile tempus vernum,quo pariter hic bullit, & funditur. 18. assuetudo patiendi morbos sanguineos. 19. deficiens consueta vacuatio, 20.sanguinolẽtorum somnia:seu rubentia videat,aut ex se fundat,natetue in sanguine totus.Addit Ras. pruritum loci phlebotomati & rubentem,atque spissam vrinam. Auerr.pulsus fortitudinem,atque repletionem vasorum 4.colig 10. Abundantem verò pituitam insinuat.1.ingrata albedo non tantùm faciei,sed totius corporis. 2.membrorum laxitas. 3.eorundem mollitudo. 4 immodicum frigus, siue hoc in multo phlegmate lateat, vel hoc illud imprimat.5.affluens sputum, vel a capite mandante, vel a

ventriculo. 6. defectus sitis, quam moderatur supernatans humiditas, prohibetque resolutionem in toto. 7. imperfecta coctio: suffocatur enim, & hebes quodammodo redditur innatus calor a multitudine phlegmatis. 8. inde sequitur acetosa eructatio. 9. albens lotium propter mixtionem pituitæ. 10. somnus prolixior ab humiditate phlegmatis cerebrum diluentis. 11. simili ratione multa quies, ignauia, & torpor ad agendum. 12. ineptitudo ad capescendas disciplinas, maximè si cerebri temperies sequatur in toto similem. 13. pulsus mollis ob lentorem pituitæ, tardus verò, ac rarus propter diminutionem caloris innati. 14. senilis ætas excrementis pituitosis affluens. 15. consuetudo ęgritudinis phlegmaticæ. 16. regimen aptum humori procreando. 17. similis regio humens, ac frigida. 18. par tempus per imbres, & hyemem. 19. solita pituitosæ vacuationis retentio. 20. similis natiua complexio. Denique crescentem demonstrant humida succum somnia, seu riuis multæ, seu fontibus vndæ. Bilem monstrant. 1. citrinus per totum color, sed in oculis euidentior. 2. oris amaritudo. 3. linguæ siccitas, & asperitas. 4. similis in naribus dispositio. 5. iuuans, ac recreans inspirata frigiditas. 6. sitis molestior. 7. creber, & velox pulsus ex adaucto caloris vsu. 8. appetionis defectus. 9. vomitus bilis, aut nausea: quamuis hoc signum sæpè deficiat propter inordinationem vasorum ad intestina venientium. 2. de temp. cap. 6. vnde multi pituitosi grabri, & molles: bilem euomunt, nullam hirsuti, venosi, nigri. 10. sic frequens deiectio, nisi subsit obstructio in vasis mandatu. 11. iecoris. 11. pungens rigor. 12. Regimen antecedens ex amaris,

amaris, salsis, acutis, vino calidiore, frequenti balneo. 13. iuuenilis ætas calens, & sicca. 14. similis tempus per æstatem. 15 præcedens iræ feruor. 16. immodica exercitatio, vel modica, siccans tamen, & calefaciens coquorum, ferrariorum. 17. bilis morbi, qui non raró præcesserunt. 18. vrgens inedia. 19. biliosa complexio. 20. somnia, quæ citri fuerint perpessa colorem, vel rapidos casus referant, ignisque furores. Adde biliosæ vacuationis retentionem, & mentem agitatam, hominemque furibundum, atque audacem; bilis enim calor, & acrimonia animum quiescere non sinit ad considerationem futuri periculi, neque ad securitatem discursus. Signa melancholiæ sequuntur. 1. totius macies. 2. color fuscus. 3. grossus, ac niger sanguis. 4. vigilia, & ab inducta siccitate, & a perpetua melancholicorum solicitudine. 5. mœror, & desperatio. 6. falsa fames, absque membrorum inopia. 7. vrina grossa, fusca, & nigra. 8. pilosum ac nigrum corpus. 9. frequentia melancholicarum ægritudinum schirri, cancri, morpheæ. 10. declinans ætas. 11. complexio melancholica, vel nimis biliosa. 12. suppressa hæmhorrois, per quam feculentus sanguis vacuari solet. 13. regio calidissima. 14. labor immodicus. 15. autumnale tempus, vel adurens æstas. 16. antecedens victus melancholicus fabarum, casei, leporinæ, bouinæ, anatis. 17. pulsus rari, tardi. 18. horribilia somnia, seu tenebre terrorem incutiant, seu truculenti vultus. Et hæc satis de humoribus secundæ coctionis de quibus plura in particulari cuiusque tractatione.

CAPVT IIII.

De humoribus tertiæ coctionis.

ITtam substantiam in nutritionem membrorum secat Auic. in quatuor, quas humiditates vocat: si nominum varietas rerum essentias non peruertit: emergunt enim per mutationes quasdam, non per veras coctiones, quas tres tantum superius statuimus: vnde illæ satis non sunt ad variandas humorum species, illæ possunt. Igitur succi ab hepate geniti in venis perficiuntur in exilibus præparantur ad altionem amplius in capacitatibus mēbrorū: tandē in ipsis cōplectur alimētū, & transitque in aliā substantiam, & hinc sanguis, ros, cambium, & gluten quatuor Auic. gradus. Sed quid de succo, quo nutritur hepar, is immediate sanguis in ipsius substantiam mutari videtur appositus? dicendum easdem pati alterationes licet breues, & minimas. His vero nutriri corpus vniuersum fatentur vnanimiter: sed dubitant de primo humore, a quo incipit altio. Ansam dubij præbuit Arist. 3. de hist. an. 2. solum sanguinem aptum corporis nutrimentum iudicans, argumento venarum, quæ solius, & vltimi alimenti sunt conceptabula: vel secundo quod solus hic dulcis sit, solo autem dulci alatur corpus. Hæc ille, & videtur suffragari Auerr. 2. collig. 8. dum soli phlegmati concedit altionis beneficiū, magis tamen elaborato, & in sanguinem verso: hoc autem negat vtrique bili.

Non tamen suadent rationes: nam venæ non solum san-

sanguinem, sed omnem massam continent simul cohae-
rentem, atque permiscuam; sic verò dulcedinis minimè
expertem, quod satis est ad alitionem membrorum, qui-
bus equidem prouenit alimentum ex illa humorum di-
uersitate, ossibus siccius, carnosis humidius.

Potest nihilominus diuersimodè & accipi, & saluari
Arist. Primò, si non intelligatur de nutrimento imme-
diatè alenti, & proximo: hoc enim [illegible], aliud
esse in animalis satis constat, videturque fateri ipse Arist.
3. de hist. anim. dicens contineri circa neruos humorem
subalbidum, & glutinosum. Secundò potest admitti, si
interpretetur non de sanguine quarto humore, sed de
omnium congerie ab omni excremento libera. Tertiò
non desunt, qui de quarto humore intelligendum ve-
lint, verumque statuant assertum sic intellectum: imò
Auicenna [illegible] aliam opinionem philosophi indignã
putat, solisque medicis attinentem. Dicunt igitur reli-
quos humores per totum ferri simul cum sanguine non
tamen in alitionem corporis, sed ipsi contemperando,
fouendoque. Probatur verò; nam licet hic vnus, & sim-
plex humor, diuersas adhuc seruat partes, quae diuersis
membris nutriendis possunt inseruire, praesertim addi-
tis viribus assimilantis potentiae, à qua nutrimentum,
quantumuis vnum, diuersae alitioni redditur simile. Cō
firmat experimentum in extracto haedi sanguine, qui
non alium humorem repraesentat, omnium tamen mē-
brorum alimoniae sufficit. Hac ergo ratione cernimus
vi solius à sanguine partium alteratorum nutriri solere, ossa per
medias medullas, nerui per succos similes. Secundò pu-
ra, & impermixta bilis alendis corporibus nō inseruit;

ergo

ergo neque iuncta sanguini, cum agentia naturalia sem per, & vbicumque ponantur, eundem effectum producant. Tertiò vt supra ex Arist. solo dulci conficitur alicio: at in nullo humore, præter sanguinem, reperitur dulcedo. Sed quid de bile, ac reliquis postquam contèperandi sanguinis officium obierunt? Si nimis acrescant, morbi fiunt, quod non accideret, si omnes irent in alimoniam totius. At si sanguis alimentum efficitur, quare morbi ex eo fiunt? hic quantitate longè alios superat: vnde sic interdum augetur, vt non tantùm sufficiat alendo corpori, sed morbis efficiendis. Ita per internas obstructiones prohibita ventilatione incalescit, & putret, & per violentiam externarum causarum alteratur. At robustus, & sanus, qui omne vitæ tempus degit nulli morborum generi obnoxius? hic temperatū, ac mediocrum gignit sanguinem, pauciora excrementa quæ sufficienter purgantur a natura conceptabulis: vnde nullæ restant externorum iniuriæ, quæ homini possint officere. Functo igitur contemperandi officio, lapsoque iam ad alendum sanguine, reliqui humores in excrementa soluuntur, & tanquam inutiles alitioni pelluntur a natura. Hinc pili, sudor, vngues, sordes, halitus, &c. Est & quarta saluandi Arist. ratio si dicamus humores quatuor non possidere distinctas formas in venis, postquā ab excrementis liberi contendunt in alitionem mēbrorum. Nec desunt, quę stabiliant argumenta. Primum calor innatus intendit moderatam coctionem, a qua sanguis tēperatus humor, non in aliud fuit quā in alimoniā totius: reliqua, quæ habēt qualitatis excessum, vt inutilia reijcit natura, purgatq; a mēbris destinatis. Secūdò;

ventriculus vnicam inducit chili formam reijciens fæcalem, quæ tamẽ apta sit in hepate separari. Ergo iecur similiter vnicam inducet formam sanguinis vtramque bilem, atque pituitam dirimens, quæ pariter apta sit inseruire nutritioni diuersarum partium.

Aliter cum Gal. maior pars medicorum, qui ducuntur sequentibus. Primò, colagogum quouis anni tẽpore educit bilẽ, melagogum melancholiam, signum perpetuæ societatis cum sanguine, & eò magis quoniã hic extractus modo rubens, nunc flauus cernitur. Secundò in patiente tertianam fluxa bilis extra, & intra vasa cõmoratur, atra in quartanis, ergò stante salute in eisdem reperietur ad nutritionem membrorum. Tertiò multifaria est partium natura, quæ (vt diximus) varietatẽ alimentorum postulant. Non conuincunt tamen: nam colagogum si recrementa bilis euocat, & hæc in extracto sanguine supernatant, aut subsidẽt non inde sequitur futura corporis alimenta: præterquam quòd in multis, vt in hædo, nulla partium varietas cernitur, vnde & in languente per tertianam, vel quartanam hęc putrere, & calefieri solẽt: nec id obstat, quò minus per morbos naturã selectũ quid eligat sibi nutriẽdę. Quod verò addijcitur varia membrorũ ratione non impedit, quoniã, vt supra tactum est, sanguis, licet ab omni liber recremento, cõstat partiũ diuersitate, & vi altricis redditur similis alẽdo. Nutritur ergo vniuersum corpus electo sanguine. Sit tamen hæc quæstio problematica: hanc enim partẽ Gal. non improbat, quamuis aliam probabiliorem censeat, & sequitur Auic. 1.1. doct. 4. Et hæc satis de tribus coctionibus, & omni corporis humore.

CAPVT

CAPVT V.

De morbis humorum.

QVoniam, qui in humiditatibus primæ, ac tertiæ coctionis contingunt morbi potius ad continentes particulas sunt referendi, ferèque vel humores secundę consequuntur, vel ad eosdem perueniunt: ideò illis omissis horum generales affectus percurremus. Adde chilosæ in ventriculo dispositiones sępè medicum non expectant. Hectica quando iam patēs & manifesta curationem non admittit.

Igitur quod attinet ad vitia quatuor humorum, sanguinis meminit Gal. 9. meth. 11. probatque duplicitet inutilem, vel propter adauctam multitudinem, vel ob cōtractum vitium. Plenitudinem maximè sequitur obstructio, hanc feruor, & putredo: ad hæc febris, & ad vitium, si quando aliter acciderit. Inde colligēs hunc sola simplici alteratione febrem afferre posse, reliquos humores non nisi vel putrescant, aut vrantur. Secundò elicitur febrem præcipuam humorum passionem, morbūque inter ceteros communissimum. Vnde Celsus, lib. 3. cap. 3. vulgarem appellat, & Aæt. in præfatione libri quinti, sic: *Præstat exordiri ab vniuersalibus febrium dignotionibus, tum quia præ cæteris morbis redundent omnibus cōmunes ætatibus: tum quia non sine periculo sunt, & ob accidētium multitudinem ingentes secum turbas tumultusque rerū ferant.* Ideò relictis alijs affectionibus, si quæ in humoribus inueniuntur, de humorali febre disputandum, & solum

solum de ea, quæ pendet a succis intra vasa putrentib⁹; nam quando corrumpuntur in phlegmone, licet in putridis admittatur, 10. meth. 6. hanc veteres febrem non appellabant, sed nomine affectionis pleuritim, vel phrenesim: 6. vulg. 3. tex. 4. quæ verò ex feruore sunt ad diarias reducimus, & infra leuiter attingemus: nunc de communi ratione putridarum.

Ex 1. 4. cap. 1. & 38. & 1. feb. 3. ab humore putrenti febris proficiscitur; hinc petit cor: indè per totum funditur. Patiuntur tamen instantiam duo posteriora. Primũ quia hepar potest venire ad tantam caloris immoderantiam, vt mutet totum febriliter sine adiutore corde, ex 4. 11. colig. 8. & iuuat ratio: hoc enim materiã toti mãdat, quæ calidior impensius totum simul afficit. Secundum, quia in rigore per incrementa febrium eueniente a causa inæqualiter putrescente: vel in lipiria qua fugent extrema ab interna inflammatione totum calorem intro reuocante non incalescit corpus vniuersum: declarat Gal. 6. epid. 1. tex. 29. & 4. aph. 48. Dic tamen ad primum. Quantumuis hepar incalescat febrem non efficiet, quia cor vel pariter alteretur, vel obsistens remittat illius qualitatem, nec permittat in totum febrilem induci: si quidem per statum salutis magis cor valet ad immutandam totius temperiem. Ad secundum, Sanè cor febrili calore totum afficiet, si remoueatur illa, quę obstant impedimenta cum quibus satis est, si calor cõsistat in plurimis vel principalioribus corporis partib⁹: atq; sic interpretãdi sunt, Auic. cit. & Gal. de dif. morb. 5. 9. meth. 14. 4. de caus. puls. 7. & alibi si quando febrẽ calidam totius intemperiem dixerint. Ergo febris sub-

Subiectũ febris putridæ.

iectum inhæsionis, siue denominationis totum corpus, deriuationis, siue emanationis cor est. An verò in hac omnes corporis facultates vnà lædantur, dubitari potuit, quia Auic. cit. solius naturalis videtur meminisse. Experimur etiam in aliquibus febriũ intellectus, & motionis opera satis elaborata, & in alijs alia faciliora: non igitur tres omnes simul in febre afficiũtur, vt expressit Gent. cum Auctr. 3. colig. cap. 3. Respõdetur Auic. proposita definitione per operationes naturales intelligit non tantũ naturalis facultatis opera, sed quę præter naturam non sunt, & conueniunt corpori naturaliter disposito, siue ad hanc, aut vitalem, vel animalem pertineant: non tamen omnes simul offendi necesse est; sed satis, si aliquę patiantur. Ideò Gal. 2. meth. multas operationes à febre læsas proponit, & 1. meth. 8. aliquã actionẽ à morbo vitiatã: nūquã tamẽ omnes pronũciauit.

Differentiæ. Tres admittimus febrium putridarum differentias totidem humoribus respondentes, addentes quartam putridi sanguinis: Quid verò de re Gal. senserit infrà disputabitur, & ideò superflua repetitio.

Causæ. Ante cognitionem causarum in putridis aduertes nos per febrim, calorem immoderatum intelligere, nec aliud modò imaginamur rei meditæ aduersissimum: quidquid enim (inquit Gal.) non docet melius curare sophisticum est, & ab arte alienum. His positis multipliciter causæ febris considerari possunt. Primò euidẽtes, & multis febribus communes. Secundò internas. Tertiò mediatas, vel immediatas. Euidentes ferè numerat Gal. 1. feb. 2. dicens: *Quod igitur ex laboribus, ira, & tristitia, & solis ardoribus, atque frigoribus, vigilijs, & cruditatibus,*

tibus, ebrietatibus, & crapulis. Et rursus: *Sic aeris flatus pestilens, & conuersatio cum ijs qui putridum expirant. Illud quoque experientia compertum quod qui consueta exercitia omiserint febribus corripiuntur. Item quæ pletora vocatur dispositio, & cibi praui, & medicamina, & æstus circa canis ortum, pluraque huiusmodi aliæ afferunt febres.* Hæc Gal. sed cap. 7. sequenti has, & similes videtur concedere ephimeris, negare putridis dicens: *Primum quidem non inseparabile, sed proprium signum febrium, quæ humorum ratione accenduntur est, quod nulla earum, quæ præincipientes causæ dicuntur eas antecedit.* Intellige tamen, solam causam præincipientem: nam potest simul iungi causa interior, quæ ab exteriori mota succendat humoralem. Adde & dari potest externum agens, quod sic fortiter imprimat in humorem dispositum, vt illicò ferat putridam: maximè si causa ferat putredinem, ad quam paratiores sunt humores, quàm spiritus, 1. epid. 3. tex. 19. hi scilicet ob igneam naturam resistunt putredini, illi propter humiditatem facilè concipiunt. Quare intelligendum Gal. dictum non vt perpetuum, sed tanquam frequentiùs contingens.

De dispositione verò complexionis idem 8. meth. 8. & 1. feb. cit. primum locum concedit calidæ, & siccæ, forsan ob maiorem proportionem, quam habet cum febre. Auic. 1. 4. trac. 1. cap. 2. calidam, & humidam paratiorem constituit, videlicet ob excrementorum affluentiam, & humiditatem perenne fomētum putredinis. Quamobrem distinctione opus est. Ad febres putridas paratiores sunt calidi, & humidi:

affirmat Gal. cit. meth. cap. 7. vndè alibi simpliciter loquitur. Ad ephimeras tamen, aut hecticas calidi, & sicci promptiores sunt: innuit Auic. cit. imò ad alias, quas feruor, & adustio promouet: quare subdit: *Et corpora calida, & sicca iterum sunt præparata ad febres acutas.* Intellige veloces, & rapido feruore ocissimè inualescentes: insinuat & Gal. 8. meth. 8. Iam verò si frequens fit ciborum corruptio in ventriculo, crebra dabitur occasio febris generandæ: accidit autem sæpissimè, & notat Gal. 6. vulg. 6. tex. 31. & hæc sunt quæ febres solent antecedere.

19 Comitantur sequentia: Prima causa est prohibita ventilatio, hanc putredo sequitur immediatè febrem attingens. Prohibitam ventilationem affert obstructio: hanc ferunt multitudo, lentor, crassities: has in quinq; separat Haly, 8. theor. 4. obstructio tamen debet esse insignis: exigua namque diariam efficit, 8. meth. 4. Rursus putredo duplex febrem gerit, 10. meth. 6. altera humorum intra vasa putrentium, altera eorundem quando corrumpuntur in phlegmone: Illa non simpliciter putredo est, sed aliquid continet coctionis, subsidetque in vrinis puri proportione respondens. Hæc iterum dupliciter accidit, 1. feb. 6. aut natura superante, vel hac superata: de priori proximè dictum est; secunda inuenitur vel quando vis coquẽs ita imbecillis est, vt nullam ampliùs facere possit in superfluitate trãsmutationem ad optimum: vel quando putrens humor ita vitiatus, vt a nulla vi, quantumuis forti possit emendari: Igitur putredo immediata causa est febris: hanc comitantur plurimæ, antecedunt aliæ.

Ani-

Anima duersione tamen dignum est, verũ illud quod supra ratum proposuimus, perpetuum sit: an scilicet à prohibita ventilatione semper oriatur putredo. Affirmat Gal. mille in locis, additque 8. meth. 4. *Quippè vitiosus succus, nisi penitùs transpiret, statim putrescet.* Obstanc tamen & ratio, & experimentum. Nam contactu rei putridę plurima corrumpuntur vuæ, pira, carnes, multa à calido, & humenti austro tametsi ventilata. Sic inspiratus aer putridus affert putrentes succos, & in plenitudine quoad vires ijdem putrescunt citra obstructionem, quia non benè coquuntur, nec regulantur a natura. Accedit corrumpens venenum, & assumpta, quę calidiora putredines inferre possunt. Ideò variè purgant Gal. Primò, loquitur, vt sæpè solet, de frequentiori euentu putredinis. Secundò, intelligitur de promptitudinę, qua corrumpuntur minimè ventilata. Tertiò, licet multa putreant citra prohibitam ventilationem, semper putrescens humectatur, humectatio autem semper diflationem impedit. Vel etiam, quia redditus humor calidior non cõmodè diflatur. Vltimò interpretatur Gal. non voluit a sola prohibita ventilatione oriundam putredinem, sed hanc ad illam necessariò consequi, vel saltem frequentissimè.

Num verò & in putredine perpetuò fœtor inueniatur, dicendum, fętent putrida, quia humidum, quod est fętoris origo non regulatur a calido: vnde ferrum, lapides, & similia, in quibus multa est siccitas, humor paucissimus, non fętent per putredinem: exigua enim humiditas ad superficiem tracta paulatim resoluitur; ob idque illa non putrida sed cariosa, & rubiginosa redduntur.

3 De frequentiori casu putredinis, & humoralis febris pluuiosam constitutionem magis appositam iudicat Hipp.3.aphor.16.maximè si ad siccam & aquiloniā hyemem sequatur ver humens, atque australe, tex.11. eiusdem com.

4 Si febrium accessiones eadem hora inuadant durationem portendunt,4.apho.30.idque sentiendum si seruent eam proportionem quam ab initio obtinuerunt in anticipatione,vel postpositione in vtroque enim causa fixa, & inconcussa est. Vndè infertur duplicatas sæpè reddi breuiores,vt infrà dicendum cap. de tertiana. Item si vltra 24. horas perseuerent continuitatem ostendunt:si verò inæquale cùm hoc habuerint incrementum longiores esse solent:si præter hæc inordinatio quędam,vel inæqualitas ipsis vel inconcinnitas adsit indicium erit simul, & magnitudinis, & continuitatis,1.ad Glauc 8. Quæ reliqua vniuersalia in febre humorali reperiuntur,tum in signorum dignotione,tum circa iudicationes,temporaque ipsarum cognoscenda, & in tota febre & in particulari accessione satis explicat Galen lib.cris.& meth.med. & compēdiosè magis Aet.initio libri quinti. Auic.1.4.cap.2.3.& 4. & nos in peculiari cuiusque febris tractatione fusius explicabimus.

Curatio. Febris hecticę,atque diarię curatio sola vera est, quę vt pote cōtrarietate perficitur:putridæ non ita,sed prophilaci similis ratione causæ pariter concurrentis. Differunt autem, quia prophilace dimicat contra futuram causam;in putrida febre præsentem conamur expugnare.Hoc posito licet huius curatio in particularib⁹ quoque

que concurrat, non impedit communes indicationes, maximè si primis diebus febris species lateat. Igitur proposuit Auic. 1.4. trac.2. cap.7.& 9. Aet. lib.5.cap. 74.septem curanti offert,copiam,crassitiem, lẽtorem, obstructionem, transpirationis detentionem, putredinem,& febrem: quę cuncta Gal. sequentibus ita colligit. Art. med.89.agẽs de communissima indicatione: *Esto enim,si ita contigerit,in humoribus putrescentibus accẽdi febrem indicatio in huiusmodi est euacuatio,atque alteratio.* Quam infrà concoctionem vocat. Et 8.meth.1. *At si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accendit submouenda:sin pars eius iam genita est,pars adhuc in gignendo:vtrique consulendum est:primum quidem submouendo,quæ eam accendit causam:deinde extinguendo causam, quæ ab hac accensa est.* Et 11.meth.10.sic: *Qui febrem curare volet, necesse est putredinem inhibeat:ita duæ indicationes se exhibẽt, altera a febre,altera a putredine: sanè prohibetur putredo ijs præsidijs,quæ obstructioni medentur, quod iam factum est per ea,quæ obstructa liberãt,quod futurum per ea, quæ affluxum obstruentium humorum compescunt.* Et notat infrà: *Verùm quoniam plurima horum, quæ obstructiones soluunt, calida sunt,metus est ne tum putredinem,tum febrem augeant: itaq; ijs,quæ citra calorem liberare obstructiones valeant,vtẽdum.* Si iungatur repletio sic cap.5.antecedenti: *In complexu causarum cæpisse a sanguinis missione conueniet:ac abundantia vacuata ad extenuandos humores venire:ab hoc ad remittenda,quæ sunt obstructa, & rarefacienda,quæ sunt densata.* Et ideò lib.9. *Si non vacuatur stipationis causa in incerto omne remedium est: vbi namque abundantia emitti postulat, calor autem refrigerari,pugna,discordiaque inter ipsa sanãdi*

CAPVT V.

De morbis humorum.

Quoniam, qui in humiditatibus primæ, ac tertiæ coctionis contingunt morbi potiùs ad continentes particulas sunt referendi; ferèque vel humores secundæ consequuntur, vel ad eosdem perueniunt: ideò illis omissis horum generales affectus percurremus. Adde chilosæ in ventriculo dispositiones sæpè medicum non expectant. Hectica quando iam patēs & manifesta curationem non admittit.

Igitur quod attinet ad vitia quatuor humorum, sanguinis meminit Gal. 9. meth. 11. probatque duplicitèr inutilem, vel propter adauctam multitudinem, vel ob cōtractum vitium. Plenitudinem maximè sequitur obstructio: hanc feruor, & putredo: ad hæc febris, & ad vitium, si quando aliter acciderit. Inde colliges hunc sola simplici alteratione febrem afferre posse, reliquos humores non nisi vel putrescant, aut vrantur. Secundò elicitur febrem præcipuam humorum passionem, morbūque inter ceteros communissimum. Vnde Celsus, lib. 3. cap. 3. vulgarem appellat, & Aet. in præfatione libri quinti, sic: *Præstat exordiri ab vniuersalibus febrium dignotionibus, tum quia præ cæteris morbis redundent omnibus cōmunes ætatibus: tum quia non sine periculo sunt, & ob accidētium multitudinem ingentes secum turbas: tumultusque rerū ferant.* Ideò relictis alijs affectionibus, si quæ in humoribus inueniuntur, de humorali febre disputandum, & solum

solum de ea, quæ pendet a succis intra vasa putrentib⁹: nam quando corrumpuntur in phlegmone, licet in putridis admittatur, 10. meth. 6. hanc veteres febrem non appellabant, sed nomine affectionis pleuritim, vel phrenesim: 6. vulg. 3. tex. 4. quæ verò ex feruore sunt ad diarias reducimus, & infra leuiter attingemus: nunc de communi ratione putridarum.

Ex 1. 4. cap. 1. & 38. & 1. feb. 3. ab humore putrenti febris proficiscitur; hinc petit cor: inde per totum funditur. Patiuntur tamen instantiam duo posteriora. Primū quia hepar potest venire ad tantam caloris immoderantiam, vt mutet totum febriliter sine adiutore corde, ex cit. colig. 8. & iuuat ratio: hoc enim materiā toti mādat, quæ calidior impensius totum simul afficit. Secundum, quia in rigore per incrementa febrium eueniente a causa inæqualiter putrente: vel in lipiria qua frigent extrema ab interna inflammatione totum calorem intro reuocante non incalescit corpus vniuersum: declarat Gal. 6. epid. 1. tex. 29. & 4. aph. 48. Dic tamen ad primum. Quantumuis hepar incalescat febrem non efficiet, quin cor vel pariter alteretur, vel obsistens remittat illius qualitatem, nec permittat in totum febrilem induci: si quidem per statum salutis magis cor valet ad immutandam totius temperiem. Ad secundum, Sanè cor febrili calore totum afficiet, si remoueātur illa, quę obstant impedimenta cum quibus satis est, si calor cōsistat in plurimis, vel principalioribus corporis partib⁹: atq; sic interpretādi sunt, Auic. cit. & Gal. de dif. morb. 5. 9. meth. 14. 4. de caus. puls. 7. & alibi si quando febrē calidam totius intemperiem dixerint. Ergo febris subiectum

Subiectū febris putridæ.

Difficultas.

Cansa.

ictum inhæsionis, siue denominationis totum corpus, deriuationis, siue emanationis cor est. An verò in hac omnes corporis facultates vnà lædantur, dubitari potuit, quia Auic. cit. solius naturalis videtur meminisse. Experimur etiam in aliquibus febriũ intellectus, & motionis opera satis elaborata, & in alijs alia faciliora: non igitur tres omnes simul in febre afficiũtur, vt expressit Gent. cum Aueir. 3. colig. cap. 3. Respõdetur Auic. proposita definitione per operationes naturales intelligit non tantũ naturalis facultatis opera, sed quę præter naturam non sunt, & conueniunt corpori naturaliter disposito, siue ad hanc, aut vitalem, vel animalem pertineant: non tamen omnes simul offendi necesse est; sed satis, si aliquę patiantur. Ideò Gal. 2. meth. multas operationes à febre læsas proponit, & 1. meth. 8. aliquã actionẽ à morbo vitiatã: nũquã tamẽ omnes pronũciauit

Differentiæ. Tres admittimus febrium putridarum differentias totidem humoribus respondentes, addentes quartam putridi sanguinis: Quid verò de re Gal. senserit infrà disputabitur, & ideò superflua repetitio.

Causæ. Ante cognitionem causarum in putridis aduertes nos per febrim, calorem immoderatum intelligere, nec aliud modò imaginamur rei meditæ aduersissimum: quidquid enim (inquit Gal.) non docet melius curare sophisticum est, & ab arte alienum. His positis multipliciter causæ febris considerari possunt. Primò euidẽtes, & multis febribus communes. Secundò internas. Tertiò mediatas, vel immediatas. Euidentes ferè numerat Gal. 1. feb. 2. dicens: *Quod igitur ex laboribus, ira, & tristitia, & solis ardoribus, atque frigoribus, vigilijs, & cruditatibus,*

tibus, ebrietatibus, & crapulis. Et rursus: *Sic aeris flatus pestilens, & conuersatio cum ijs qui putridum expirant. Illud quoque experientia compertum quod qui consueta exercitia omiserint febribus corripiuntur. Item quæ pletora vocatur dispositio, & cibi praui, & medicamina, & æstus circa canis ortum, pluraque huiusmodi aliæ afferunt febres.* Hæc Gal. sed cap. 7. sequenti has, & similes videtur concedere ephimeris, negare putridis dicens: *Primum quidem non inseparabile, sed proprium signum febrium, quæ humorum ratione accenduntur est, quod nulla earum, quæ præincipientes causæ dicuntur eas antecedit.* Intellige tamen solam causam præincipientem: nam potest simul iungi causa interior, quæ ab exteriori mota succendat humoralem. Adde & dari potest externum agens, quod sic fortiter imprimat in humorem dispositum, vt illicò ferat putridam: maximè si causa ferat putredinem, ad quam paratiores sunt humores, quàm spiritus, 1. epid. 3. tex. 19. hi scilicet ob igneam naturam resistunt putredini, illi propter humiditatem facilè concipiunt. Quare intelligendum Gal. dictum non vt perpetuum, sed tanquam frequentiùs contingens.

De dispositione verò complexionis idem 8. meth. 8. & 1. feb. cit. primum locum concedit calidæ, & siccæ, forsan ob maiorem proportionem, quam habet cum febre. Auic. 1. 4. trac. 1. cap. 2. calidam, & humidam paratiorem constituit, videlicet ob excrementorum affluentiam, & humiditatem perenne fomẽtum putredinis. Quamobrem distinctione opus est. Ad febres putridas paratiores sunt calidi, & humidi:

affirmat Gal. cit. meth. cap. 7. vndè alibi simpliciter loquitur. Ad ephimeras tamen, aut hecticas calidi, & sicci promptiores sunt: innuit Auic. cit. imò ad alias, quas feruor, & adustio promouet: quarè subdit: *Et corpora calida, & sicca iterum sunt præparata ad febres acutas.* Intellige veloces, & rapido feruore ocissimè inualescentes: insinuat & Gal. 8. meth. 8. Iam verò si frequens sit ciborum corruptio in ventriculo, crebra dabitur occasio febris generandæ: accidit autem sæpissimè, & notat Gal. 6. vulg. 6. tex. 31. & hæc sunt quæ febres solent antecedere.

Comitantur sequentia. Prima causa est prohibita ventilatio, hanc putredo sequitur immediatè febrem attingens. Prohibitam vẽtilationem affert obstructio: hanc ferunt multitudo, lentor, crassities: has in quinq; separat Haly, 8. theor. 4. obstructio tamen debet esse insignis: exigua namque diariam efficit, 8. meth. 4. Rursus putredo duplex febrem gerit, 10. meth. 6. altera humorum intra vasa putrentium, altera eorundem quando corrumpuntur in phlegmone: Illa non simpliciter putredo est, sed aliquid continet coctionis, subsidetque in vrinis puri proportione respondens. Hæc iterum dupliciter accidit, 1. feb. 6. aut natura superante, vel hac superata: de priori proximè dictum est; secunda inuenitur vel quando vis coquẽs ita imbecillis est, vt nullam ampliùs facere possit in superfluitate trãsmutationem ad optimum: vel quando putrens humor ita vitiatus, vt a nulla vi, quantumuis forti possit emendari. Igitur putredo immediata causa est febris: aliæ comitantur plurimæ, antecedunt aliæ.

Ani-

Anima duersione tamen dignum est, verũ, illud quod supra ratum proposuimus, perpetuum sit: an scilicet a prohibita ventilatione semper oriatur putredo. Affirmat Gal. mille in locis, additque 8. meth. 4. *Quippè vitiosus succus, nisi penitus transpiret, statim putrescet.* Obstant tamen & ratio, & experimentum. Nam contactu rei putridę plurima corrumpuntur vuæ, pira, carnes, multa a calido, & humenti austro tã metsi ventilata. Sic inspiratus aer putridus affert putrentes succos, & in plenitudine quoad vires ijdem putrescunt citra obstructionem, quia non benè coquuntur, nec regulantur a natura. Accedit corrumpens venenum, & assumpta, quę calidiora putredines inferre possunt. Ideò variè purgant Gal. Primò, loquitur, vt sæpè solet, de frequentiori euentu putredinis. Secundò, intelligitur de promptitudine, qua corrumpuntur minimè ventilata. Tertiò, licet multa putreant citra prohibitam ventilationem, semper putrescens humectatur, humectatio autem semper difflationem impedit. Vel etiam, quia redditus humor calidior non cômodè difflatur. Vltimò interpretatur Gal. non voluit a sola prohibita ventilatione oriundam putredinem, sed hanc ad illam necessariò consequi, vel saltem frequentissimè.

Num verò & in putredine perpetuò fetor inueniatur, dicendum, fetent putrida, quia humidum, quod est fetoris origo non regulatur a calido: vnde ferrum, lapides, & similia, in quibus multa est siccitas, humor paucissimus, non fetent per putredinem: exigua enim humiditas ad superficiem tracta paulatim resoluitur; ob idque illa non putrida sed cariosa, & rubiginosa redduntur.

tur. Et hæc de causis putridæ febris, quæ in humoribus succendi solet.

Signa. Præsentem febrim nemo ferè est qui non cognoscat, non solùm ex medicis, sed popularibus: igitur in duobus versatur periculum, cognitione scilicet generis, & febris citò venturæ, non tamen adhuc ingruentis. De primo ante signa aduertes ex Gal. 1. feb. 4. si fieri potest primo die qualis sit febris est cognoscendum: quod si in hoc statim fieri nequit, secundo saltem formam inuenire est tentandum: quod si neque in isto aliquid firmũ, atque stabile sciatur, in tertio quid manifestius apparebit: nam paucæ omnino sunt febres quæ vt exquisitè dignoscantur quartum desiderent. Hoc posito humoralis indicia explicat, 1. feb. 7. sup. dict. verb. *Primũ quidẽ non inseparabile, sed proprium signum febris quæ humorum ratione accenditur est, quod nulla earum quæ præincipientes causæ dicuntur, antecedit.* Et Paul. lib. 2. cap. 7. sic peculiarius: *Febres ex putredine venientes deprehendimus, quod nulla ipsa initiatrix causa præcedit, & quod a rigore inchoant, neque æstu, neque frigore vehementi prægresso: sic & pulsuum oppressio, & caloris qualitas tam fuliginosa vt tactum erodat. Item vrinæ cruditas, hebesque cõcoctio: nam magnum, & memorabile concoctionis signum in primis locis nunquam in huiusmodi febribus apparet.* Additur peculiaris inæqualitas pulsus maximè per initia atque incrementum accessionis, ex 1. 4. trac. 2. cap. 2. Et hæc illi, quæ cuncta non simul adesse necessariò, sed magna ex parte colliges. Sẽper rigor in continuis deficit, sępè in intermittentibus, & exilium venarum putredine: in malignis interdũ blãd[?] calor inuenitur, & plurimis vrinæ coctio ex portione ali-

alimenti derelicta, quãdo aliò recedit pars humoris putrescentis, atque incocti. Quid verò de causis præincipientibus sentiẽdum sit, supra dictum reliquimus. Nũc satis sit signa, quæ ferè insunt, percurrisse, quæ vberiùs explicat Auic. cit. De secundo, atque de cognoscenda humorali futura sic, Gal. lib. de præsag. exper. confirm. *Imminentis febris nuntius est, hiatus, horror, oscitatio, nausea, somnolentia, tussicula sub aspera, extremorum infrigidatio, paucitas, & inæqualitas pulsus.* Et 5. de simpt. caus. cap. 4. sic: *In incipientibus morbis antequam febris appareat plurimi popularium inæqualitatem quandam sentiunt nonnunquam per vniuersam corporis molem, sed qualis ea sit narrare non possunt.* Sic ferè Auic. sub nomine dispositionis quam vocat, almelceletũ, in qua caloris extranei mistio cum quadam lassitudine peruertitur. Hanc tamen a febre non separat, Ras. 30. cont. tract. primo, capite primo.

Aethiopes magna ex parte cum febricitant intereunt: quoniam calor plurimus, & humor in his exiguus est, qui facilè absumitur: vnde tota elementorum consistentia resoluitur Aphr. 1. probl. 77. Adde parum habent caloris innati, qui a multo febrili facilè soluitur, & densior, ac torrida cutis excremẽta digeri prohibet, exterior verò flamma absumit spiritum. Intellige tamẽ (vt & sequentia) de febre humorali, quam solam hic tractandam suscepimus. Prognostica.

2 Ex eodem 2. probl. 4. in febribus non rarò lienes augeri solent, quia affluentiùs aquam hauriunt febricitantes, quam lien membrum laxius, atque fungosius faciliùs recipit, vel quia debile.

De

3 De frequentiori casu putredinis, & humoralis febris pluuiosam constitutionem magis appositam iudicat Hipp.3.aphor.16. maximè si ad siccam & aquiloniã hyemem sequatur ver humens, atque australe, tex.11. eiusdem com.

4 Si febrium accessiones eadem hora inuadant durationem portendunt,4.apho.30.idque sentiendum si seruent eam proportionem quam ab initio obtinuerunt in anticipatione, vel postpositione in vtroque enim causa fixa, & inconcussa est. Vndè infertur duplicatas sæpè reddi breuiores, vt infrà dicendum cap. de tertiana. Item si vltra 24. horas perseuerent continuitatem ostendunt: si verò inæquale cùm hoc habuerint incrementum longiores esse solent: si præter hæc inordinatio quædam, vel inæqualitas ipsis vel inconcinnitas adsit indicium erit simul, & magnitudinis, & continuitatis,1.ad Glauc.8. Quæ reliqua vniuersalia in febre humorali reperiuntur, tum in signorum dignotione, tum circa indicationes, temporaque ipsarum cognoscenda, & in tota febre & in particulari accessione satis explicat Galen lib.cris.& meth.med. & compẽdiosè magis Aæt.initio libri quinti. Auic.1.4.cap.2.3.& 4. & nos in peculiari cuiusque febris tractatione fusius explicabimus.

Curatio. Febris hecticę, atque diarię curatio sola vera est, quę vt pote cõtrarietate perficitur: putridæ non ita, sed prophilaci similis ratione causæ pariter concurrentis. Differunt autem, quia prophilace dimicat contra futuram causam: in putrida febre præsentem conamur expugnare. Hoc posito licet huius curatio in particularib⁹ quoque

que

que concurrat, non impedit communes indicationes, maximè si primis diebus febris species lateat. Igitur proposuit Auic. 1.4. trac.2. cap.7.& 9. Aæt. lib.5.cap. 74. septem curanti offert, copiam, crassitiem, lẽtorem, obstructionem, transpirationis detentionem, putredinem, & febrem: quę cuncta Gal. sequentibus ita colligit. Art. med.89. agẽs de communissima indicatione: *Esto enim, si ita contigerit, in humoribus putrescentibus accẽdi febrem indicatio in huiusmodi est euacuatio, atque alteratio.* Quam infrà concoctionem vocat. Et 8. meth.1. *At si in generatione adhuc febris est, causa, quæ eam accendit submouenda: sin pars eius iam genita est, pars adhuc in gignendo: vtrique consulendum est; primum quidem submouendo, quæ eam accendit causam: deinde extinguendo causam, quæ ab hac accensa est.* Et 11. meth.10. sic: *Qui febrem curare volet, necesse est putredinem inhibeat: ita duæ indicationes se exhibẽt, altera a febre, altera a putredine: sanè prohibetur putredo ijs præsidijs, quæ obstructioni medentur, quod iam factum est per ea, quæ obstructa liberãt, quod futurum per ea, quæ affluxum obstruentium humorum compescunt.* Et notat infrà: *Verùm quoniam plurima horum, quæ obstructiones soluunt, calidà sunt, metus est ne tum putredinem, tum febrem augeant: itaq; ijs, quæ citra calorem liberare obstructiones valeant, vtẽdum.* Si iungatur repletio sic cap.5. antecedenti: *In complexu causarum cœpisse a sanguinis missione conueniet: ac abundantia vacuata ad extenuandos humores venire: ab hoc ad remittenda, quæ sunt obstructa, & rarefacienda, quæ sunt densata.* Et ideò lib.9. *Si non vacuatur stipationis causa in incerto omne remedium est: vbi namque abundantia emitti postulat, calor autem refrigerari, pugna, discordiaque inter ipsa sanãdi*

.D. *oritur*

oritur remedia: scilicet ijs quæ refrigerant, licet temperiem naturæ concilient, saltem abundantiam intra corpus retinēt: quæ verò hanc educunt, calefaciunt: sic vt si abūdantiam emittere velis febrem augeas; si febrem refrigerare abundantiam moreris. Deinde cap. 10. Vbi autem quæ obstruunt dißecta, detersaque sunt, per aluum, & vrinas ea vacuare tentandum: cum verò materiæ, quæ hoc efficiunt, calidæ sunt, necesse est tum putredinem augeri, tum febrem: quarè quoadlicet id agendum, vt quæ minùs calefaciat materia deligatur. Inde subdit: Quod verò febris ipsius iam factum est, id refrigerabimus in auxiliorum enim inueniendorum ordine vltima est, quæ ab hac sumitur indicatio. Quarè art. med. 89. Vnum commune præceptum obseruabimus, vt vnamquamque causam priùs rescindamus, deinde ad ægritudinem, quæ facta est, accedamus. Id tamen, si morbus pręstat inducias: nam 10. meth. 1. ita præscribit: Putredo sananda priùs est, sed interim extinguendæ febris, quæ per eam accensa est, ratio est habenda: ac si quidem in vnum consentiant, quod ab vtrisque indicatur, sine cunctatione agendum est: at si quibus præsidijs febrem oppugnamus, ea efficitricem eius causam auxerint, planè nec generationem eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinem minuemus. Similiter si intolerabilis ægro magnitudo morbi sit, committendum non est, vt per ea, quibus causam adimimus, febrem augeamus: simul enim vtrunque sustulerimus, & febrem, & hominem. Sin ita mediocris sit febris, vt quo tempore contra causam pugnas, obruendæ vires ægrotantis non sint, vtique contemnendus is modus non est, nec contemnendus tertius, qui contra id quod maius momentum habet, instare iubet, nec tamen alterius omnino negligentem esse: sanè plerunque causa maior est vis: fieri tamen aliquando potest,

potest, vt ea sit febris magnitudo, quæ præsentem pernitiem, nisi occurras, afferat: quo casu oportebit febrem extinguere: deinde ad causam submouendam accedere. Similiter Auic. quod in debiliori virtute opportunius seruandum præcipit, 1. 4. tract. 2. cap. 7. igitur omnis febris, quà febris est, humectatio, refrigeratioque remedia sunt, 9. meth. 14. 8. meth. 9. vnde eiusdem aqua frigida perpetuò est remedium, nisi obstent putredo, phlegmon, obstructio, & reliqua supra dicta. Nam ex 10. meth. 6. si putredo, aut phlegmone iungitur nec ripsana, nec frigidæ potus conuenit. Infra tamen (vt supra) Gal. excipit vrgentiam, dicens: *Ego autem tallum quoque non paucis dedi, tutius esse ratus phlegmonas in præsens augeri, quam sinere hominem hecticam febrem incurrere.*

Restat tamen ex supradictis dubitatio nùm semper initium curationis a sanguinis missione sumendum sit: siquidem in humorali putrida sępè non inuenitur plenitudo, quæ talem postulet. Dic Gal. in omni eligit auxilium: Nam 10. meth. 4. ita inquit: *Qui febricitant, si valentes viribus sint, omnibus sanguinem ab initio mittes.* Et reddit rationem dicens: *Saluberrimum igitur, vt prædiximus consilium est, in febribus venam incidere, non continentibus modò verum etiam alijs, quas putrescens humor concitat: leuata namque quæ nostrum corpus regit natura reliquum melius concoquit, atque expellit.* Placitum verò intellige dummodò notabile simptoma non incidat, vt inquit, cap. 11. antecedenti: hoc enim sæpè non tantùm phlebotomiam impedit, sed omnem curationis normam præuertit, seriem memorat Gal. 1. ad Glauc. 14. **Phlebotomia.**

D. 2 De

De specie, verò, & mensura euacuationis cum putredo atque obstructio sola venæ incisione curari non possint, ait Aæt. ex Gal. tanquam quæ alijs medicamentis indigeant, propterea pars sanguinis reseruanda est, quæ tempori curationis sufficiat, ne fortè postea ob indigentiam necessitas occupet importunè nutriendi.

Victus. Victus febrientium à putrida licet variandus sit pro causa, specie, viribus, tempore, regione, consuetudine, natiua complexione vniuersaliter præscribitur humidus, scilicet ob siccitatem perpetuò à febre inductam, ob idque Hipp. 6. vulg. 3. tex. 31. videtur dixisse: *Malum febriculosum inimicum fami*; quia nempe fames calefacit, atque exsiccat: similiter frigiditas, ferè conuenit propter contrarietatem, quamuis ob adiunctam causam sæpè calor desideretur. Obstant tamen de vtroque argumenta. Humiditas parat putrefactioni, & ideò 1. 4. tract. 2. cap. 7. fructus nocent febrienti, ebulliente videlicet eorum succo à nimio calore: frigiditas verò obstructiones auget, & causam crassiorem, & ineptiorem coctioni reddit. Respondendum, licet humiditas putredini sit obnoxia, frigiditas cruditatem, crassitiem, atque obstructiones augeat, semper febribus aduersantur, & nonnunquam maior sequitur vtilitas ex refrigeratione, atque humectatione æstuantis ęgri, quàm noxa ex adaucta cachoquimia: quarè semper hæc duo conueniunt febri, nunc magis, si multus sit, & mordax in humore calor, multa siccitas, aut feruor: nunc minùs, si vincant crassities, frigus, obstructio, phlegmon, putredo. Accedit vsus excitandi appetitum

titum in languenti ventriculo propter quam rationem fructus concedi solent, præterquam quòd horum plurimi non solùm non bulliunt, vel corrumpuntur, imò sedant feruorem, & obsistunt putredini, citrum, granata, laurantia. Quando autem laborans putrida cibandus sit explicat Gal. 11. meth. vlt. quantitas tamen ex supradictis sumenda, scilicet ex viribus, complexione, &c. De quibus satis vt accedamus ad peculiarem tractationem cuius-

SECTIO

SECTIO II.

De humoribus in particulari.

CAPVT I.

De sanguine.

Nomina & natura. LAtinè sanguis, Græcè αἷμα dicitur, qui succus continetur intra venas, cor, hepar, & arterias animantium, colore ruber, sapore dulcis, medius inter bilis tenuitatem, & pituitę crassitudinem. homini tamen tenuissimus est, vt asino, & tauro crassissimus, 3. de hist. an. 19. fibrosus etiam pręter eum, qui in damis, ac ceruis effluit: huic enim ob fibrarum defectum concretionem negat Aristot. verè tamen interpretandus de comparatione ad reliquas animantes: nam & hic suo modo coit, concrescitque post fusionem, vt taurinus cele-

celerrimè omnium durescit propter dictam siccitatem, atque crassitudinem. Iam verò hic profusus cruor appellatur.

Temperamentum.

Supposita faciliori doctrina de sanguine quarto humore, a ceteris diuiso. Arist. 2. de part. 3 frigidum, & siccum statuit, licet calore viuentis, & spiritus calidissimum, vt lebetis aqua ignis vicinia bullit: vnde 3. de hist. an. 19. hunc calidum & humidum esse ait: humidũ verò quasi liquidum: nam subdit, *quandiu continetur: at effusus coit*. At sequens est Philosophi ratio. Sanguis extra corpus statim concrescit: congelatio prouenit à frigore, & siccitate: ergo si quid humoris, & calidi continet, id ad membra, atque spiritus referendum: his autem per fusionem resolutis illicò frigescit, & congelatur: nec solum extra corpus, sed in iugulatis recenter animalibus concrescit breuissimè, deficiente scilicet partium, & spirituum calore. Accedit non exiguum Hipp. testimonium lib. de corde, vbi sic: *Neque enim sanguis natura calidus est, vt neque alia quædam, sed calescit.*

Alij meditatiùs rem æstimantes in sanguine nullum inueniunt qualitatis excessum, sed solam temperiem: & videtur confirmare Gal. lib. de fœt. format. dicens: *Nam in sanguine, qui in venis est absque cordis calore tepidus quidam calor est insitus.* Præterea sanguis abundat verno tempore omnium temperatissimo, & sanguinea complexio habetur alijs temperatior. Tertio sanguis sequitur ad moderatam coctionem, vt bilis ad excessum caloris, pituita frigoris: at ex temperata caloris actione, perpetuò temperatus humor gignitur.

Verùm

Verùm continet hæc opinio si loquamur de massa sanguinea in iecore temperato: hoc enim illam producet similem: excedentem tamen sanguinem, quo sensu potest interpretari Gal. loco proximè citato.

Tertia est Gal. & ferè omnium medicorum sententia, quæ magis proposito satisfacit, tribuitque sanguini moderatum calorem, & humiditatē. Inquit ergo Gal. lib. de tum. *Non enim vt pix, & resina, & cera a frigore cõcreuit, sed semper, & natura calidior est.* Item lib. de inæq. intemp. *Nam sanguis calidissimus est naturali calore.* Et 1. de san. tuen. concedit in sanguine excessum elementi calidi, & humidi. Sequitur Auic. 1. 1. doc. 4. & approbat Auerr. 2. collig. 2. confirmant verò sequentes rationes. Prima ex fuso sanguine sequitur totius corporis refrigeratio: vt pariter quando labat vis hepatis huius penuria totum lāguescit: vnde potiùs illius calore totum reficitur, quàm hic a corpore incalescat. Secunda: communi philosophorum positione humorum numerus, & natura elementis respondet: aer colatus sanguini calidus, atque humidus. Et contrarietate quadam se respiciunt: sanguis melancholiæ frigidæ, & siccæ aduersatur: vt aer terræ simili. Tertia: ea corpora, quæ sanguinē abundant calidiora, atque humidiora sunt, & sanguinea complexio sufficientem humiditatem corpori impartitur, non multam pituitæ, & calorem modicum, nō bilis igneum. Ideò senescit tardiùs ob fouentem calorem, atque humiditatem, & seriús moritur propter dilatationem calidi in humido. Quarta ex decubitu sanguinis in partem aliquam eadē manifestè calidior redditur, inflammaturque sæpissimè.

Quamuis

Quamuis tamen hæc probabilior sit, Arist. opinio defendi potest: quare argumentis vtriusque ita satisfaciendum est. Ad primum Arist. de congelatione sanguinis dicendum deficiente calore vitali sanguinis naturalem labi necessarium esse: hoc verò abeunte illum refrigerari, ac proinde concrescere: iuuant autem concretionem plurima; fibrarum connexio, & illa separatio partium subtilium bile, seroque innatante. Sed obstat. Licet concretionis causa in sanguine non ad siccitatē, & frigus, referri debeat, sed ad illam separationem, & crassarum permixtionem a fibris medijs, non inficiabimur sic concretum frigidum esse, saltem calidum affirmare non audebimus. Respondetur nil mirum videri si mortui sanguis mutet temperiem, vt & ipsum cor defuncti animalis. Hipp. lib. de corde videtur sanè comprobare Arist. placitum: quarè vel negandus ille textus & forsan totus liber, alijsque donandus: vel duplici interpretatione recipiendus. Primò si dicamus nomine aquæ non perpetuo rem frigidam intelligere, sed liquidam: vndè sicut vinum igni expositum seruans calorē proprium aduentitium simul recipit; ita sanguis alium habet ingenitum, alium adquirit a cordis influxu, & spirituum conuersatione. Secundò dici potuit non loqui Hipp. de quarto humore, de quo hìc, sed de omni sanguinis massa, quæ natura sua ob mixtionem temperamentorum moderatior reddita est.

Ad argumenta secundæ opinionis, sic ad primum, Gal. dupliciter potest interpretari: vel de supradicta humorum congerie, quæ sanè, modeiatum calorem suscipit: vel per hunc tepidum, non valdè recedentem a tem

perato intelligit. Ad secundum. Licet sanguis vere tẽpe ratissimo abundet, non euadet necessariò tẽperatus: vt neque calidissimum humorem æstatẽ generari perpetuum est: si quidem humorum generatio magis pẽdet à natiuo calore, quam ab extraneo. Vere igitur virtus robustior gignendo sanguini, æstate languens apta non est: hac bileicit ob intensum calorem, illo remanet temperatior ob moderatam continentis, & interni caloris temperiem: hyeme refrigeratur, quamuis propter validiores vires gignatur plurimus. Sed & ver autumno contrarium ad modicum calorem, atque humiditatẽ vergit. dicitur verò temperatus, quia in eo nullius qualitatis excessus ad sensum reperitur. Ad tertium, temperatum iecur adhuc est calidum, vnde sanguis euadet similis.

Tertiam iam explicuimus sententiam, ad illius tamen rationes ita respondetur. Primò Gal. lib. de tum. intelligendus est, quasi calidior sanguis sit, dum natura per stat in opere viuentis, & gubernatur ab influenti corde: at extra corpus non vt cera concrescit, sed ope fibrarum, & separatione partium subtilium ob defectum natiui caloris. Ad secundum ex lib. de inæq. intemp. respondetur pari ferè ratione: calidum scilicet esse sanguinem naturali cordis, & spirituum calore. Ad tertium de san. tuen. loquitur de tota sanguinis massa, atque de ea non quoad qualitates, sed quoad substantiæ modũ: nam partes humidæ, & calidæ terrestres, ac fęcales superant. Auic. autem interpretatur de sanguine colato ad frigus, & siccitatem melancholiæ, qua sanè calidior, ac [illegible] humi-

humidior est. Ad primum argumentum. Refrigeratur corpus extracto sanguine propter euacuationem calidissimi spiritus, & influxi caloris; quo sanguis exarcerat: in hydrope refrigeratur ob generationem plurimæ pituitæ frigidæ, & defectum caloris in hepate, ac corde. Ad secundum, sanguis licet temperatus, vel remissè frigidus adhuc aduersatur frigidissimæ, & siccissimæ melancholiç ob serosum humorem, & spiritum, quem mistum ducit, & sic dicendum de comparatione ad elementa, & anni tempora. Ad tertium, sanguis vincit copia, ob idque vberiorem spiritum & influxum calorem recipit, quibus corpora calidiora redduntur, & calescũt membra ab ipsius decubitu. Senescunt verò tardiùs sanguinei propter copiam caloris innati qua magis cũctis aduersantur, & resistunt iniurijs. Sit igitur & hæc quæstio problematica, si fateamur sanguinem inter humores esse temperatissimum.

CAPVT II.

De morbis sanguinis.

SAnguis aut proprio, aut alterius humoris vitio laborat. Rursus si proprio vel seruata specie, vel hac mutata. Agendum igitur de solo sanguinis morbo, quem immutata substantia patitur: si mutet in aliud tempus differenda ipsius tractatio. Quia verò febrile intemperamentum & notabilius, & frequentius est, 9. collig. 8. ideò instituenda de eodem eligitur disputatio.

Sed obstant Gal. documenta, qui omne febris gen*
videtur sanguini denegare: nam quę prouenit ex feruo-
re ad diariam reducit, 2. feb. 9. eam verò quæ sequitur
eandem putrētem sub alijs febrium generibus compre-
hendit, argumento citæ conuersionis in bilem, & melā-
choliam. Licet autem videatur dubitare de proposito
cit. & cap. 11. sequenti; cap. 2. innuit, & declarat 2. crisi.
12. in hunc modum: *Cum sanguis incipit putrefieri non re-
manet verus, sed declinat ad choleram.* Et clariùs infrà: *Con
stat igitur quod genera febrium sunt tria propterea quod fe-
bris, quæ prouenit ex sanguine quando putrefit proportiona-
tur ad choleram.* Hæc Gal. & videtur sequi Aphrod. 1.
probl. 83. In qua re omissis scholarum argumentis tri-
bus propositionibus conficienda est quęstio. Prima. Le-
gitima est Auic. ac Arabum æstimatio, dum putredinē
sanguinis admittunt, ac proinde ex eodem febrem a bi
liosa distinctam: siquidem putredo illa nō est omnimo-
da corruptio expellens formam substantialem præexis-
tentem. & ideò Arist. in definitione dixit, *corruptio quæ-
dam*, ostendens non esse simpliciter corruptionem, sed
viam quandam (Gal. vocat corruptelam) quæ si repat
vlteriùs, & terminum attingat euadet bilis, atque me-
lancholia per totalem formæ mutationem. Secunda.
Duo illa in quę sanguis per corruptionem desinit verè
bilis, & melancholia non sunt, at eisdem simillima. Insi-
nuat Arist. 3. de hist. an. 16. dum ex corrupto sanguine
genus pituitæ constituit & vocat saniem. Hinc conside
ro tres febris gradus in totidem temporibus: primò san
guis calescit intensius: inde putrescit æquali tamen, &
indiuisus: tandem putridus adquirit formam bili & me
lan-

lāncholiæ respondentem. In priori simplicissima febris est, minùs in secundo, in tertio sapit tertianam. Tertia; Gal. minimè negauit febrem sanguineam · scrupulosè verò aliam opinionem amplectitur considerans paruū discrimen inter hanc, & biliosam, maximè si tandem eadem ferè methodo sit curanda: quarè interpretāda sunt eius verba. Itaque 2. de dif. feb. 9. vel 2. non negat aliundè sanguineam putridam nisi ob maximam similitudinem, quamcitò cum biliosa concipit. Imò sæpè ex caloris lenitate putridum sanguinem iam ab acri bile separat: hoc verò idem insinuat. Inquit enim: *Cum sanguis putrescere incipit non amplius bonus remanet, sed ad amaræ bilis naturam transit.* Et rursus: *Quæ febris ex sanguine putrescente fit, iam quodammodo biliosa est.* Non dixit autem simpliciter biliosa, & supra non dixit ad amaram bilem transit, sed ad naturam amaræ bilis, quasi ad humorem bili similem.

Restant tamen aliqua de proposito examinanda. Primum: vtrum sicut sanguineę febri biliosa potest succedere; sic illa huic. Euentum, quamuis rarum, concedit Gent. sed distinctione opus est: vt enim bilis in sanguinem mutari nequit, sic neque biliosa febris in sanguineam: potest tamen dari casus, & putridus calor, qui bilem primò corripit, postea vertatur ad sanguinem, & gerat sanguineam. Inde in medica fallaces coniecturæ pereunte ægro propter accursum nouę putredinis, quē medicus, quamuis doctus, euasurum prędixerat. Secundum, an cum febre sanguinea simul aliud febris genus inueniri possit. Gal. 2. feb. cit. hanc statuit perpetuò simplicem: Auic. compositionē admittit: hic rei absolutæ

veri-

veritatem speculatur; ille sensum, quem sanè effugit prædicta compositio: obumbrat enim sanguinea febrē adiunctam, nec permittit nouæ repetitionis euidentiā. Tertium sequitur num febris hęc periodica esse queat: pariter Gal. satisfacit, aitque sanguinem putrentem in inflammationibus periodos reddere propter vicissitudinem mandantis membri, venalem minimè ob perennem vaporum accursum, quos semper suggerit. Admittunt tamen Gent. & nonnulli modernorum: sed ego in multo sanguine non video modum conuersionis ad locum putredinis: si igitur parua sanguinis quantitas naturam lacessit, & foras pellitur, in tumores, ac inflammationes cogitur, aut in exanthemata prorumpit; siquidem vtrique morbo paratissimus est. Sed de his satis; vt accedamus ad tractationem febris sanguineæ.

Nomina, & differentiæ. Hanc febrem Græci sinocham vocant, Latini continentem, siue conclusam. Hanc Gal. 2. febr. in tres secat species, primam, quæ ad finem vsque augetur, alteram, quæ similiter decrescit, & tertiam eodem tenore procedentem, hanc homotonam, primam epagmasticam, secundam peragmasticam vocat. Sed patitur instantiam diuisio. Primò infertur, notauit Auic. in febre synocha visuntur stationes quædam, ergo non æqualis ordo in triplici differentia. Secundò, aduertit Gal. febrium durationi præter multitudinem, aut crassitiem materiæ faciunt virtus debilis, pororum densitas, ambientis frigus, & similia, post quæ mutabitur data proportio: iam ex euacuationum frequentia euidenter impeditur, quoniam remota causa prohibetur perennis vaporū accursus,

sus, vnde homotona eodem tenore non persistet deficiente illorum copia. Concludunt sanè argumenta, sed non peruertunt considerationem medicam, quam solā Gal. scrutatur.

Obstructio causa est, quę calorem suffocat, prohibetq; commodam dilationem: hæc autē, si modica, & sanguis ineptus putredini feruorē concitat, & febrē diametam: si magna, sanguisque corruptioni proximus, synocham putridā. Quæ huic annectit Aet. ferè cum eadē coincidunt, numeranturq; sup. cap. de febre humorali. Antecedunt verò demissa exercitatio, eadem proli xior, vel intensior, repentina suppressio vacuationis solitæ, aut si quæ sanguinem multiplicant, & incrassant. *Causæ.*

Demōstrāt hāc febrē simplex natura, caloris lenitas, æqualis ordo in triplici specie supradicta, vaporosa caliditas, rigoris defectus, solus ad crisim sudor, oculorū, tēporū, venarūq; inflāmatio, pulsus magn⁹, æqualis, plenus, lenis, creber, & vehemēs. Addit Auic. multū somnū ex mitti sanguinis vapore, Zoar vigiliā a magis acri, & bilioso. Vrina verò sæpè naturali similis est, sæpè ad suborē decliuis præsertim in incorrupto synocho. In putrido rubrior hæc est, febris nō ita simplex, nō ea caloris lenitas ob adiunctā putredinis acrimoniā, minor in pulsibus æqualitas, nō ea mollitudo. Adest vlteriùs mētis cōturbatio, oculorū tenebrositas, omnia tādē difficiliora simptomata, & eò magis quò vltra procedit febris, & sanguis per corruptionē recedit a naturali statu. Iuuat autē ad cognitionē vtriusque speciei sanguineæ multitudinis euidens argumentum, quod prosequitur Auerr. 4. collig. 10. & nos diximus in cōmunibus humoralium notis. *Signa.*

Que

Prognostica.

1 Quæ prouenit a calefacto sanguine sæpè migrat in putridam, quam non semper antecedit. Negligẽtia medici frequens est mutationis occasio, 3. collig. 8. error verò frequens ex 3. de cris. vtraque acutorum more terminatur celeriter; neque impedit sanguinea crassitudo; quam morbi acuties, atque periculum superant. Septima dies putridæ crebrior terminus, rarior quarta. ex cit. cris. sed hęc frequentior in feruore sanguinis. Adde nisi turbans simpthoma pariter incidat, quod vel morbum protrahat, vel interitum acceleret 11. meth. 11.

2 Euentus in ætate florenti, atque athletis frequentissimus est, rarissimus in senili, vel frigido, aut gracili corpore: vet muat, impedit exusta autumni qualitas.

3 Aequalis ordo censetur prauior, decrescens mitior, increscens deterrimus.

4 Sudoris, & fluxus narium crebrior est terminus, de generatio in tertianam, vel causonem frequentissima.

Curatio. Phlebotomia.

Feruoris curatio duplici intentione voluitur, commoda scilicet euacuatione, & alteratione bullientis calidi: primam exactè complet phlebotomia, sed de quantitate dubitant plurimi, licet vnanimiter largiorem cõcedant. Gal. permittit vsque ad animi deliquium propter inductam refrigerationẽ, qua sæpè febris soluitur. Paulus similiter. Zoar assentit habita priùs firma cognitione febris, & post sufficientem deiectionem, quã bis, aut ter ægrotans mouerit: ne scilicet per huius motum facilè sincopis irruat, tardiùs soluatur, & difficili⁹. Aui. non vsque ad factam sincopim videtur concedere, sed ad proximam. Aet. magis veretur, nec consentit nisi in magno virtutis robore, tribuens pariter aliquid tẽpori, & ho-

& hominis temperaturæ. Ras. 17. cont. etiam metuit; Negat Auerr. 7. collig. hęc illi. Nostris sanè temporib' securior est partita vacuatio, vno dempto casu citæ suffocationis, ex qua maius incommodum sequitur, quã ex dubio euentu syncopis, quæ sæpè leuari subtili alimento potest, & compesci aspersa frigida. Verùm, quãuis partita, compendiosa phlebotomia conuenit, vt cõsulit Gal. dicens: *In eam consilij inopiam deuenerunt, qui principio non euacuarunt*. Tutum verò non est, quod ibidem, & alibi præscribit de pueris 14. annum non agentibus: siquidem nec in minori plenitudine interdicitur, sed parciùs adhibetur, vt & ipse monet in habitu molli, ac laxo, calida regione, simili tempore, &c. At parcendum Gal. seculis (tanta est, nec immeritò in virum reuerentia) & indulgendum aliquid vini, ciborumq; parcimoniæ, quæ seruabatur, & hæc de prima vacuandi intentione, post quam sequitur secundum refrigerandi auxilium.

Inter omnia iustis conditionibus commendatur frigida: sunt verò sequentes, nulla subsit interna inflammatio, quæ magis crudescat: non humoris crassitudo, qui ampliùs hęreat: non insolitum illius occursum horreat debilis particula, æstimeturque pręsens temporis, & ægri temperamẽtũ. Id circò in deiectis hui' seculi viribus, & hodierna ventriculi iactura satiùs est partim per vices frigiditatis excessum, & pellere intensum calorẽ paulatina graduum inductione: iuuabit mutatus aer rosis, nenuphare, salice, violis, victus similis, & creber vsus perfrigerantis syrupi. *Aqua frigida pot.*

Synoch⁹ ex putre dine. In putrido vltra depositionem plenitudinis,& vsum refrigerandi,quæruntur quæ putredini obsistant, retundantque corruptionis impetum: sirup. de succo acetosæ,de acido citri,de acido limonum,& similia, quę vice condimentorum addantur epulis. Gelida potio in hoc minùs congrua, minùs efficax phlebotomia, quæ non ita debetur copiosa, ob debiliorem vim seruandam ad alias euacuationes, quarum necessitas multiplex est. Prima purgationis, quæ non vrget in benigno sanguine,neque adhuc in putrescente, sed iam mutato: quippè huius abundantia per aluum vacuari non potest, neque feruor purgationi cedit, imò exasperatur: conuenit ergo purgatio putridę synocho: securiùs verò expectatur sanguinis in bilem conuersio, vel ebullitionis quies,& tepor incendij.Ideò sexta dies aptior, octaua sæpissimè.Secunda necessitas est digerendi, de obstruendi, & purgandi particulariùs per vrinas, sudores,& insensilem halitum. Igitur compendiosa putridę curatio duplex est: altera conuenit putrescenti sanguini, vel parato putredini,quæ ferè coincidit cum supradicta: altera respicit eundem putrefactum, versumque in alias substantias.Rursus in his multiplex inuenitur indicatio de qua supra,& cap.2. primæ sectionis.

(?)

CAPVT

CAPVT III.

De bile.

QVod Latini bilem, Greci choleram vocant: hæc tamen nonnunquam ſignificat acutum vētris morbum, quo talis humor infra, ſupraq; deijcitur, & vrget repentinꝰ labor periculoſi ſimptomatis. *Nomina.*

Bilem calidum, & ſiccum humorem eſſe nullus dubitat: nùm verò & hæc ſanguine calidior ſit, non ita conſtat: nam Gal. 1. de temp. calidiſsimum hunc ſtatuit eorum omnium, quæ ſunt in corpore, & eam partem calidiorem, quæ maiorem eiuſdem portionem obtinuit. Probat autem ſequens argumentum. Sanguinea complexio magis reſiſtit frigerantibus, quam biliosa: hoc autem non aliundè niſi a maiori caliditate, quam poſsidet. *Temperamentum.*

At manifeſta eſt contraria Gal. ſententia de propoſita quæſtione. Nam 10. de med. facult. 12. ſic: *Hic ſuccus omnium qui in quocumq; ſunt animaliū calidiſsimus eſt demō ſtratus.* Loquitur verò de fele, & lib. de inæq. intēp. *Calidiſsimū natura eſt flaua bilis, frigidiſsimū pituita.* Viteriùs id effectu demonſtratur; bilioſa febris intenſior eſt ſanguinea, eriſipelas acutius, quā phlegmone. Adde: licet ineſſet caloris paritas in bile ſuperat actiuitas ob adiunctam ſiccitatem. Nec adducta Gal. ratio, 1. de tēp. rem cōficit: interpretandus enim de ſanguine non colato bili, ſed hanc includens cum reliquis humoribus: at lib. de inæq. intemp. & ſimpl. med. facult. illis eandem

confert, conceditque caloris victoriam. Hinc ineptam colliges Valesij solutionem intelligētis Gal. cit. de tēp. de sanguine vt alimentum est: sic enim a comparatione secludit bilem, cum antea fateatur omnes cum sanguine humores ire in alimoniam totius. Accedit quòd bilis in ea opinione alimentum est sanguine calidius, & sanguis hominis biliosi sanguineo calidior. Ad argumētum verò sic respondetur: Sanguinis calor in copiosiori materia fortior est, vndequaque resistens irruenti cōtrario non aliter, quam militum alæ multiplices quāuis debiliores vrbem valēt ab aduersis tueri, quam vna defendere non potest, licet validior. Constat itaque bilem sanguine calidiorem esse, idque intensione caloris, nam calidi multitudine longè sanguis superat: hic verò reliquorū, quæ sunt in corpore calidissimus est, adhuc ipso corde, ac hepate, si non ex se, saltem copia affluentis calidi, & spirituum multitudine.

Species. Bilis communiori diuisione duplex est, altera naturalis, altera prętemnaturam: naturalis est humor leuissimus, tenuissimus, calidus, amarus, siccus, per æstatem crescens, & furens. De colore variè loquuntur. Gal. nōnunquam flauam, sæpè vocat pallidam: sæpiùs morbosam dicit pallidam, & 10. simpl. pro cōplexione animalis nomen sępatat. Auic. naturalem rubeam, corruptam appellat flauam. Sed quidquid de nominib⁹, de re proposita ita sentiendum est. Bilis naturalis remissam habet flauitiem, ideòque Gal. sæpè morbosam summè flauam appellat: talis verò in hepatis folliculo contine etur. Eadem si per venas eat seroso liquore mista dicitur pallida, & rubea cū Auic. quatenus ruborē sanguinis imitatur, & hæc de bile naturali. Dif-

Difficilior sequitur de nonnaturali disputatio, cuius primò generationis seriem leuiter perstringemus, deinde seorsum species. Hæc igitur ortum habet duplicem: vel enim supra modum calefit, aduritur, aut corrumpitur: vel vitiatur a permixtione liquoris extranei. Adde tertium sanguinis corrupti, & in eandem, vel in simile putridum degenerantis: vnde sequentes differentiæ.

Vitellina duplex statuitur, altera Gal. lib. de atra bile, & 2. progn. 38. summè flaua per vlteriorem adustionẽ flauæ, seu pallidæ: altera Auic. 1. 1. doct. 4. à permixtione crassioris pituitę (quia tenuis citrinam reddit) ideò quę crassitudine non tantùm superat naturalem, sed vitellinã ex flaua: cedit tamen huic caloris intensione; & naturali ferè ęqualis, remanet non impediente phlegmatis albedine, quod calore exaruit. Hanc doctrinam vtriusque differentiæ in vitellina insinuat Zoar, lib. 3. tract. 1. cap. 6. & Auerr. quilicet 7. collig. 22. Auic. sequatur, lib. 3. cap. 3. vel inuitus Gal. suffragatur. Ita verò cõciliatur Gal. Auic. admittunturque variæ positiones de compositis febribus. Illud quoque incertum non est ignem calorem bili addere & crassitudinem, & coloris intensionem: vnde elicitur flauam per adustionem vitellis similem reddi, ob idque iure dici vitellinam; vt illã similiter, quæ miscetur crasso phlegmati, si tamen validi caloris actionem experiatur; quippè si non hanc ferat, haud similis euadet vitello, nisi albenti cuipiam, vt fortè Auic. voluit, & forsan dederunt occasionem oua illius regionis, aut idem vitelli nomine intellexit totius oui confusionem, cui sanè ea bilis erat simillima.

Porraceam, seu prasinam fieri a maiori adustione

concordant tum Gal.& Auic. tum reliqua medicorum posteritas: nec dissentiunt in loco generationis, quem frequentiorem concedunt ventriculo, venis non abnegant: pariter deteriorem in venis ortam, minùs in ventre malam proferunt vnanimiter, vt quoque generationis modum, illam scilicet ab adustione humorum profectam, hanc a corruptione ciborum, siue acrium, & calidorum nasturcium, sinapi, brassica, allia, porri, beta: seu frigidorum; qui tamen prauos mores habeant, & partem serosam, atque facilè putrescentem, lac infantium, cucumeres, pepones, melopepones. In his inquā omnes consentiunt, sed tota difficultas est de materia porraceę in venis genitæ: Gal. 10. simpl. 12. istius ortum tribuit flauę supra modum assatæ, Auic. vitellinę magis adultæ: ille videtur secum pugnare: nam lib. de atra bile dixerat, assatione flauę fieri vitellinam; non ergo porraceam. Auic. quoque assertum instantiam patitur: quippè difficilimum videtur phlegma ad viriditatem trāsire, sed potiùs offuscari atque nigrescere. Dices pro Gal. vel flauæ nomine vitellinam intelligere, vel porraceam a flaua quidem proficisci, non immediatè tamē, sed mediante vitellina. Pro Auic. autē dices in sua vitellina pręter admixtā bilem, iam maiorē phlegmatis humorē exustum esse: vnde procedente mutatione tollæ bilis citrinitas, & fuscata albedo pituitę porraceum colorē inferunt. Sed omissa litterali Gal. & Auic. interpretatione, sic mihi videtur philosophandū de vtraq; porracea. In ventriculo genita vera bilis non est, neq; eiusdē pituita, vt iam argumentis confecimus: sed hic crudus humor ab imperfectione caloris natiui nō poteris

id

id alimentū ad chili perfectionē efferre, ille corrupt⁹ se quens, & naturā ventriculi prauè coquentis, & proprietatē cibi facilè corruptibilis. Adde: bilis semper arguit excessum coquentis: ast hic potiùs diminutio, & defectus coctionis cernitur, 2. de nat. fac. vnde citra morbū ea cruditas inuenitur excreta salubriter porracea intra salutis metam. Satis igitur erit si bili simile fuerit excrementum: hanc autem ab vno, ac solo hepate generatā. De venali sic: neq; ex flaua Gal. nec ex vitellina Auic. simpliciter oritur, sed ex certa, atque determinata, quæ sequitur proprietatem certi alimenti, quod redoleat viriditatis sobolē: imò verosimile est in hepate creari ante conceptā flauitiem: vel quæ leuiter mutetur, & viridē formā referat: quarè existimo ex solis alimentis porraceā in venis fieri, quæ eandē ventriculo concedūt, in hunc modū: ea cibaria, quæ in ventre ad porraceā conuerti diximus, si quando a coquente ipsius non sufficiēter mutentur, neq; omnino corrūpantur, hęc si calorem hepatis deprauatū inuenerint, abibunt in hanc bilis speciē, nec aliter dabitur occasio eiusdē gignēdæ. Videtur cōprobare Gal. 2. progn. 39. dicens: *Calorē in corpore indicans, atq; excrementi proprietatē.* Nec obstat additū, nā potest accipi talib⁹ nequaquā ingestis vt nō corruptis interim in ventriculo: quasi dicat, si talia in ventre priùs non corrūpantur, postea in hepate poterunt corrūpi, & migrare in porraceā. Dicès tamen, ex omni flaua bilis atra fieri potest, nec aliter quā per mediā viridē. Dicā, nil vetat immediatè nigrā ex flaua gigni, aut saltē hæc aliū nō porrinum colorē priùs induet, seu ceruleū, siue isatidis, quos admittit Gal. cit. simpl. ex flaua oriūdos.

Sequi-

Sequitur æruginosa, quam Auic. zinariam vocat, & sanè quadrat nomen (licet falso Vales. rem separat) nã zinar apud Arabes ærugo est. Hoc præmisso hanc a porracea oriundam concedunt vnanimiter, sed restat dubium de placito Auic. quem lapsum in discriptione huius choleræ omnes ferè arguunt, censentque impossibile porraceam albescere, ante inductam nigredinem: sed preterquã quòd albus color citra nigrum mediũ produci potest, sequẽs mediũ negari nõ potest admissa hu⁹, & Gal. opinione de generatione vitellinæ. Ex phleg mate, & flaua bile perustis vitellina gignitur: vnde pituitę portio incipit denigrari, biliosa intendi: hinc verò porracea a mixtione nigredinis cũ flauitie: inde procedente adustione nigredo ad alborem tendit, seruata adhuc ob flauitiem viriditate licet crassiori: quare color æruginis similis enascitur, & bilis æruginosa, quam zinariã liceat appellare, introducitur ergo modus ille albedinis in partem adustam phlegmatis iam sicciorem, & præcrassitie marescentem: vel dici potest in porracea relinqui vestigium albentis pituitæ, quę precessit in vitellina, offuscarique herbaceum bilis colorem, & inde gigni, quẽ zinarium dicunt. Ex porracea Gal. quæ ab adusta flaua oritur, difficilior est transitus in ęruginosam nisi per atram mediam, si cum hoc animantis vita seruari possit, dices tamen exusta porracea ante nigredinem conceptam fuscam viriditatem adquirit, vnde ęruginosa porraceæ similis. Item nigra in cinerem conuersa remanet zinaria albedinem referens sine vlla viriditatis specie: & in his duabus Vales. distinctio saluari potest.

Cæ-

Cærulea, seu glauca, Grecè κυανώδης, glasti colorem referens in nigrum vergit a precedenti adustione.

Rubram aliqui addiderunt ex Actuario, cap. de vrina, Gal. lib. de atra bile, & 6. vulg. 5. Auic. cit. Sed re vera non datur, nisi ad ruborem inclinans propter contrariam adustionē: dabitur igitur sanguis ruber, & tenuis bili similimus, vel humor in quem putrescens hic desinit, quem pariter bili similem superiori sectione constituimus: quare supradicti auctores, vel de his interpretandi, vel de flaua intensa, aut crocea, aut hypostasi, quæ ruborem vrinæ conciliat.

CAPVT IIII.

De febre biliosa.

QVæ bili contingunt ab hepatis commercio non est cur repetamus, siquidem præcipuas huius affectiones perstrinximus: quare restat disputatio de febribus cholericis, quæ saluo iecore non raro accidunt. Id verò, & in pituita, & in melancholia obseruandum indicamus. *Nomina, & differentiæ.*

In genere duplex est biliosa febris, causus, quem sic ab incendio Greci vocant, & tertiana: ille nusquam diuiditur: hæc in continuam, ac intermittentem. Ea rursus aut simpliciter continuitatem seruat, aut talis dicitur a subingrediente accessione, quæ non permittit quietem. Intermittens verò, aut simplex est (non hic simplex opponitur composito, sed duplici) aut duplex: quibus accedunt binæ tertianæ siue, quod frequentius accidit, ea-

dem die repetant, vel singulis, vt concedit Gal. 2. ctis. 9. & lib. de typis: non enim repugnat (quidquid aliter Amatus) materiam huius foci moueri hoc die, sequenti aliam foci alterius. Et isti sunt frequentiores typi febrilis choleræ. Nos magis crebras repetitiones vidimus, tres vna die propter intemperaturam diuersarum partium, & perennem corruptionem humorum in multis focis. Item si quando tertio die duæ sunt tertianæ, vna medio vocat Gal. complicationem tertianarum, 2. ctis. cit. faceturque confusionem continuę, atque intermittentis tertianæ. Euentus causa in genere refertur ad focorum diuersitatem, atque ita si multa bilis putret intra vasa parua; & a corde distantia reddit continuam, non integre desinentem, seruantemque per tertium circiutus si toto putrescit, vel in maximis præcordiorum vasis gerit causam. Intermittés extra venas fertur, quæ si multipliciter affert duplicem, aliter simplicem: binæ vero, aut tres si inueniantur tertianæ a multiplicibus focis solent accidere, vt pariter prædictæ confusiones. Sed has vltra 6. vulg. 2. com. 25. secat Gal. in tertianam protensam, in exquisitam, & simpliciter tertianam, exquisita vltra 12. horas non extenditur: sępe has non attingit ob tenuem, paucam, & volubilem causam a validiore naturæ motam. Producta vix desinit. Et illæ sunt tertianarum differétię, & complicationes, quas humor biliosus inuicem patitur: quas habet cum alijs humoribus seruantur ad sequentia vbi de compositis febribus sermo instituitur. Prædictæ vero repetunt in hunc modum. Continua suscipit incremētum, tertio maiorem nullum causus, sed æqualem formam continentis. Duplex

plex singulis dieb⁹ repetit, & totidem ad integritatem desinit, nisi continua per subingressum sit, quæ similes paroxismos cum continuitate seruat. Simplex altero die accessionem, altero nullam habet. Tres, aut duę interdum confunduntur aliquando separantur. Adiuncta continuæ tertio repetit seruata continuitate per reliquum tempus. Et hæc de bile putrescente.

Si feruens, vt sanguis continentem gerat aliquando multi dubitant. Gal. 2. feb. 1. ita inquit: *Non sufficit ad generationem febrium sicuti multi opinantur si solum amara bilis exuperauerit: sic enim omnes qui morbo regio laborarent in maximas febres inciderent: in eis siquidem huiuscemodi humoris magna in toto corpore portio redundat, non tamen febricitant nisi aliqua alia accesserit causa.* Et paulò infrà loquens de febribus cholericis: *Hæ siquidem flaua bile putrescente fieri consueuerunt*. Itaque videtur Gal. soli putrenti bili febrile negotium demandare. Aliter tamen alij, & sanè calidus humor feruore potest, sed in vasis maximis non poterit, quin pariter sanguis bulliat: quarè vel hic tenuis, & biliosus, vel mista ardenti feruet cum sanguine bilis. Igitur maior est dubitatio de intermittentibus non solum tertianis, sed reliquis, quibus etiam Gal. cit. febrem negat, nisi priùs initium putredinis contrahant.

Sed recusat Auerr. 3. collig 4. & videntur suadere sequentes sylogismi. Primus, non omnis calor extraneus, in quo febris consistit, putridus est, nam sępè aduritur humor, sępissimè inflammatur, nec antecedit, vel sequitur necessariò putrefactio, quia validum agens

breui potest haurire cunctam subiecti humiditatem, & torrere residuum hoc autē sic absumptum, atque aridum non putrescet. Confirmant biliosæ inflammationes, & plasma, atque æruginosa bilis, quæ potiùs adustionem, quàm putredinem redolent. Secundus, si sanguis humidior aduri, & inflammari potest, meliori iure bilis siccior, & assentit Gal. 1. epid. sec. 2. tex. 20. & 4. aphor. 59. referens causonem ab hac in visceribus inflammata, solius redundantiæ, & motionis in bile metbinit in generatione intermittentis addens temporis loci, & regionis temperaturam inflammationi paratissimam.

Admittenda tamen est Gal. propositio, & dupliciter interpretanda. Primò, cùm ad considerationem medicam minimè foret necessarium, non separauit Gal. hęc duo vstio, & putrefactio: vndè si quando solius corruptionis meminit, sub hac & assationem intellexisse consentaneum est, atque ita admisisse biliosam ex vstione saltem intermittentem de qua præsens sermo. Secūdò potest admitti Gal. de sola vera putredine, atque ita satisfaciendum supra dictis Bilis, vt supra diximus, in continente simul cum sanguine inflammatur, ast hæc in intermittente nisi putrescat circuitūm reddere non potest: nullus enim est adustionis, vt putredinis fo cus. Itàque certa die inflammari non potest ad certam repetitionem, putrere bilis potest. Sanguis verò, si quando intermittentes afferat, habet initium putredinis in inflāmationibus. Porracea, vel ęruginosa bilis, quàuis aduśtantur, mores seruant anteactæ putredinis in flaua.

Num verò vt melancholia crassior potest mutare typos, & efficere quintanā, sextanam, &c. sic bilis crassissima

ſiſsima poſsit repetere de quarto in quartum, & quotidiana de tertio in tertium: accidiſſe teſtatur Vgo, & inſinuat Auic. 1. 4. trac. 2. cap. 1. § *Et iſtæ quidē febres*. Sed vtrum vt minera huius febris intra venas datur (ſic de pituitoſa, & melancholica) ita detur in arterijs in dubium vertitur, cui reſpondetur affirmatiuè: Et hęc inter alias cauſa eſt cur aliquando contumaciſsimæ febres ſint, nec vlis cedant remedijs; difficiliùs enim attrahitur quidquid in ijs putret, & minùs promptè eò perſuadit medicamentorum virtus. Euentus tamen frequētior in venis eſt, vbi ſanguis craſsior; & humidior minùs difflatur, ac proinde faciliùs corruptionem concipit.

Conſtat ex ſupra dictis immediata cauſa febris cholericæ, ſcilicet bilis putrens, aut feruens; ſi velis admittere. De bilis ſpecie. Gent. negat porraceam, atque æruginoſam, quas permittit Zoar, & videtur aſſentire Gal. 3. epid. 3. tex. 75. Antecedunt verò inſolationes, curæ, vigiliæ, labores, cibi calidi, & ſalſi, prolixa exercitatio, feruens æſtus; moleſta ſitis, fixa, ac diuturna cogitatio, omnes demùm cauſæ, quæ nimis exſiccant, & calefaciant præſertim ſi tranſgrediantur metam propriæ conſuetudinis. *Cauſæ.*

Bilioſam febrem comitantur ſequentia. Calor vehemens, in cauſone flammeus, ſemper occurrens tactui, in tertiana primo occurſu, langueſcens poſtea, nec euidēs niſi per ſtatum acceſsionis: in vtraque, moleſtus, acris, & feriens. Cuncta in cauſone intenſiora, & in tertiana ſecundum proportionem aduſtionis in bile. Sequitur moleſta ſitis & motus ad ſuperiora: hinc dolor capitis, ira, furor, vigilia: ampliùs ſi tenuior, & acrior bilis ſit; *Signa.*

hæc

hæc enim promptiùs sursum rapitur, & menynges mordet, aut perturbat cerebrum. Pulsus magnus, celer, & frequens est: vrina rubicundior, non crassa, quam præbet sanguinea, sed tenuior, atque ignea. Accedunt similis deiectio, vulgaris morbus, biliosa temporis, &c. quę antecedunt supradicta. Et hæc in vniuersum biliosam febrem significant.

Peculiariùs tertianam ostendunt morsus ventris, & biliosa vomitio ab exquisito humore petente ventriculum: vel deiectio similis si fluat ad intestina. Sitis grauior per incrementa, minor in continua, in qua bilis obtunditur humiditate sanguinis, & pituitę. Pulsus initio tardus, paruus, ac debilis progressu magn⁹, celer, & frequens, semper æqualis inter febres alias, & finita accessione naturali similior. Vrina primis diebus coctionem ostendit. Primo insultu rigor vehemens subitò incidit, sed breui durat: pungit etiam, & mitior est non tantum quisq; ad suum finē, sed morbi processu, quia bilis per coctionē melior reddita est, reliqui humores magis tenuātur, & excādescunt. Sed cur sæpè rigorē febris anticipat? sæpè initiū putredinis in intermittentibus intra venas sumitur; licet putrere extra, cōmunis consensus statuat. Vnde nonnunquā imbecilla facultas citò humorē pellere non potest, mouetq; paulatim, quousq; totā trudat extrorsum: hinc malignū horret interdū, & sistit certis ab incepto motu: quo interuallo fumat putrens humor: hinc autē cor anxiū, morsus, sincopis, & alia periculosa simptomata. At cur nonnunquā in continuis paruus cernitur? ob acrem bilis halitum, qui leuatur, pungitq; sententia, isque nullus, vel rarus cæteris continuis

tinuis nisi malignis: frequens verò in eisdem frigus, vel a debilitate virtutis, vel a profundatione caloris innati aduertit Auic. 1. 4. trac. 2. cap. 1. & Gal. 4. aphor. 46. 7. aphor. 1. Cur etiam in aliquibus intermittentium nullum aut rigorē, aut frigus experimur? & insinuat Auic. cit? causa est leuis obstructio in venis exilibus, qua fumat putreus, & paucus humor, nec potens reddere continuam. Sequitur signum aliud expurgatio facilis, cui cedit mobilis humor, & tenuissimus, nec in principio tertianę improbanda, quo pars materiæ vt coqui, ita expelli potest, & in cruda ęgrum leuat sæpissimè, quamuis prauæ dispositionis sit signum, 4. aphor. 21. 22. 47. Hoc comitatur aliud, dum morbi, tum accessionis breuitas: ille septem circuitibus terminatur: hæc maior ad 12. horas extenditur, minor ad quatuor, 1. ad Glauc. 8. 1. 4. tract. 2. cap. 37. licet trac. 1. cap. 4. ad tres tantùm durantem inuenerit. Terminum variant materiæ quantitas, & qualitas, corporis textura, ægrotantis regimen, anni tempus, facultas, ac virtus, quæ robusta in morbo salubri celeriùs mouet, coquit, & soluit, in lethali debilis citiùs corruit. Sed cur hæc vltra septem circuitus morbum non protrahent? Dic, multam bilem in corpore denso, & frigido tempore, imbecilla virtus vna breui accessione soluere non potest; per septem iam coctam valet discutere, ac pellere. Accedit omnimoda integritas quantùm sensus assequi potuit: bilis etenim humor maximè solubilis post accessionem, quam mouerit, minimam fumi quantitatem derelinquit in foco. Sudor verò propter easdem causas frequens est in statu, vel declinatione

ter-

tertianarum febrium. Iam si multos per id tempus tertianis corripi contigerit, & hoc erit euidentius morbi signum, 1. ad Glauc. 5.

Causonẽ monstrant sequentia. Calor, & sudor æquabiliter effusus propter defectum obstructionis in periodicis frequentissimæ. Si non sitis maior, nigrior, & aridior lingua est, quia bilis plus inflammatur in maioribus præcordiorum vasis. Sequitur prolixior vigilia, & phrenitis rapida vice intermittentis delirij. Nulla cuidens circuitus ratio, nec certi sunt, quos inuenit Auic. 1.4. trac. 2. cap. 3. hoc enim non ita recipiendum, vt ritu tertianæ per dies impares humor pellatur extrorsum, sed moueatur versus cor: vnde furtim repunt tepores quidam extremorum; & in internis acrior, ac asperior quodammodo subcrescit caliditas: cuncta in paribus manifesta diebus. Pulsus si non ita magnus, vt in sanguinea, velocissimus est, vrina tenuis, & ignea, præsertim si non iungatur putrefactio, sed sola adustio, vel insignis cruditas, aut obstructio aqueam reddat. Ad de febris hæc à salso phlegmate cuncta habet remissiora, vrinam verò rufiorem, & magis spissam. Inter hanc, & intermittentẽ habet signa media tertiana continua: huic proxime accedit illa, quam subingredientem appellãt, & istis breuis tertianæ, vel aliæ, quas confusas dicimus, de quibus supra, & hæc satis de signis, quæ similiter in prognosticis, atque curatione intelligenda sunt, ita vt quæ de causo diximus, ea & de cæteris continuis admitti possint, quæ de intermittentibus, etiam de simplicibus conferant.

Prognostica. 1. Biliosæ febres judicari solent vrina, vomitu, dejectione,

tione, sudore narium sanguine. Tres euentus primi tertianæ magis peculiares; narium sanguis in ardenti communior: sudor in vtraque crebertimus. Sed de his infrà.

2 Licet quocumque tempore omnes fiant morbi, 3. aphor. 19. biliosæ febres per æstum sunt frequentiores: per hyemes, & autumnum concedit Arist. 1. probl. 29. quia calor pulsus a frigore hyemis intro se contrahit: sic in regione frigida, 1. probl. 61. hoc autem ex accidēti cōtingit, illud vi caloris, qui biliosiores humores reddit. Huic accedunt cibi, & temperatura similis, promptissimæ verò si accesserint labor, inedia, solicitudo, vigilia.

3 Iuuenilis ætas his plus obnoxia: contra in senibus non fiunt horum enim febres sepultæ, 1. aph. 14. ardentes maximè: si quando eueniant, lethales æstimandæ, vt in frigidiori natura, ac tempore.

4 Deterrimæ ab æruginosa, prasina, & virulenta bile proueniunt, 4. collig. 28. 4. aphor. 22. 3. vulg 3. tex. 75 quippè debiles prima die perimunt, robustiores quinto, si hunc expectent. Imò Gent in 1. 4. negat euentum, quod interimat ante febris generationem, & Auerr. 7. collig. 11. impossibilem huius euasionem iudicat. Et hæc omnibus biliosis ferè communia.

Sequentia sunt ardentis magis propria.

1 Qui in febribus ardentibus rigores fiunt delirio soluuntur: pulso enim humore ad membra sentientia febris soluitur: hac verò agitatione delirant ægri, at citò constant iterum: hos autem si sequitur notabilis vacuatio salutem nuntiat, 4. aphor. 58. si non sequitur letha-

les existimandi, 4.aphor.46. si rigor incidat febre non deficiente, ęgro existente debili lethale. Ast post rigorẽ sudor frequentissimus, licet aliter, vt diximus, hæc febris soleat iudicari, 3.crif.3.

2 Si repente vrinę color igneus euanescat, delirium significat, 4 aphor.72. Si talis incipit obstructiones, & cruditatem insinuat.

3 Mitte incendium, & moderata sitis signum laudabile, nisi hæc accidant ab humido destillante, vel ab extinctione virtutis sentientis in ventriculo: tunc enim non sitire malum, præsertim si lingua nimis arida, & nigra sit.

4 Stillicidium sanguinis e naribus pernitiosum est, 1. vulg.2.tex.63.hoc autem de reliquis etiam vacuationibus intelligendum: nihil enim eorum quæ decretoriè excernũtur exiguum esse debet: quoniam vel effunditur ab affectis partibus non potentibus tolerare copiam, atque malitiam; aut ostendit naturę imbecillitatẽ, quę tentat expulsionẽ, sed nequit absoluere, ac tandem succumbit, 2.porrhet.47.bona verò, & larga sanguinis profusio salutem nuntiat, cit.epid.

Particulariùs tertianam comitantur sequentia, quorũ plurima signis annumerauimus: quippè sunt ex eorũ genere, quæ assidentia vocãtur, & febri superueniunt.

1 Sit igitur primum, longior tertiana vltra 12. horas nõ prorogatur, breuissima quatuor finiri potest, 2.feb. & 14.cit.eadem vniuersalis septem circuitib⁹ terminatur, 2.crif.3. nonnunquam citiùs desinit, 4 aph.59. ab errore tamen vltra producitur ex Auic. cit. accedente largiori vomitu intra primũ, & tertiũ solui solet exhausto.

sto omni humore per copiosam vacuationem. Nebula candens, vel bona suspensio in subrufo, vel sub flauo lotio quarti terminationem indicat: leuis, & ęqualis substãtia vix ad tertiũ permittit tertianam proferri, ex cit. Gal. protensæ, & illius, quę simpliciter tertiana dicitur, terminos sup. diximus. Si verò harũ quæuis eadẽ hora repetat duratione protendit, 4. aphor. 30. idq; sentiendũ si seruat proportionẽ in anticipatione, vel postpositione: vtrumq; nempè causam fixã, & inconcusam significat, vt quoq; dictũ in prognosticis febriũ in communi: hinc verò infertur in istius duplicatione (sic in quartana) morbum reddi breuiorem, & quia mouetur, agitaturque, quę fixa erat causa, & quia partitum humorem per illam duplicationem meliùs vincit natura; adde frequentem conflictum quo citiùs soluitur.

2 Tertiana diebus iudicatorijs exacerbatur. Lege nisi per id tempus leuetur æger conferenti euacuatione, quam natura mouerit. Hoc autem licet tertianarum sit proprium, non est commune omnium, sed malignarum aduertit Gal. 1. vulg. 2. tex. 25.

3 Tertiana sequitur iecur malè affectũ, vt quotidiana ventriculum, quartana lienem, 1. ad Glauc. cap. 5.

4 Minimè lethalis est, 1. vulg. 3. tex. 8. 1. ad Glauc. 8. quid ergo si tertiana laugentem breui emortuum vidimus? causa est delitescens malignus humor, qui tempore accessionis, iudicij, vel purgationis moueri solet. Itẽ crudorum copia, quæ ventre mota animi defectionem inducit, vel bilis acrior adhuc confluens eandem promouet, 12. meth. 3. vndè Celsus, lib. 2. cap. 5. interdum moritur ęger, de quo medicus securus erat.

Curatio Victus. 1. Victus vniuersalis conuenit, qui frigeret, & humectet lactuca, atriplex, blitum, cichorium, cucurbita, oxalis, portulaca, cerasa acida, granata, mala medica, pruna, poma acida, & pira assa propter humiditatem facilè ebullientem. Iuuant conserua lactucæ, cucurbitę, buglossæ, scorceoneræ, cremor seminis papauerini, melonis, hordei, cucurbitæ sacharo exceptus, vel amilum rosata compositum. Pullorum caro temperatior est: iura frigidiora si alterentur herbis, & seminibus supradictis: Gal. 1. ad Glauc. 9 & Aęt. lib. 5. cap. 79. concedunt pisces saxatiles, porcellorū extrema, & suilos pedes: arietinos non reprobo: vtrosque, seu pisces, nisi in exacta coctione permissos, ac nostris temporibus, atque regionibus minùs & hæc, & supradictorum plurima: dulcia in his febribus incommoda propter faciliorem corruptionem in multis, in alijs ob promptitudinem inflammationis, 2. de nat. fac. 8. condonandum tamen aliquid complexioni, & consuetudini: vnde 1. ad Glauc. cit. præbet oua sorbilia, & vinū aquosum: Aæt. verò hoc multiplicat secundum mensuram sanitatis, nec nisi in exacta coctione. Aer similem habeat qualitatem; sin minus frigidior arte paretur amæno fonte, algida niue: prosunt, & recreant asperię plantæ, lenta salix, molles violæ, gelidumque papauer, nenuphar, lenesque rosæ. Vlterius liber sit ab hominum turba, qui crebro inspiratu eundem calfaciant: imò flabellum perenni ventilatione frigus augeat, & domus aquilonem respiciens liberum ingressum præbeant venienti auræ. Lectus mollis conuenit, & placida ægrorum quies cunctis febribus congrua; sed his maximè propter furibundam, &

facilè

facilè mobilem bilis naturam, & ob eandem rationem quæritur lux modica, vel silentes tenebræ; lux enim sum mo es agitat, motus vires frangit, & coctionem impedit, 4. acut. 48. Clisteres iuuant frigidi decoctionis hordei, prunorum, violarum cum sacharo, casia, oleo rosato, cremore hordei. Potus desideratur satis frigidus, tū in commoderationem molestæ sitis, tùm inducendam qualitatem morbo contrariam, nisi aliundè tanta sit obstructio, aut ventriculi tanta imbecillitas, quę ingentem perfrigerationem renuat. Vndè potus aquæ frigidæ in his etiam, vt in synochis exhibendus, præsertim in ardentibus, quæ non tantùm postulant quæ potentia frigus habent, sed actuale quoque desiderant, quod tēperet furiam bullientis choleræ, & conceptam retundat acrimoniam: quarè Auerr. 7. collig. 8. ad hoc non expectat coctionem materiæ, quę, inquit, cum sit in vltimo caliditatis non est priuata digestione. In tertiana magis quæritur coctio, quam refrigeratio, ideòque & in accessionibus expectanda declinatio, vel omnimoda solutio ad exhibitionem aquæ: ea verò non pauca, & paulatim ingerenda, sed multa vnica vice sumenda: monet Arist. 1. probl. 57. similitudine ductus aquarum, in quibus pauca breuiter exhauritur, multa rigationi sufficit: in victu quoque eadem lex seruanda, abstinendumque ab accesionis impetu, 1. aphor. 11. 1. acut. 46. intellige tamen dummodo vires constent: nam si labantur, aut ægri natura nimis arens, & calida fuerit, os ventris admodum sensile, vel febris ab humore acerrimo pendeat (vt in tertianis sæpè contingit) media accessione cibus offerri potest: quin imò hoc negato periclitabitur

bitur infirmus ob timorem imminentis deliquij, 10. meth.3.4.5.& 6.1.4.trac.2.cap.8.

Phlebotomia. In ardenti ob adiunctum seruorem sanguinis conuenit phlebotomia multis de causis. Primò refrigerat calidissimum humorem. Secundò, diflat bullientem, & agitatum, 9.meth.5. Tertiò, eundem a corde diriuat. Quartò, preseruat calefactum, & inflammatum sanguinem. Accedit temperies addita calentibus mēbris cordi, ac hepati. Tandem leuat grauatam naturam si ex biliosō sanguine causus oritur, vel sanguis abundat, quin immoderatum calorem simul concipiens de corruptione periclitatur. Tertiana continua si non hæc, eadem ferè desiderat. Maior est de intermittenti dubitatio. Celsus, Haly Paulus, Aet. Ral. Trall. & Auerr. mittēdi sanguinis mentionem non faciunt: prætermisit quoq; Gal. 1. ad Glauc. cap. 9. & Auic. post tres periodos concedit, si benè legatur, 1.4. trac. 2. cap. 39. & videtur assentiro quibusdam antiquorum, quos refert Gal. lib. de cur. rat. per sang. miss. cap. 20. qui tertiam periodum tanquam legem sancitam phlebotomiæ statuebāt. De proposito tamen ita sentiendum est. In quacumque biliosa febre admittitur phlebotomia refrigerandi gratia, nisi obstēt imbecillę vires: vacuationis causa potest exerceri quando sanguis biliosus simul feruet, aut redundāt cum bile putrescente: primo enim casu nō tantùm bilis refrigeratur, sed tenuis, & calidus sanguis paratus migrare in eandem: in alijs antecedens causa & aufertur, & adquirit commodam temperiem. Nec prohibent Gal. & reliquorum placita. Hic non meminit phlebotomię in cap. de tertiana, quia alibi consulit, 1. apho.

23.

23. 11. meth. 15. Auic. non absolutè negat antè tres periodos, sed cogente necessitate alia, nec vigente sanguinis præsentia, vt insinuant verba, si possibile est: quare in biliosis post phlebotomiam feruorem metuit: scilicet quando bilis nec sanguini mista est, nec plenum corpus, sed exhaustum curis, vigilijs, laboribus; debile, & exangue, per canis æstum absumptum, quale tertiana exquisita frequenter corripit. Ideò nec increpare Auic. quis poterit, si rectè capiat mentem viri doctissimi, nec culpare Gal. si cap. de tertiana non meminit cum alibi expresse declaret. Antiquos verò iure Gal. reprobat, vt pariter illos qui post quartum nullibi sanguinem detrahendum existimabant. At Celsus, & reliqui phlebotomiam non commendant intendentes tantùm legitimæ curationi, & bili purgandæ, cui quodammodo accidentaria est phlebotomia propter rationes supradictas. Hinc verò colligitur secundi, vel tertij circuitus expectatio, & tempus detrahendo sanguini statuendum: dictis nempè casibus adiunctæ plenitudinis, aut putredinis citum, & frequens remedium conuenit, in posterioribus parcum, & tardiùs, præsertim si prima corporis regio excrementis affluat: in vtrisque autem virium mensura æstimanda est.

Purgatio maiori iure biliosis conuenit, exequenda tamen secundum tenorem propositionum sequẽtium. *Purgatio* Prima, quoniam bilis ferè turget, & inter humores tenuissima est non expectatur exacta coctio, maximè in cõtinuis (de malignis postea) 1. aph. 22. 4. acut. 38. & 76 Secunda, leue medicamentũ conuenit, ne excandescat [illegible] calens,

calens & acris humor, idque magis in continua. Tertia in intermittentibus procurãda est humoris coctio: nec obstat Hipp. 2. vulg. expectans quartum paroxismum: nam fortia illius temporis medicamina optimo iure in principijs fugienda sunt lib. quos, & quando: accipi tamen potest in valde exquisitis, vbi post dictam periodũ frequenter apparet coctio. Semper verò fugiẽdus morbi insultus, eligendusque dies, vel hora quietis, aut remissionis, si detur: non enim de solo cibo interpretandus aphor. *In accessionibus abstinere oportet, &c.*

Vomitus At si bilis acrior ventriculum irruat, quæ non lædat impensiùs tepidis vomenda est: si grauiter offendat ad intestina trahatur per iniectum clisterem tribus horis ante accessionem, vel ante insultum in continuis: semper tamen roborandum os ventriculi ne commissam superfluitatem promptè recipiat, & benè ferat occursum mordentis choleræ, 7. meth. 11.

Cætera curatio. Cætera curatio duobus perficitur: alterantibus, & vacuantibus humorum, quæ supersunt, reliquias. De primo sic Haly. 3. theor. 12. & Gal. 1. ad Glauc. 9. *Satius est aduersas qualitates inducere, quam quomodolibet euacuare*, intellige, si bilis magis peccat qualitate, & adustione: nam in obstructionibus, & putredine plus cõfert vacuatio. Sequentibus tamen procuranda alteratio. Primò potione frigidæ, de qua supra, habitis conditionibus, quas requirit Gal. 9. meth. 5 & Auic. 1. 4. trac. 2. cap. 7. ea verò maximè in feruore proficua, quo posthabita coctione, quę frustra quæritur exhiberi potest: tũc enim non tantùm sedat commotum feruorem, sed potu recreata natura diuersimodè vacuat affluentem bilem.

lem. Adde si febris in aridissimo corpore nimiùm vires soluat, vel maximum calorem concipiat, ommissa omni conditione largè conceditur, 10. meth. 5. & 1. 4. cit. quippè satiùs est reddi causam crudiorem, & morbum diuturniorem, quam ęgrum periclitari de interitu, vel lapsu in hecticam. Simili ratione, quia in hac febre sitis grauiter vrget, licet per interualla bibere propter dissolutionem incendij, & anxium spirantis animum, 7. meth. 6. quamuis enim alioquin sint paruæ (quæ nunquam desunt) noxæ, magnificè prodest interdum ea oblata potio. Facient verò tolerandę siti taciturnitas in ocluso ore, 6. epid. 3. tex. 33 sic introductio algentis auræ simul cum potu. Tertiò lenimentum gutturis frigerans, & humectans. Quartò simile linguam irrigans. Et hęc de potu, ac siti. Inducunt pręterea qualitatem contrariam hepatis vnctio calidissimi visceris, & biliosę febris frequentis causæ. Item domus algida, vel natura, vel arte, si rosę, violæ, salix sternantur, præsertim si liber sit exitus perflanti boreę. Tandem assumpta per os nō solùm temperant calefacta membra, sed refrigerāt omne venosum genus. Hoc verò inter reliquas febres non tantùm in declinatione, sed in processu morbi sæpè cōuenit ob rationes supradictas. De secundo, curationem perficiunt quæ soluunt, & tergūt humorum reliquias. Vrina cunctis febribus communis est sudor in hac prō ptior, balnea commodissima, non enim solùm purgant humoris residuum, sed temperant, & humectāt exhaustum corpus: desiderant tamen coctionis notas, & robustas vires in corpore carnoso, & calida ætate: alioquin securiùs adhibentur particularia, & lotiones pedum,

ac manuum: vtraque verò meliori iure in febre coliquante, 11. meth. 9.

CAPVT V.

De pituita.

Nomina. QVod Latini pituitam, Græci phlegma dicunt, sumuntque varias nominis significationes. Primò intelligunt quemcumque album corporis humorem, lib. de atra bile, cap. 2. Secundò omne frigidum, & humidum excrementum, 2. de nat. facult. 9. 2. feb. 6. Tertiò humorem ab omni excremēto liberum: vnde id quod à cerebro destillat non quis pitutam rectè appellat, sed muccum, & grauedinem, cit. de nat. facult. ad fi. ideò Auic. solum intelligit succum nutrientem 2. 1. doct. 4. cap. 1.

Temperamentum. Pituita omnium, qui in corpore sunt frigidissimus, & humidissimus humor est respondens aqueo elemento, cuius similitudinem refert.

Differentiæ. Diuidunt communiter in naturalem, & præternaturalē. Hæc multiplex est dulcis, acida, salsa, vitrea. Addit Auic. aquosam, gypsiam, & mucilaginosam: verùm istę ad illas reduci possunt, aquosa ad dulcem, vel insipidā; gypsia ex humore vitreo, aut grossiori alio generatur: hic enim diu in artibus accruatus per moram duritiem contrahit, siue concrescat a gelante frigore, seu calore resoluatur pars tenuior, & durescat crassior: at mucilaginosa excrementum est diuersi generis quod nullatenus mereetur nomen phlegmatis.

Naturalis igitur frigida,& humida est,alba, atq; insipida,apta nutriendis membris frigidis,& humentibus, & prompta in sanguinem verti tum vasorũ,tum alendarum partiũ calore:ideò per inopiam quæ in mẽbris est ab eorundẽ coctrice mutatur:si maior,a venis trahitur residuũ. Addit Auic. iuuamẽtum humectandi artus, 1. 1. doct. 4. cap. 1. scilicet ad magis expeditũ, & faciliorẽ motũ. Efficit hæc homines pingues,& subalbidos, qui non ęgrè ferunt inediam; & ratione supradicta mutati sanguinis,& ob minorem calorem minùs resoluentem. Nullũ verò receptaculũ huic natura cõdidit, quia cum frigidus,& humidus humor sit,ac veluti nutrimentum ex dimidio coctum, non vtiq; desiderat a corpore vacuari,sed in eodem remanens ampliùs alterari. *Naturalis.*

Dulcis iam aduentitiæ qualitatis particeps est, lib. de atra bile:intellige tamen dulcedinem notatu dignã: sin minùs Auic. cit. dulcem pituitam vocat naturalem, quasi insipidam, vel habens dulcedinem minimè euidentem,quam habet sanguis adquisitam vlteriori coctione:hæc autem vel ex se dulcis est, aut talis redditur permixtione dulcis succi. *Dulcis.*

Acida frigidior est, & omnino cruda: acorem verò adquirit,aut quia bullit a calore debili non potente coquere,vnde acescit postea, vel quoniam miscetur melancholiæ, & ponticum saporem refert, huic similem. Est & causa nimium frigus gelans,& quodammodò ad siccitatem dùcens. *Acida.*

Vitrea crassitudine,& frigiditate reliquas superat,atq; ita crudior est,nec aliter quã a gelãte frigore proficiscitur:sic verò dicitur ob similitudinem vitri fusi. *Vitrea.*

Salsa. Salsa calore excedit, fitque vel putredine, vel mixtioac serosi excrementi, 2.feb.cit. Addit Montanus adustionem,& Auic.negat secundum Gal.euentum, referens potiùs salsedinem pituitæ ad permixtionem humoris biliosi.Ita verò sentiendum de proposito.Si serosum excrementum miscendum pituitæ salsum fuerit, verum tenebit Gal.placitum: tunc enim & illa euadet salsa,& totus sanguis,si tale recipiat. At quando liber sanguis ab hac serosa humiditate?si igitur semper hanc habet coniunctam,quarè non semper salsuginem? Dic primò, secretum excrementum qualitatem repræsentat non mixtum: sic sudor, & vrina: quod si rursus misceatur salsum subiectum reddit,& aliter affectum. Secundò, in magnis,& prioribus venis serum commixtũ non habet salsedinem,quam postea adquisiuit secretione dulcioris succi,& noua qualitate per moram comparata.Tertiò in reliquis humoribus non ita perspicua est salsugo, seu in pituita ob aqueam naturam: non ita oleum,aut vinum salsedinem concipiunt.NecAuic.assertum veritatem continet,nisi rectè intelligatur: nam vt ipse innuit,si nimia sit amaritudo humoris miscendi cũ pituita, hæc reddetur amara, si moderata in partibus siccis,& adustis euadet salsa.Nec sanè mordent, qui exemplo externæ mixtionis conantur rem conficere: eanamque a moderatione natiui caloris regulari non possunt,vt humores in viuente.

Has præter differentias admittit Arist. 3. de hist. an. 19.genitam ex corruptione sanguinis,& vocat saniem: nec displicet similitudo, licet Gal. bilem appellet humorem in quem sanguis per putredinem definit. Sed de

de hoc supra capit. de humoribus, vbi & de loco generationis pituitæ.

Nùm verò hęc per hyemes crescat (vt communiter ferunt) examinandum nunc est: obstant enim sequentia. Hyeme validior est coctio, at pituita sequitur hanc diminutam: vndè Hipp. in aphor. eo tempore plura cōcedit alimenta, non tantùm propter somni longitudinem, sed etiam propter abundantiam natiui caloris. Aliter tamen idem lib. de nat. hum. cap. 36. vbi sic: *Quod hyems impleat corpus pituita dignoscere ex hisce potes.* Gal. in com. mouet quęstionem, & soluit in hunc modum. Licet venter per hyemem probè concoquat, cibi tamē in iecoris, & venarum mutatione exquisitam absolutionem non habent. Accedit ciborum copia, victus pituitosus caro porcina, vinum nouum, & similia, quæ vēter, licet robustior, cōcoquere nō potest: inquit Aphro. 2. probl. 5. Vel sic clariùs solues, qui copiam calidi innati habent carnosi, & robusti, qui validam viscerum coctricem, hi nullo tempore pituitam aceruant: imò per hyemes plus coquunt, appetunt, & carnosiores fiunt, quamuis æstate bilem aggregent ob additam temporis acutiem, & igneum calorē: at imbecilli semper hanc congerunt multam hyeme, qua multa frigiditas natiuum calorem non cogit, sed penetrans quodammodò extinguit, & labefactat. Vel dic tertiò ex cit. & 2. crif. 3, aerem asimilare nostrum corpus suo temperamento: vnde licet ventres hyeme calidiores sint, & meliús coquant, sanguis tamen calidior genitus per id tempus tēperatur aeris frigore, & humiditate; redditurque pituitosus, vt contra per ęstus acrior, atque calidior.

CAPVT

CAPVT VI.

De febribus pituitosis.

Nomina, & differentiæ. Pituitosæ febres a quotidiano, quem habent, circuitu quotidianæ vocãtur. Causa verò est maior phlegmatis copia, quę sufficit crebriori paroxismo, licet nõ excitet mordax qualitas. Addit Zoar, lib. 3. trac. 1. cap. 3. humiditatem pituitæ, propter quam paratior est magis citę putredini. Habet tamen interualla intermittẽs. Continua perenniter affligit, & latica a nonnullis appellatur: latet enim, ac similis hecticæ calorẽ seruat æqualem, & vniformem, non multum, neq; acrem. Accedit noxa ventriculi, propter quam corpus extenuatur hecticæ ritu: ab hac tamen distinguitur inæqualitate caloris post tempus aliter apparentis, & inæquali. ac molli pulsu, nisi flatuũ copia tẽpore cruditatis distẽdat arteriã, quibus resolutis in cocta iã pituita mollescit iterũ. Ardens ideò ex hoc humore non potest fieri.

Causæ, Quid ferat salsa pituita in biliosis diximus: putrens causa est quotidianæ, quę si trudatur per sentientes particulas reddit intermittentem, si moueatur intra vasa, continuam. Antecedunt hybernum tempus, similis tẽperatura, ætas, victus, & regio, ebrietas, otium, crapulę, assidua post cibum balnea, loci humidioris habitatio, nauseatiua satietas, os ventriculi debile, rheumatis destillatio.

Signa. Quia tertiana duplex, maximè nota, cum quotidiana magnã habet similitudinem ideò longior de eiusdẽ

signis

signis tractatio. Primum igitur est horror quidam, & frigus extremorum (perfrigerationes vocat Gal. 2. crif. 5) mollis enim pituita rigorem nõ efficit, sed tardè mouetur præ crassitie, atque lentore in morem fumantis ligni, quod viride difficulter flamma corripit. Nùm verò, & hoc maius sit primis accessionibus, aut sequentibus magna est difficultas. Paul. & Aæt. horrorem, vel nullũ, vel exiguum, atque insensile initio tribuunt. Auic. mai⁹ ex pituita magis attenuata, atque putrente. At Hip. 6. epid. 1. tex. 9. agens de rigoribus materiæ frigidæ docet mittescere propè statum. Dices, horror, & frigiditas in quotidiana dupliciter accidunt, vel a positiuo pituitæ frigore, vel a fuga sanguinis, & spirit⁹ ad interiora a crasso humore suffocante, ac obstruente. Hoc secundũ verosimilius est: putrens enim, pituita, fumansq; nõ frig⁹, sed calorem cõtinere videtur: imò rigorẽ potiùs membris inferet: vnde secundũ Gal. & Hipp. cit. epid. in statu quotidianæ mittescit frigiditas solutis iã obstructionibus, & calore magis suscitato. Ex Auic. rarefacta, & acrior pituita per id tempus grauiùs torquet.

Secundũ, sequitur calor non ingens, non igne⁹: vndè nec ægri sic anxij aut vruntur, aut sitiunt, nec feruoris impatientes coguntur enudare corpora, vel efflare multum, ac frequentẽ spiritũ. Intellige tamen eam lenitatem caloris primò apparentis, quando obtunditur a copia vaporis humidi, atq; impeditur a crassitudine pituitę nõ adhuc inflãmarę. Adde vaporis grossitiẽ, propter quam tardi⁹ penetrat, & molliùs ferit: explicant Gent. & Hercul. Per moram tamen acutus, & mordax repræsentatur percepta iam acutie putrescentis materiæ,

&

& inæquali forma, quæ refert similitudinem cribri cedentis quibusdam partibus perforatis, & alijs solidioribus renitentis. Igitur calor humens, fumosus, & inæqualis apparet cum quadam acrimonia non primo tangenti, sed postea. Verùm quo morbi tempore, maior hic sit dubitâtque, agitantque priores. Auic. quotidianæ principijs fortiorem tribuit, quod interpretes intelligunt in humore eterogeneo: aliter enim recipiendum vniuersale præceptum Hipp. in statu omnia calidiora. Quando itaq; pituita diuersa est solet priùs pars acrior, & tenuior moueri, postea crassior: ast vna ad statũ subtilior, & calidior redditur. Sic forsan tenuit Auic. sed quis vetat per coctionem succos crassescere, & solui simul calorem cum parte tenuiori. Adde aliud, nec illius menti valde dissonum. In principio quotidianæ, & humentis materiæ, quæ putrescit viget copia calidorũ vaporum, quę minor ad statum exiftit, illi tamen acriores, atque calidiores: quare quantitas caloris maior est in principijs quotidianæ, qualitas in statu intensior.

Tertiò succedit pulsus mollis ob humidiorem materiam: in principio tardus, & rarus, per statum aliquantò celerior, & frequentior; præsertim verò contractio propter fuliginum copiam, quæ leuantur a multo, & aqueo humore: vel vterque motus sistolis, atque diastolis si compatiatur os ventriculi, & cordi suggerat vaporem putridum iam calentem, & alteratum. At semper inæqualis est, paruus quoque, ac debilis, non tantùm ob pituitam grauantem multitudine, sed obstruentem crassitie, & frigore aduersantem naturali calido.

Vrina primò decolor, & tenuis est propter frequẽtes obstru-

obstructiones,& cruditatem phlegmatis,nisi per fusionem humoris reddatur crassa,& turbida;vel procedente iam coctione excernatur pars redundantis pituitæ, Auic.adiungit rubedinem,in processu videlicet, quando igneo putredinis calore liquor tingitur: ad quem ferè modum Gal.1 ad Glauc.7. nonnunquam tenuem, quandoque turbatam admittit.Et Aet. in principio tenuem, postea crassam, atque confusam, Paulus vtrumque sine temporis determinatione, a ditque colorem rufum.

Vomitus,& deiectio si siquæ,cruda sunt omnes tamen vacuationes in quotidiana difficiles propter lentorem pituitæ,& viarum clausionem, maximè per initia morbi,antequam istæ aperiantur,illa per coctionem attenuetur,& incindatur. Sed multò magis retinetur sudor, 2.crit.5. ita vt Auic. hoc proprium signum quotidianæ statuisst. Causa verò est,quia tenue ante coctionem ob lentorem separari non potest, nec ipsa pituita permeare propter crassitiem,& obstructos meatus:rorida tamen cutis est copia vaporis humidi.Si dicas,sudor comitatur quartanam a crasso,& difficili humore,& communi ratione morborum salubrium in principijs neque hic,nec aliud noxiu vtiliterve erumpit. Respondetur, humor quartanæ lentorem non habet, & in primis accessionibus tertianæ coquitur pars materiæ putredinis, quæ commodè vacuatur per sudorem potens erumpere,non valens in principijs quotidianæ ob supradictas rationes.

Hæc sequuntur signa crebræ cruditates, ructus acidi, hyppocondriorum tensio, imbecillitas superioris ventriculi,

triculi, totius mollis tumor, appetitionis defectus. Iungit Gal. cit. cris. pallentem vultus albedinem, similem præscribit Aët. Auic. ad viride, & citrinum decliuem: ad viride propter frigus, & mortificationem phlegmatis, ad citrinum propter febris incendium. Per tempora sic distinguitur. Quotidiana ad vespertinum tempus frequenter repetit: augmentum longius est, quia pituita ob cruditatem difficulter accenditur, accensum verò calorem conseruat diutiùs: vndè status, & declinatio longiora sunt principio. Rursus quoniam crassa, & inæqualis est, augmentum, & declinationē reddit inæqualia: ita vt per hęc tempora nonnunquam febris sistat, & sedeat, vt ait Auic. more status vniformiter constans. Gent. stationes vocat. Et hæc intermittentis quotidianæ signa: eadem difficiliora, vel saltem plurima, habet continua: nec tantùm frigus in principio morbi, sed per initia cuiusque inuasionis inquit Auic. propter crassitiem, frigus, & lentorem materiæ quæ calorem obtundit, ac obruit, ne liberè foras erumpat.

Prognostica.

1 Quotidiana crisi terminari non solet, sed paulatina vacuatione: potest tamen errore victus irritari natura ad expellendum, & mouere ante tempus. Si quando repente vacuatur, id contingit in declinatione accessionum cum iam febris processu crassior pituita extenuatur, 1. ad Glauc. 7. frequentiora autem vomitus, & deiectio, quia venter minatra est, & crassus humor ineptus sudoribus.

2 Longissima est accessio, longus morbus: causas diximus lentorem, obstructionem, crassitiem, vacuationis defectum. Ob id intermissionis tempus non adeò libe-

liberum, 2. feb. 4. ad minùs paucis id euenit, 1. ad Glau. cit. Auic. determinat octodecim accessionis horas, sex non perfectæ quietis ob residuos vapores, nec penitùs dissolutos: indicia verò sunt mordax calor, & cōtractio manifestè celeris: ideò Aæt. amphemerinam vocat, quòd ob lōgitudinem noctis, atque diei particeps est. Tempus autem totius morbi idem præscribit a 40. vsque ad 60. diem Zoar, a 21. vsque ad 40. & in causa tenaciore vsque ad 60.

3 Cunctatum febrium rarissima est, vt notat Fern. 4. pateol. cap. proprio. Adde rationem, quoniam pituita familiaris humor est naturæ, quem illa per inopiam sæpè vertit in sanguinem nutritioni aptissimum. Si dicas etiam sanguis maximè conueniens humor, imò nutritioni propinquior. Dicam inutilem hunc siue quantitate, seu qualitate peccet statim natura reijcit, pituitam verò nititur emendare: quare hæc vtilis, ille inutilis per eam alterationem redditur.

4 Nocte, & vesperè repetit, 2. cris. 5. nocturna deterior, 1. epid. 2. tex. 22. vespertina frequentior ob proportionem quam habent humores cum partibus diei: sic per hyemes crebrior ob similem, quam habent cum partibus anni.

5 In hac semper ventriculus malè afficitur: nonnunquam simul hepar: hinc prostatur appetitus, & syncopis euenit iuuante crudorum multitudine. Addit Zoar, frequentem casum in hecticam, lib. 3. tract. 1. cap. 3.

6 In plenis, & otiosis frequens est, in pueris frequentissima, 2. cris. 5. 1. ad Glauc. 7. addit Auic. senes, qui

dicet natura ficciores abundant humentibus excremen tis, Adolescentes verò vtraq; de causa ineptissimi sunt pituitosis febribus vnde Gal sic: *Non vidi adolescentem cholericum captum febre phlegmatica.*

7. De periculo ita se habet. Cōtinua communi ratione periculosa est intermittens non vacat periculo, 1. ad Glauc. cit. quia sicut inuenitur rarò quartana continua, sic quotidiana radicationis integræ, 1. 4. trac. 2. cap. 4. in vniuersum quò magis tempus quietis liberum, & maius est, eò saluior ægritudo significat enim pituitam minùs crudam, atque viscosam.

Curatio Victus. Modica cibatio conuenit duplici ratione, & quia pituita, atque crudiores succi exactiorem caloris actionem desiderant, quæ alimentis interrumpitur, & quoniam vrgente inopia per vlteriorem coctionem in sanguinem mutari possunt: si tamen phlegma nimis mucilaginosum sit, ob idque difficilem patiatur conuertionem in sanguinem, vberiùs nutriendum, nè longo spatio virtus decidat, aduertit Auerr. 7. collig 13. Sit ergo victus subtilis, & delicatus, ad siccum vergens inter initia, post coctionē materiæ quæ siccant fortiùs. Ad somnum, & vigiliam præscribit Auic. æquale tempus: at salubrior vigilia non valdè superans ob maiorem resolutionem, quę in hac febre desideratur. Quæritur & aer ad calidum & siccum vergēs, subtilis, & clarus nisi subintrans aura cutim denset.

Phlebotomia. Si pariter cum phlegmate redundet sanguis iusta est phlebotomia. Auic. absolutè concedit in rubente vrina quę illius presentiam denotat, nōnunquam mixtionē. Aliter frigens humiditas renuit, ideòque Auerr. 7. collig.

lig. 14 summè timet ob nimiam humoris cruditatem. Aliqui tempus expectant, quo pituita, & crudiores succi vertantur in sanguinem: mihi tamen frustrata, ne dicam nocua, videtur expectatio: nam suspecta est mutatio ab extraneo calore, & certior multa corruptio si natura abundantiam gubernare non possit.

Vomitus. Causa exonerandi ventriculum salubris est vomit⁹, leuior in principio, post coctionem fortior, per accessiones oportunior: rursus mitior in materia non multùm fixa, vel tenaci: in hac acrior. Paulus indistinctè concedit post morbi vigorem. Gal. post ea, quę priùs incidāt, & referent. Si ventriculus nimis labitur omnem vomitum negat Auic. imò restringit agitatum, & intendit illius robori.

Purgatio. Ad purgationem in hac febre, vt morbis alijs qui pēdent a crasso, & lento humore, non est expectanda coctio vniuersę materiæ, sed paulatim coquenda & vacuā da. 1 4. trac. 2. nisi obstet nimia ventriculi mollitudo, qui frequenti purgatione languidior redditur. In hoc autem vnanimiter consentiunt, quamuis de modo purgationis, & coctionis dubitent. Gal. 1. ad Glauc. primis diebus prębet ea, quę incidunt, tenuant, & lotium prouitant. Sequitur Paul. Aet. non nisi post primos dies permittit. Sanè incidentia, & vrinam promouentia vel expectare debent aliqualem digestionem, & minorationē materiæ, vel quæri leuia, quæ multam, & crudam non agitent, nec digeri prohibeant. Sed hoc intelligendum in modica humoris crassitudine: nam si fuerit tenacissimus qui aliter digeri nequeat statim præbenda sunt. Et hoc sensu interpretandi Paul. & Gal. nisi sedandi horro-

ris

tis causa medicinam exhibeant. Sedant enim omnia prouocantia inquit Auic. qui permittit similia, permittunt Raf. & Haly. Sunt quoque & tempus, & regio, & complexio, quæ digestionis modum variant.

Sudor. Sudor rarò discutit lentam, & crassam materiam. Lotium in hac febre fortiora permittit, quam in biliosa. Auic. in grossiori materia commendat frictionem ampliorem, si frigus excedat, aut lassitudo infestet. Hęc verò prior sicca satis est, posterior tepentis olei, pręsertim si sequatur lassitudo; notat Auerr. 7. collig 13. additq; ęquale tempus somni, & fricationis per vigiliam. Similiter declinante affectu concedit balneum, prohibet ante declinationem, & expulsionem totius ferè materiæ. Roborans post absolutam digestionem miscet purgantibus: Aæt. permittit in statu. Paulus curam roborandi ventriculi semper cõsulit. Ille materiam respicit, hic languentem stomachum, cuius virtus in omnibus morbis stabiliri debet, sed in hoc maximè, quo & grauiter afficitur, & magis desideratur absoluta coctio in lento, ac rebelli humore. A proprietate verò roborant, & curant quotidianam ocimum, gariophilatum, & melifolium. Ex Raf. sanguis auris asininę, si per horam ante paroxismum tres guttæ in aqua offerantur. Ex Gordonio Gentiano similiter bibita. Sirupus verò ex succo apij in hac febre Gentili laudatissimus. Et hæc vniuersa curatio, quam fas est mutare pro genere phlegmatis vitrei, dulcis, acidi, &c. Quotidiana verò cõtinua eisdẽ remedijs gubernãda est, minùs tamen calidis, & acutis, propter maiorẽ sanguinis, & partiũ inflãmationẽ, maiori cura adhibitis ob citatiorẽ morbi motũ, & periculũ

maius,

mai⁹. Epiala quoq; in pituitosis ponēda est, de qua Gal. 2. feb. 6. lib. de inæq. intemp. cap. 8. Auic. vbi sup. Paul. Aet. &c. quarè de his satis, ne instituti metā trāsgrediamur.

CAPVT VII.

De melancholia.

MElan Græcè nigrum significat, cholon fel, aut bilem, quasi nigrum fel, vel nigrum sanguinem. Est vnus humor de quatuor ab hepate genitis crassus, niger, isq; non sequutus ad reliquorū generationē ex accidēti, vt Cōplutēsis Vega existimauit, sed intēt⁹ à natura, seggregatusq; a reliquis: aliter simile argumētū de bile posset, cōfici; idē de spuma, ac fæce: neq; casē in lacte a natura intēderetur veluti serū, neq; melācholia quorundā mēbrorū nutritioni inseruiret. Saporē habet pōticū, nō tamen legitimū, vt aduertit Concil. sed quod mediū seruat dulcis, & pōtici: quarè nō benè acidū imponit Vales. nisi per adustionem reddatur acrior: Nec aduersatur Gal. dum varijs locis diuersa cōminiscitur: nā pro vario adustionis gradu acorē præbet, naturali nullū, vel minimū: scilicet 3. de loc. 5. cunctā aciditatē de medio tollit, lib. de plenit. 17. exactā non cōcedit, 5. de vs. part. simul acidā, & austerā melācholiā vocat, lib. de atra bile, cap. 3. manifestū acorē tribuit, 3. acut. 38. in tēsum, sed nō sincerū. Prodest verò ad nutritionē carū partiū, quæ terreæ, atq; melācholicę ab ortu sunt. Secūdò, iuuat vt firmitatē & robur præstet sanguini, qualis terra cæteris elemētis subiacet, vt depressa pōdere cōstare possent.

Nomina natura, & vsus.

Tertiò pontica astrictione suscitat appetitum in quem vsum peculiare vas natura condidit, ductumq; ab splene ventriculo inseruit.

Temperamentum. De frigido, & sicco temperamento nullus dubitat: núm verò & siccitate bilem superet, frigore pituitam dignum est consideratione. De atra bile non est dubiũ, quæ siccior redditur maiori adustione: sed & naturalis aridior est bile, vt tellus inter elementa, licet in illa sit qualitas efficatior propter adiunctum calorem frigore vincit pituita, vt aqua ex elementis, sed postea de his latiùs, hoc autem temperamentum præstare ad sapientiam inculcat Arist. 30 probl. 1. & confirmat exemplo multorum qui vario scientiarũ genere claruerunt, quorum nullum agnouit, qui melancholicus non fuerit. Vnde illud Eracliti: *Splendor siccus, animus sapientissimus.*

Differentia. Naturalis melancholia vnica est fæx sanguinis, & terrena ipsius portio, quam si mauis cum Gal. succum, vel sanguinem melancholicum licebit appellare. De præternaturali idem 4. aphor. 21. triplicem videtur statuere a totidem nigris deiectionibus, nigro sanguine, melancholia fæce, & atra bile: lib. de atra bile duas tantùm sub nomine bilis atræ, tum eam, quæ nascitur ab adusta fæce sanguinis, tum quæ prouenit a biliosa humore similiter vito. Assentit Paul. & Auerr. 3. collig 7. hinc elicitur ex doctrina Gal. duas esse ligitimas species melancholiæ præternaturalis, quas refert cit. de atra bile, & tertiam minùs veram, quam non negat superiori aphor. & 2 feb. 9. Rursus hæc, quæ sequitur ad separationem putrefacti sanguinis omnium mitissima, deterrima quę a bile proficiscitur, media, quæ sequitur ad

perustam

perustam illius fæcem. Auic. addit mutationem pituitę in quartam melancholiæ speciem: cum scilicet hæc validissimi caloris actionem experitur, & vsta remanet: vndè humor melancholię similis, qui anxietati, delirio, timori, & reliquis melancholicis accidentibus non absimilem emittit fumum. Sit ergo hęc altera non veræ melancholiæ species, & sic interpretetur Gal. 3. de loc. 7. post. p. negans hanc ex pituita oriundam: taceant autem reuerenter Manardus, Amatus, Vales. Complutensis & alij, qui hoc loco velut alibi Auic. mordent, non intelligentes doctrinam viri sapientissimi, quem doctissimus Conciliator, Gent. & similes excludere non audent, licet de veritate dubitent. Facit verò prædicto intellectui varium, ac multiplex iam dictum melancholiæ genus, de cuius speciebus simile argumentum adduci potest: qui nempè a sanguine putrefacto resultat crassus humor non dicemus melancholiam, sed perustum, ac incineratum sanguinem, & sic de bile: quarè in hoc rigore sola naturalis, quæ aduritur pręternaturalis euadet, & forsan in solis nominibus versabitur disputatio, quem verò colorem referat sic adusta pituita modò nō contemplemur, sed appellemus denigratum cinerem:

Materialem causam melancholiæ vnanimiter asserunt siccam, grossam terrestrem, frigidam: de agente non eadem est apud omnes sententia. Sed ante solutionem quæstionis duo supponenda sunt. Primum, non loqui hic de morbola naturę actione, sed de ea, quæ fit intra salutis metas. Secundum non sic rectè colligi dubitationem in opinione Arist. statuentis vnicum tantū humorem productum ab vna, & simplici forma hepa- *Causæ,*

tis, cumque sanguinem, cuius reliqua tria supersunt re crementa tracta a destinatis membris fole, renibus lie-ne: nisi consideremus adhuc in hoc succo simplici partes diuersas crassam, tenuem, mediam. Quarè interim supponamus aliud Gal. distinguentis quatuor actu humorum formas, inter quas vna melancholia est, quam videtur idem tribuere calidiori hepati. Confirmat noster Veiga argumento liquoris insolati, vel ebullitione aquę lutulentæ: sed non satisfacit, quia per accidens cõtingit illa separatio: at melancholia, a natura intenditur per vitale instrumentum caloris innati: ideòque calidum hepar plus gignet calidioris succi, frigidum plus reddet frigidioris. Complutensis moderato calori naturalem melancholiam, præternaturalem valde intenso tribuit. Sed non apparet quomodò contrariæ qualitates sanguinis, & melancholiæ ab eodem agenti produci queant: nisi velis cum plurimo sanguine, plurimam quoque illius portionem inueniri; neque id satis: nam multus hic, & purus potest generari, paucus fæculentior. Confirmat Gal. lib. nat. fac. vbi sic: *Monstratum enim est humorum omnium solum sanguinem generationem habere ex calore moderato, reliquos ab immoderato.* Vales. recurrit ad dispositionẽ materię, in qua ad legitimũ quæstionis intellectũ æqualitatẽ præsupponim⁹. Nec Cõciliat. cõficiẽdũ colligit moderatũ calorẽ, quasi Paulo intensiorem, quam ille, qui sanguinis efficiendi causa est. Sed & hic bili procreandæ aptior, quam intẽsior atram generat. Propterea dicendum maiorem euenire melancholiæ naturalis copiam a frigido, & sicco hepate, quã a quauis alia eiusdem temperatura: ex eo quòd agens

perpetuò quærat sui similitudinem, & sibi assimilet, quantum fieri posit omnem nutritionis materiam: hinc prouenit perennis conseruatio temperamenti melancholici: sic timor, & tristitia sunt crebræ occasiones melancholiæ. Nec obstat argumentum de diminuta coctione in hepate frigido, aptoque potiùs ad generationem pituitæ: nam id accidit frigido humido, non frigido sicco, duplici ratione: prima, quia calor ille remissus propter adiunctam siccitatem validiùs agit: secunda, quoniam iecur melancholicum gradu caloris vincit pituitosum. Si verò dicas iam me moderationi caloris tribuisse melancholiam: dicam rursus eam modicam frigiditatem sic posse interpretari, & posse Gal. & Auic. opinionem colligi. Faciunt ergo generandæ melancholiæ tum crassa, sicca, & feculenta materia, tùm agens siccius, cuius calore non tenuetur, aut bilescat sanguis, sed cogatur frigore. Iuuant metus, & tristitia, cor melancholicum, lien remissè, vel attrahens, vel purgans sanguinem, vasorum obstructio, frigus gelans, denique omnia quæ vehementer frigerant, ac siccant. Atra fit à calidissimo hepate quod vel cremet bilem, vel fæcem supradictam. De hac verò videtur intelligendus Gal. 3. de simpt. caus. cap. 2. cum inquit: *Alterantis facultatis ad calidius quidem versa intemperies aliquando biliosum, aliàs melancholicum efficit excrementum*, scilicet quando adustio vltra progreditur.

(: ? :)

CAPVT VIII.

De quartana, & febribus melancholicis.

Nomina, & differentiæ. QVamuis melancholia pro varia craſsitudine varias febrium repetitiones poſsit reddere, de quarto in quartum, crebrio, vna eſt, a qua febris quartana; quo nomine poſſunt appellari febres aliæ melancholicæ, licet communiter quintanas, & ſextanas vocent.

Cauſæ. In cauſa vnanimiter conſentiunt, ſtatuuntque melãcholiam, eamque putreſcentem: ſed quoniam plures diximus huiuſce differentias, dubitant quænam ſit quartanæ principium. In frequentiori cauſa, & fæce ſanguinis ſimiliter conueniunt; nec diſcrepant in hoc aſſato, ac melancholico. Igitur de ſola atra bile tota eſt dubitatio. Sanè Gal. 2. feb. 8. ſolam fęcem ſanguinis quartanæ cauſam videtur ſtatuere: ſic enim loquitur: *Quartana ſcilicet exquiſita quoties ex humore melancholico ſolo efficitur frigido, ſiccoque temperie.* Licet ergo infra vtatur nomine atræ bilis, per hoc illam intelligit; nam ſubdit: *Aetatis, & naturæ melancholicæ.* Et cap. 2. ſub eodem nomine euidentiùs explicat Hæc Gal. cui accedunt ſequẽtes rationes. Prima, atra bilis calidus humor eſt, 4 aph. 21. quarè & efficeret citatiorem periodum, & morbum magis anxium, atque periculoſum. Secunda, aphor. ſequenti, & lib. de atra bile, cap. 3. habetur hic humor letalis, ac pernitioſus atque ideò quartanam non geret morbum ſalubrem, & toleratu facilem, 1. epid 3 tex. 4.

atque

atque ob id Paul. ab infrigidantibus edulijs in hoc morbo abstinendum consulit. verùm Gal. 8. de decret. aliter sentire videtur, vbi sic: *Quartana proficiscitur ab atra bile humore frigido, & sicco.* Et Paul. cap. prop. vbi sic: *Quartana ab atra bile gelido humore enascitur.* Tral. ab atra bile quartanam fieri manifestè asserit, idque videtur sentire Haly, 3. theor. 14. Auic. non tantùm ab hac, sed a phlegmate quoque incinerato cui quintanam, sextanam, & similes tribuit, l. 4. trac. 2. cap. 61. Brauus ex eadem concedit non tamen adusta, & adhuc calente, sed iam refrigerata, ac mitiori. Nostri sed pace magistri, non intelligo hanc moderationem & lenitatem in humore perpetuæ adustionis, quæ quò procedit vlteriùs eò deterior, & acrior bilis redditur, exemplo flauę migrantis in porraceam, & huius in atram, vel ęruginosam. His positis sic tenendum de subiecta dubitatione. Omnis humor melãcholicus quartanam reddit. Ab atra bile prauior est; cuius periodum licet acrimonia suscitet, atque acceleret, tardat tamen crassities. Fit igitur ab hac, & a sanguine melancholico, aut fæce melancholica: huic verò reducẽda pars crassior, in quam sanguis degenerat per putredinem, quam in confinio atrę bilis positam communis sermo asserit. Paulus, & Gal. interpretandi sunt de frequentiori euentu quartanæ. Prima ratio de citatiore periodo soluitur ex supradictis. Secũda ex casu simili tertianę ab humore prasino, vel ęruginoso, qui, vt ater, nullus foras non eam molestiã inferunt, nec id minantur periculum, quale in cõtinuis, quibus intra venas humor commoratur. Igitur Auic. omnem causam distinctè complectitur. Gal. ferè semper

sie-

frequentiorem proponit, non aliam negans, vt colligitur ex 3. prognost. 27. vbi a bile assata manifestè concedit. His adde ex Auerr. 3. collig. 7. eam melancholiæ speciem a bile oriundum, licet accidentarium calorem contrahat ex supradicta adustione frigidam esse, & aceto similem, quod frigidum statuitur, quamuis seruet tenues, & calidas partes a prægrossa corruptione derelictas. Idque non aliundè nisi quia euanuit natiua liquoris caliditas seu vini, siue bilis. Et ita patet recipi & magister cum sua perfrigeratione quam potiùs ebullitionem liceat appellare: non enim mitior talis redditur, sed acrior, & malignior, quamuis, vt diximus, ab euanescente calore potius crassior refrigeretur. Antecedunt autem sequentes causæ, 2. de nat. hum. 31. autumnale tempus, ætas inclinans, cibi melancholici, naturæ similes, & epulo quale proposuimus, & [illegible] Auerr. lib. 5. cap. 82. quod intellige obstructum, vel de bile.

Sign. Signa in genere sunt periodicandi modus, pulsus, vacuationum differentiæ, vrina, diuersitas caloris sensati, accessionum duratio & rigoris species. Hic grauans, & diuturnus est, qualis accidit eis, qui per hyemes refrigerantur, 2. feb. 5. non pungens, aut vlcerans, prouocatq; intensior attenuato iam humore, & acriori reddito. Ob id post primas accessiones maior, 2. crif. 5. ob atra bile acriorem minori frigiditatis sensu: non euanescit subito, [illegible] sed succensa iam febre lentè recedit propter humoris crassitudinem: comitatur verò peculiaris stridor dentium, quia vapor stipticus, ac siccior contrahit mandibularum musculos, dentium quod vincit

hæc

hæc rigores vtriusque & tertianę, & quotidianæ: nam licet in illa acrior in quartana deterior, ac diuturnior est: bilis enim vincit acrimonia, & agendi celeritate; melancholia ritu formæ, malitia, siccitate, & mora: quotidianam superat duratione, dolore, & vehementia, excipe tamen phlegma vitreum, quod propter summam frigiditatem tardiùs calefit: reliquæ species licet frigidiores melancholia hęc agit efficatiùs, & rigorem longiùs profert ob crassitudinem, & densitatem. Pulsus tardus, rarus, & paruus est, quamuis Paul⁹ duorum tantùm meminerit raritatis, ac paruitatis, vtriusque scilicet magis euidentis differentiæ. Inæqualitas in vna pulsatione plus euidens, ęqualitatem iungit Aęt. Auic. duritiem propter humoris siccitatem. Procedente accessione crescunt tres primæ differentiæ, quæ non solùm considerantur per comparationem ad tertianam, sed etiã ad dispositionẽ naturalis status. Vrina varia est omnis tamen cruda, 1. ad Glauc. 7. Paul. describit albã, tenuẽ, & aquosam: quod per initia intelligendum quando scilicet portio humoris crudi nõ adhuc separatur vt misceri possit ad colorẽ, & crassitudinẽ, imò obstruens non sinit liquorẽ percolari. Progrediente verò ęgritudine coloratior redditur, in declinatione nigrior cũ natura portionẽ aliquã coctí humoris vacuat. Auic. huic nõ simplicem, & exquisitam albedinẽ tribuit, sed accuratiùs viriditatis participẽ. Sudor plurimus sequitur declinãte accessione. In principio sępè vomitus, nõnũquã deiectio. Calor tertianario minor est, nec ita mordax, sed vtrũq; minús in quotidiana propter humẽtem pituitã, à qua & acrimonia, & magnitudo caloris obtũditur.

De typpo, qui quartanam iudicat per paroxismos errat, inquit Auic. licet autem de quarto in quartum sit frequentior, non est perpetuus. Vltimò pura quies, & accessionum longitudo, 2. feb. 5. puram quietem intellige respectu quotidianæ, in qua manifestum relinquitur febris vestigium ob lentorem pituitæ, quæ difficulter attenuatur: longitudinem verò respectu tertianę: nã quotidianæ longior est accessio. Primum constat: nam calor in melancholia faciliùs accenditur, & breuiori tẽpore conseruatur exemplo ligni sicci, in quo nihil fumo sum, vel simiustum relinquitur: sic in materia sicca omne quod succensum est euacuatur, atque discutitur, & si quid superest, id accensum non est, neque fumum è mittit, sed omnino perustum, ac terreum remanet: vnde si in quartana restat aliquod febris vestigium nõ est euidens. Et his de causis conficitur secundum de longiori quotidianæ accessione, breuiori quartanæ. Sed quarè morbus illius longior, si breuior est accessio? Dicam primò, calor aggrediens melancholiam præ densitate vniuersam nõ penetrat, sed paulatim, & per partes coquit, priùs subtiles, deinde crassiores, nec nisi longo tempore totum potest elaborare: non sic pituita cuius maior quantitas in quauis accessione putrescit ad longiorem paroxismum. Secundò pituita ob humiditatẽ diutiùs conseruat calorem per singulas accessiones: at morbi longitudo ex alijs petenda est, scilicet ex portione humoris in foco derelicti, qui in quartana per longius tempus solet discuti. Tertiò, continuum naturæ bellum in quotidiana facit morbum breuiorẽ, in quartana non lacessitur nisi per longiora interualla. Quartò,

lien

lien minor & longior a vijs ductuum, quò medicamenta haud facilè ire queunt: pituitæ sedes venter est, quæ & per totum funditur: vtrobique verò melius & coqui & expelli potest. Quintò addit quartanæ longitudinem autumnale tempus, quo frequentiùs euenit (æstiua breuior est), tunc enim augetur melancholia, nec soluitur a propinqua hyeme: at quotidiana proximum ver habet, a quo discutiatur. Addit Aphrod. 1. probl. 82. & 2. probl. 113. immobilitatem, & permanentiam, quæ pariter morbi durationem arguunt. Accedunt praui mores & cancerosa melancholiæ dispositio, quam natura domare non valet: vndè aliqui occultam qualitatem imaginantur. At pituita naturæ accommodatior est, & propter mollitiem, atque humiditatem magis cedit coctioni: additur propositio illius vt vertatur in sanguinem: quæ cuncta quartanæ morbum valent producere, accessionem minimè: hanc in quotidiana elongare, illum reddere breuiorem.

Quartana capti conuulsionibus nō capiuntur: quod si priùs capiantur, hac superueniente cessant. Primi causa est contrarium temperamentum, quo fruuntur quartanarij sicco, & inepto conuulsioni: secundi rigor quartanæ, mouensque humores crassos; sic diuturnus quartanæ calor, nec valdè intensus per moram coquens. Addit Galen. siccitatem melancholiæ morbo contrariam. Liberat quoque a morbis melancholicis epilepsia, spasmo, melancholia, & similibus 6. vulg. 6. tex. 7. & lib. 1. com. 3. tex. 4. ratio est, quia natura longiori morbo occupata, & debilis perpetuò conflictu omne aliud morbi genus vel aspernit, vel non aggreditur. Accedit causa

Prognostica.

sa quartanam mouens, quæ materia illorum morborũ futura erat: discussa verò in frequenti pugna eorũdem generationi non potest sufficere.

2 Quartanæ vt plurimum oriuntur lienis vitio, vt tertiana iecur, quotidiana morbosum ventrẽ sequitur, 1. ad Glauc. 5. Rursus quæ proueniũt lienis vitio, diuturniores sunt, & magis periculosę: omnes de hydrope periclitãtur: plus illi, qui propter affectũ iecur in hũc morbum delabuntur: inquit Aæt. Auic. deteriorem statuit, quæ accidit lienis apostemate, vel ad ipsum sequitur. Ex speciebus sanguinea salubrior est; deterior biliosa, ex fæce media.

3 Quartana continua rarissima est, 1. 4. cit. 1. vulg. 3. tex. 2. 2. feb. 2. & quia melãcholicus humor maximè resistit putredini, & quoniã parua ipsius quãtitas cõtinuitatẽ sustinere non potest: quare antequã putrescat a venis pellitur. Intermittẽs frequens est, facillima, longissima, salutaris, 1. vulg. 3. tex. 4. & 1. ad Glauc. 8. frequentia intelligitur cõparatione ad cõtinuã, vel ad quotidianã quã iam rarissimã proposuimus. Facillima intelligitur toleratu facilis: quippe ea recedẽte veniũt ægri ad consueta munera: deinde paucioribus cõtẽta remedijs facilẽ præbet curationẽ, quãuis difficilẽ ob humoris resistẽtiã. De lõgitudine supradiximus, nec vllus dubitat: sæpè nãq; ad annũ extẽditur, expectatq; varios in sole motus: nonnunquã lõgiùs prorogatur: ex Auic. ad annos 12. l. 4. trac. 2. cap. 61. ex Gal. 2. de dieb. decret. cap. 10. tot annis durare potest, quot diebus iudicari febris alia. Si cõpares, æstiuæ breuiores sunt, autumnales lõgissimæ: quoniã igneo calore solui possunt adusti humores minùs.

nùs geniti per æstatem; at in autumno plures generantur, & eorum resolutio prohibetur ab adnentante hyeme. De vltimo salutaris quartana censetur propter defectum grauissimorum simptomatũ, & humorẽ minùs acutũ, qui non ita naturã lacessit. Accedit longius intermissionis tempus: nam si a febre quouis modo intermittenti periculũ abesse significatur, 4. aph. 45. meliori iure a quartana aberit, ob longiorẽ quietis morã. Intellige tamen propositionem, dummodo non iungatur apostema, vel hydrops, aut insigne aliquod intemperamentum iecoris, seu lienis. Si pariter non sequatur ad acutissimas febres, succumbente iam postrata natura. Itẽ si crebra infeliciter repetitione cũ triplex, aut cõtinua redditur: vnde Cels. lib. 3. cap. 13 *Quartana neminem iugulat: quando euadit quotidiana æger est in malis.* Hoc autẽ nõ aliũde, nisi propter errorẽ curãtis, vel ęgri: humor namq; melãcholicus benigne tractãdus est lõga mollis remedij patientia: quod a solo prudẽti medico solet fieri: at ægri in longo itinere frequenter delinquunt, non tantùm in victu, sed alijs, quoque rebus nonnaturalibus: vnde ipsorum sequitur interitus.

4 Hominẽ bis lapsum in quartanã ex Hip. negat Aet. lib. 5. cap. 82. nõ tamẽ admittimus propositionẽ improbatã quotidiano experimẽto, vt neq; similem de morbilis, & variolis Habet tamen fauentes rationes, quam uis non tollat raritatem euentus. Quartana nimis longa, & laboriosa est, breuis hominum vita, melancholiæ in corpore parua quantitas, corpus omnino a quartana liberum mundum lienem insinuat, & forsan longa febris passione totum transit in aliam temperiem.

5 Quartanę annum agentibus 40. aut senioribus accidunt, 3. progn. 28. tunc enim consistentiæ tempus finiri solet, quod in nonnullis a trigesimo incipit, & est terminus conuersionis ad frigidiorem habitum, 6. de sanitate tuen. 2. at post hoc quartanę potiùs eueniunt, vt quoque per autumnum scilicet post ebullitionem vtriusque & æstatis, & iuuentutis.

6 Quartanæ raro incipiunt; frequentiùs ad febres alias sequuntur, præcipuè ad erraticas, 3. progn. 27. 1. ad Glauc. 5. istæ enim pendent a diuersitate humorum, quorum, solutis tenuioribus crassi remanentes quartanis crebram occasionem præbent: maximè si propinquet autumnus. Aduertunt Auic. atque Hippocr. progn. & Paul. lib. 2. cap. 23.

7 Quartanę sæpissimè inopinatè desinunt, interdum soluuntur ab ingenti animi affectu, non raro a subita perturbatione: refert Plin. lib. 7. & nos iam vidimus.

Curatio Victus. In quartana, vt in morbis omnibus a melancholia oriundis nocent acetosa, 3. acut. 38. tum propter adiunctum frigus, tum crebras obstructiones, quas augent: solùm ergo penetrationis gratia leuiter miscere conuenit. Eadem verò ratione vitanda non tantùm crassa sed quæ tardiorem habent transitum. Tandem fugiendum omne flatuosum consulunt Paulus, & Aet. de temperamento autem cibi non tantùm reprobant alimenta frigida, sed humida quoque; quod videtur repugnare siccitati melancholię, & præcepto Auic. qui desiderat ad quartanam res frigidas, atque humidas. Varianda tamen cibandi ratio. Primò ex humore noxio. Secundò ab adiunctis obstructionibus, vel flatu. Tertiò sumpta

indicationē debilioris membri hepatis, lienis, ventriculi. Quartò a viribus totius. De primo: biliosa in calidissimo hepate postulat frigida humida, de hac verò interpretandus Auic. nam infra calida humida cōcedit. Hęc desiderat melancholia, de qua intelligēdus Arist. 1. probl. 58. in quouis autem humore perpetuò humida conueniūnt, nisi iungantur flatus, vel obstructiones in hoc morbo frequentissimæ aduertit Auerr. 7. collig. 14. ita videntur loqui Paulus, & Aæt. nisi per humida lenta, intelligant, quę nocent crassitudine: conferunt ergò calida sicca si quando vrget deobstruendi necessitas. De tertio aduertenda est natura laborantis particulæ; fitq; aliquid condonandum. De quarto virium indicatio semper præualet, & ideò supradicti concedunt vinum modicè limphatum, album, ac tenue. Adde gradum cibationis, & victus substantiam per tempora quartanæ, quæ docet Auic. cit. cap. 64. [illegible]

Paulus absolutè concedit in sanguinis redundantia. Auic. rimatur quartanæ speciem, ideòque in sanguinea largiorem permittit, deinde in melancholica mista sanguini. Post digestionem quoque commēdat expectāsq; vt videtur, sanguinis mixtionem, vel temperans deriliotam intemperiem. In vniuersum verò conuenit in abundantia crassi & fęculenti sanguinis: debet itaque inspici: si niger audacter extrahendus: aliter flauus, & tenuis, ad Glauc. 11. 3. de loc. 7. [illegible] *Phlebotomia.*

[illegible] vomitorium conuenit in principio cuiusque accessionis, fortius post morbi coctionem per interualla adhibitum. Auic. prębet ante paroxismum, pręcipuè verò in phlegmatica, cuius causa circa stomachū moratur. *Vomitus.*

melius

meliùs cedit euacuationi:& in vehementi frigore laudat tepidam cum sirupo acetoso.

Purgatio. Lenta purgatio quartanis aptior, vt morbis omnibus, qui pendent a crasso, & rebelli humore, ne sequatur incommodum, quod memorat Gal. cit. *Obijt quidā ab assumpta theriaca ante digestionem.* Et iterum: *Quartana mitem curationem desiderat in principio, nec admittit fortia medicamenta.* Vnde Paulus sic: *Laborantes leuiter tractare, neque medicamentum vllum vehemens admouere, neque euacuationem moliri cōuenit.* Auic. in principio sola emollitione contentus est manæ, casiæ, & similium: inde expectans coctionis notas frequenti potiùs, quam forti purgatione vtitur. Si verò quis validiori exhibito liberatur, quod primis accessionibus empyricus porrigat, id rectum ab errore est, idem aduertit, & quod in illo indiuiduo salus, in alijs mors est.

Cætera curatio. Habita commoda purgatione consilio Aæt. fouēda sunt viscera lenimēto, quod molliat, aperiat, & flatum discutiat. Auic. commendat robur ventriculi, lienis, hepatis: sic prouidentiam deobstruendi hæc membra, & preseruandi a duritie, atque inflammatione. Idem Gal. consulit, laudatque theriacæ vsum. Per interualla vtendum commode exercitatione, & cōsueta munera sunt exercenda: aduertit tamen Aæt. si breuis, neque admodum violēta quartana fuerit: permittit verò frictiones ad conterendas humoris crassi reliquias; negat balnea, siue aptiùs leuia concedit Auic. ad temperandam melancholiæ siccitatem: ergo iuuat effusio calentis aquæ, quæ sanè humectare, materiam mouere non poterit ob moram paucissimam. At post exactam coctionem

tribuit

tribuit largiora, quę lapsam complexionem emmendent, & soluant humoris residuum: liberiùs permitterem in torrida bile, & squallenti iecore.

CAPVT IX.

De febre erratica.

Quia febres quartanæ ad erraticas vt plurimũ sequũtur cõmodè eandẽ tractationem ingrediũtur: sic verò dicũtur quia nõ seruãt determinatum, ac certum ordinem circuitus, sed varium, & inæqualem: vocantur ergò erraticæ, quasi errantes in peryodo, 1. vulg. 3. tex. 17. Dupliciter autem contingunt, vel quoniam suam peryodum modò anticipant modò postponunt, aut quia tenorem prorsus mutent, & istæ notas habent veriores erraticę. *Nomina, & differentiæ.*

Gal. 2. de cris. b. vlt. triplicem inuenit erraticę causam, scilicet humorum diuersitatem, & eorundem transmutationem, exemplo flauę bilis migrantis in atram. Secundò vnicũ in diuersis partibus collectum. Tertiò errorẽ in victu: hic enim si in sanis morborum præbet occasionem, cur non dabit ægris nouæ peryodi? Addit Auic. ægri debilitatem, & sensus acutiem, 1. 4. trac. 2. cap. 8. Sed hæc veram erraticam non reddent: potiùs enim citatiorem paroxismũ efficient, quam motus inæqualitatem. Patitur quoque instantiam Gal. doctrina, saltẽ de erratica proximè dicta: imò prærterquã quòd difficilis est, vt iacet, nõ videtur admittẽda, quippè si bilis flaua mutetur in atram, ordinatã quartanam geret desinente *Causæ.*

ordi-

ordinata tertiana, nec erit aliud, quam vnum morbum, ad alium sequi, quartanam ad tertianam: quarè referēda causa est ad inordinatam, ac variam bilis mutationem: ita vt nunc ea mutata quartanam reddat, nunc ante mutationem, vel sine mutatione tertianam. Si vrgeas: febris erit composita, non erratica. Dicam, si ambo humores facta mutatione suas mouent accessiones euidens est compositio: si ex inæquali mutatione nunc hic, nunc ille humor præualet, accidit erratica: si post mutationem solùm mutatus ille moueatur, ordinatam quartanam, vel similem reddit. Neque illud de locorū varietate simpliciter videtur accipiendum: si quidē vna bilis in duobus focis duas tertianas efficit, nec mutatur peryodus, sed repetit vnaquæque statuto tempore; idque iudicandum si bini humores in totidem focis putreant; at si duo in eadem minæra corrumpantur vnum ferent circuitum vel nothæ tertianæ; aut quotidianæ, vel quartanæ similis. Referenda igitur causa veræ erraticæ ad inordinatam generationem huius, vel illius humoris in hanc vel illam partem pulsi vel tracti.

Signa. Victus autem licet peryodum non faciat, humorem gignit, causam noui circuitus: cum scilicet illius adaucta quantitas hunc duplicat, vel alius diuersum generat. *Prognostica.* Et ex his signa erraticarum desumuntur; quæ sæpissimè in quartanam degenerant, t. ad Glauc. 5. & 6. epid. *Curatio* cit. curatio verò instituenda secundum naturam humoris, qui prę-ualet.

CAPVT

CAPVT X.

De febribus compositis, atque hemitritæo.

SVperuacuum erat in quacumque cuiusque humoris tractatione referre ipsius compositionem: sed absoluta omnium historia eorundem connexionem referre. Idcirco huc proprium caput relegauimus.

Tripliciter febris dicitur composita. Primò cum simul affligunt duæ febres diuersi generis. Secundò si vna admittit diuersorum humorum compositionem. Tertiò quando complicatur cum alia ægritudine. Verum ob compositionem magis famosam soli semitertianæ nomen imposuerunt antiqui: cæteras autem febres cõmuni vocabulo compositas appellarunt. Dicitur verò semitertiana, vel quoniam ex media tertiana componitur, vel quia refert mores imperfectæ tertianæ, cuius signa nõ apparent, & hæc de latinorum appellatione. Græci cum Hipp. hæmitritæum nominarunt. *Nomina*

Egimus supra non tantùm de puris, & simplicibus, sed etiam de legitimis, atque exquisitis febribus cuiusque humoris: nunc restat tractatio & spuriarum, quas nothas vocant, & earum, quas compositas, seu complicatas dicunt: aliud quippe est notham esse febrem, aliud complicatam, vt supra manifestum reliquimus: illa nascitur ex duobus humoribus in vnum coactis, simulque putrentibus in eodem foco: hæc fit a separatis siue in eadem minæra, seu diuersis putreant: vnde sequentes notharum differentiæ. Si misceantur bilis, & pituita in *Differentiæ.*

eodem foco, quando hæc superat, euadit quotidiana
notha, quando illa tertiana eiusdem generis: atque ita
asserendum de mixtione melancholiæ cum bile, vel pi-
tuita. Complicatarum maior est sequens numerus. Si
bilis in duobus locis putreat, duas efficit tertianas cõfu
sas sine media vtraq; quiete. Ex his quædã sine media
vna quiete permiscentur, quædã ad inuicẽ succedunt,
& hac media seiunctim ingrediuntur, quas Auic. coal-
ternatas vocat. Rursus ex illis vel vtraque simul inci-
pit, communicans dicta, vel paulo post inuadit, subin-
trans appellata. Si bilis vno loco, pituita alio corrum-
patur fit complicatio quotidianæ cum tertiana: idque
ferendum de melancholia si quando putrescat simul
cum bile, vel pituita in diuersis focis. Et istæ, vt de dua-
bus tertianis diximus, vel simul incipere, aut vna ante
solutionem alterius, aut separatè ingredi, vel solui pos-
sunt: vndè multæ febrium complicationes, quarum
exempla quatuor sic proponit Gal. tertiana continua
cum quotidiana intermittenti. Secundum, quotidiana
continua cum tertiana intermittenti. Tertium, vtra-
que intermittens. Quartum, vtraque continua. Simi-
les differentiæ ex alijs humoribus colligi possunt, ac in
eodem humore similes, & hinc complicatio tertianæ
continuæ, cum intermittenti, atque multifariæ conne-
xiones in quartanis & quotidianis. Rarissima tamen,
ne dicam impossibilis est duarum continuarum com-
positio: non enim videtur benè concipi, qua ratione in
eisdẽ venis, quasi digito diuisos humores putredo cor-
ripit: nõ sic febres diuersi generis de quib. sup. Atq; istæ
notæ sunt febrium differentiæ, & cõplicationes. Addit

Auert.

Auerr.alias,quę sequuntur ad multifariam humorum proprietatem,& variam quantitatem,3.collig.9. Num verò & sub qualibet harum complicationum hemitriteus admitti possit multi dubitant. Auic. omnē cōpositionem biliosæ,atq; pituitosę videtur admittere dummodò eàdem repetant die: Gal.tamen,1.feb.7. licet nō excludat a numero semitertianarū eam febrē in qua bine accessiones inuētę sunt,cap.8.rē magis explicat,nec patitur aliūdè fieri nisi ex quotidiana cōtinua, & tertiana intermittenti.Idē colligitur ex Hipp.1.vulg.1.tex.23 vbi vocat hanc febrē horridā,acutā,continuā.Hęc illi, ex quibus elicio exquisitū hemitritęū fieri ex quotidiana cōtinua,& tertiana intermittēti: huic proximum ex hac cōtinua,illa intermittente: reliquas bilis, & pituitæ cōpositiones nō exquisitū reddere,sed spuriū, explicat Gal. cit. feb.8. Et hoc sensu interpretandus Hipp. eodem lib.sect.3.tex.5.& sect.2.tex.25.dum separat a tertiana,& semitertiana, aliam tertianæ morem referentis: Gal.verò lib.de typpis,cap.3.& 4. cum semitertianā diuturnis morbis adnumerat.Et sic quoque intelligendus Auic. Igitur ex semitertianis quædam salubres,mittes,& diuturnæ sunt, aliæ periculosæ,lethales, acutæ: has legitimas, illas spurias liceat appellare. Et illæ sint differentiæ cunctarum febrium,quæ in humore consistunt: huius loci non sunt, quæ sumuntur a forma caloris,ab accidentibus,loci conditione, succorum more,&c. Vnde mittes, mordaces,malignæ, benignæ, lypiriæ,sincopales,acutę, pestilentes: de quibus suo loco:nō enim decet a recto itinere nostri instituti recedere,sed sola contenta persequi,quæ tractāda suscepim9.

N. 2. Restat

Restat & complicatio humoralis cum diaria, vel hectica: sed illa sequenti libro examinabitur, hęc in primo discutienda erat: sed quia non explicuimus vniuersam cōtinentium historiam, sed peculiarem pręcipuarum partium, ideò hanc complicationem reliquimus. Adde insuetam, & ferè nunquam visam febriendi formam.

Signa. 10 Quamuis signa compositarum febrium pendeant ex cognitione simplicium, peculiaria tamen habet hemitritæus sequentia. Horror in febre continua citra cri sim distinctus ab eo, qui per initia continuarum solet euenire: occultatur autem tertianæ rigor vehemēs, manifesta declinatio, febris intermissio cum sudoris interceptione. Sed quid sit de sudoris defectu, & impedita declinatione, ac intermissione febris, quæ sanè perēnis putredo phlegmatis valet impedire: de rigore maior est dubitatio: non etenim apparet cur bilis extra vasa mota proprium rigorem non ferat, quem pituita intrò putrens nec impedire, nec hebetare potest: quarè cum calidus, & acris huius vapor nullibi frigeret, horrorem nunquam promouebit. Propositionibus tamen distinguenda res est. Prima, si tertiana continua iūgatur quotidianę intermittenti, vel vtraque sit intermittens non est dubium quin verus sequatur horror, quem moueat pituita extra venas, vel eadem minuens bilis rigorem. Et de hac febre loquitur Hipp. 1. epid. cit. Secūda, licet in hemitritæo ab inuadente tertiana horror accidat nō ob id Hipp. febrem horridam vocat, sed quia per totū ferè circuitum molestet ille repetēs, nunc interruptus, modò iteratus, nonnunquam post calentem iam ægrū rediens. Tertia, hemitritęus, & quotidiana intermittēs

disi-

dissimiles habent horrores: hęc enim majorem sensum frigiditatis inducit, ille proximum rigori, quem bilis, licet frenata, commouet. Quarta, in vero hemitritęo horrorem inueniri nil prohibet, at rigor multis de causis impeditur. Primò, quia bilis vasorum a pituitæ conuersatione mitior reddita est: vnde foras pulsa minùs acris, ac molesta persentitur. Secundò, calor innatus intro cohibetur frigore phlegmatis, & inde bilis cum calore pariter reuocatur. Tertiò, quamuis pituita non feratur extra vapor illius cum sanguine, & spiritu totū permeat, obtunditque bilis calorem, & acrimoniam. Ex his verò, atque ex modo repetitionis, quem explicuimus, colligi possunt hemitritæi signa: inde reliquarum febrium, quas complicatas vocant.

1 Ex Zoar, lib. 3. trac. 1. cap. 5. rarò febres simplices reperiuntur, frequenter compositæ: denominatio tamen a potiori sumitur. *Prognostica.*

2 Hemitritæus Romanis incolis frequentissimus est, 1. epid. 2. tex. 25. nos in Amæensibus non minùs frequētem animaduertimus: non sic in cętera Tagi regione, & forsan tota Lusitania. Causa videtur inæqualis vrbis tēperies, ob quam media ęstate incolę modò frigus, nūc flammas experiuntur. His facit inæqualis situs montiū, & rupium, quę ab aquilone, atque Oriente circundant vrbem. Accedit humens solum, & ingluuies diuersorū eduliorum, quibus abundat, & pane aduentitio quo vtuntur ciues, propter quæ varium humoris genus sæpè congerunt: maximè verò ad finem æstatis, & autumni principium, quo tempore ab adueniente continentis inæqualitate crebrior est hic morbus.

3 In hemitritæo crebri rigores exitiales sunt, 1.epid. cit.& sect.3. tex.21. & 4.aphor.46.reddit Gal. in com. rationem: vel quia tētat natura motum per interualla, quem non perficit: atque ideò decretorium non decernens dici potest, vbi noxius, & multus humor sępè naturam irritat, quę imbecillis non valet ex toto pellere: vel quoniam malignus vapor membra sentientia perpetuò lacessit, vnde rigores, & hinc nonnunquam frig° extremorum, non in hoc tantùm, sed in reliquis continuis lethale, 2.progn.4. 4.aphor.48. 1.4. trac.2. cap.1. significat enim, vel naturam nimis debilem, vel nimiã collectionem caloris ob trahentem inflammationem, atque malignam putredinem intro reuocantem.

4 Hinc deducitur quartum sequens, exquisitus hemitritęus nunquam vacat periculo: interdum lethalis est: sæpè ducit ad tabem. Quę positio licet colligatur ex 1. epid.3.tex.5.non videtur prorsus admittenda propter sequentes rationes. Prima, 1.feb.8. marcor euenit ab ardentissimis, & biliosis febribus, nõ a mixtione phlegmatis, quod potiùs reddit humidiora corpora, & resolutioni inepta. Secunda ex compositione febrium non deducitur prauitas, & malitia, sed salus, ac mediocritas: vnde 1 4 trac.2.cap.4.tertiana notha salubrior, & facilior est exquisita, & spuria quotidiana plus salutaris, quam eadem purior: quippè frigus, atque lentorem pituitę bilis corrigit: hęc obtundit, ac moderatur illius calorem, & acrimoniam. Hinc rursus cõuultioni febris superueniens laudatur, 2.aphor.26.& asserit Gal.de hemitritæo, quem breuiorem fatetur quotidiana propter ad mixtam bilem, quæ hebetem pituitam excitat. Accedit

dit tertianæ continuę argumentum, quę sanè periculo, & acutie hemitritæum superat: & ideò 3. vulg 3. tex. 75. hanc pariter horridam vocat, & Gal. ibidem malignam, atque exitialem proponit, ob acutiem, & citam mortem, quam affert. Si tandem quotidiana continua non habet insigne periculum, nullum tertiana intermittens: cur hoc erit in composito?

Sed multipliciter responderi potest. Primò, Hipp. in epidemijs malignum, atque lethalem pronunciauit hemitritæum populariter grassantem, & fortè pestilentem: non sic venientem in alio cæli statu. Secundò, hic simpliciter, & absolutè facilior est, redditur tamen magis periculosus propter subitos, & inopinatos motus, quos habet, & quia naturam iam postratam, ac penè succumbentem de nouo quatit, atque imbecillitat repentina accesio: denique labefactat turgentia, varius conflictus, inęqualitas, contrariorum agitatio, & diuersa in corpus alteratio: putredo autem in illa mixtione deterior est, & maior in copia tot excrementorum, quę lacessita natura benè regere non potest: vndè pessimè afficiuntur: hinc ciborum varietas magis noxia, inæquale tempus deterius, & variæ deiectiones malæ, 2. progn. 23. 4. aphor. 21. Insuper in hemitritæo maior est quantitas humoris noxij, quàm in tertiana, vel quotidiana separatis: hanc autem natura haud facilè vincit, & minùs in duobus contrarijs a quib⁹ impeditur, & quodammodò terretur. Alia causa difficultatis, atque periculi posita est in laboriosa, vel erronea curatione, quam præbet hemitritæus,

& arti,

meliùs cedit euacuationi:& in vehementi frigore laudat tepidam cum sirupo acetoso.

Purgatio Lenta purgatio quartanis aptior, vt morbis omnibus, qui pendent a crasso,& rebelli humore, ne sequatur incommodum, quod memorat Gal. cit. *Obijt quidā ab assumpta theriaca ante digestionem*. Et iterum: *Quartana mitem curationem desiderat in principio, nec admittit fortia medicamenta*. Vnde Paulus sic: *Laborantes leuiter tractare, neque medicamentum vllum vehemens admouere, neque euacuationem moliri cōuenit*. Auic. in principio sola emollitione contentus est manæ, casiæ,& similium: inde expectans coctionis notas frequenti potiùs, quàm forti purgatione vtitur. Si verò quis validiori exhibito liberatur, quod primis accessionibus empyricus porrigat, id rectum ab errore est, idem aduertit, & quod in illo indiuiduo salus, in alijs mors est.

Cætera curatio. Habita commoda purgatione consilio Aæt. fouēda sunt viscera lenimēto, quod molliat, aperiat, & flatum discutiat. Auic. commendat robur ventriculi, lienis, hepatis: sic prouidentiam deobstruendi hæc membra, & preseruandi a duritie, atque inflammatione. Idem Gal. consulit, laudatque theriacæ vsum. Per interualla vtendum commode exercitatione, & cōsueta munera sunt exercenda: aduertit tamen Aæt. si breuis, neque admodum violēta quartana fuerit: permittit verò frictiones ad conterendas humoris crassi reliquias: negat balnea, siue aptiùs leuia concedit Auic. ad temperandam melancholiæ siccitatem: ergo iuuat effusio calentis aquæ, quæ sanè humectare, materiam mouere non poterit ob moram paucissimam. At post exactam coctionem

tribuit

tribuit largiora, quę lapsam complexionem emmendent, & soluant humoris residuum: liberiùs permitterem in tornida bile, & squallenti iecore.

C A P V T I X.

De febre erratica.

Quia febres quartanæ ad erraticas vt plurimū sequūtur cōmodè eandē tractationem ingrediū tur, sic verò dicūtur quia nō seruāt determinatum, ac certum ordinem circuitus, sed varium, & inæqualem: vocantur ergò erraticæ, quasi errantes in peryodo, 1. volg. 3. tex. 17. Dupliciter autem contingunt, vel quoniam suam peryodum modò anticipant modò postponunt, aut quia tenorem prorsus mutent, & istæ notas habent veriores erraticę. *Nomina, & differentia.*

Gal. 2. f. b. vlt. triplicem inuenit erraticę causam, scilicet humorum diuersitatem, & eorundem transmutationem, exemplo flauę bilis migrantis in atram. Secundò vnicū in diuersis partibus collectum. Tertiò errorē in victu: hic enim si in sanis morborum præbet occasionem, cur non dabit ægris nouæ peryodi. Addit Auic. ægri debilitatem, & sensus acutiem, 1. 4. trac. 2. cap. 1. Sed hæc veram erraticam non reddent: potiùs enim citatiorem paroxismū efficient, quam motus inæqualitatem. Patitur quoque instantiam Gal. doctrina, saltē de erratica proximè dicta: imò præterquā quòd difficilis est, vt iacet, nō videtur admittēda, quippè si bilis flaua mutetur in atram, ordinatā quartanam geret desinente *Causæ.*

ordi-

ordinata tertianæ; nec erit aliud, quam vnum morbum, ad alium sequi, quartanam ad tertianam: quarè referenda causa est ad inordinatam, ac variam bilis mutationem: ita vt nunc ea mutata quartanam reddat, nunc ante mutationem, vel sine mutatione tertianam. Si vrgeas: febris erit composita, non erratica. Dicam, si ambo humores facta mutatione suas mouent accessiones euidens est compositio: si ex inæquali mutatione nunc hic, nunc ille humor prævalet, accidit erratica: si post mutationem solùm mutatus ille moueatur, ordinatam quartanam, vel similem reddit. Neque illud de locorũ varietate simpliciter videtur accipiendum: si quidẽ vna bilis in duobus focis duas tertianas efficit, nec mutatur peryodus, sed repetit vnaquæque statuto tempore; idque iudicandum si bini humores in totidem focis putreant; at si duo in eadem minæra corrumpantur vnum ferent circuitum vel nothæ tertianæ, aut quotidianæ, vel quartanæ similis. Referenda igitur causa veræ erraticę ad inordinatam generationem huius, vel illius humoris in hanc vel illam partem pulsi vel tracti.

Victus autem licet peryodum non faciat, humorem gignit, causam noui circuitus: cùm scilicet illius adaucta quantitas hunc duplicat, vel alius diuersum generat. Et ex his signa erraticarum desumuntur; quæ sæpissimè in quartanam degenerant, 1. ad Glauc. 5. & 6. epid. cit. curatio verò instituenda secundum naturam humoris, qui prævalet.

Signa. Prognostica. Curatio

CAPVT

CAPVT X.

De febribus compositis, atque hemitritæo.

SVperuacuum erat in quacumque cuiusque humoris tractatione referre ipsius compositionem: sed absoluta omnium historia eorundem connexionem referre. Idcirco huc proprium caput relegauimus.

Tripliciter febris dicitur composita. Primò cum simul affligunt duæ febres diuersi generis. Secūdò, si vna admittit diuersorum humorum compositionem. Tertiò quando complicatur cum alia ægritudine. Verum ob compositionem magis famosam soli semitertianæ nomen imposuerunt antiqui: cæteras autem febres cōmuni vocabulo compositas appellarunt. Dicitur verò semitertiana, vel quoniam ex media tertiana componitur, vel quia refert mores imperfectæ tertianæ, cuius signa nō apparent, & hæc de latinorum appellatione. Græci cum Hipp. hæmitritæum nominarunt. *Nomina*

Egimus supra non tantùm de puris, & simplicibus, sed etiam de legitimis, atque exquisitis febribus cuiusque humoris: nunc restat tractatio & spuriarum, quas nothas vocant, & earum, quas compositas, seu complicatas dicūt: aliud quippe est notham esse febrem, aliud complicatam, vt supra manifestum reliquimus: illa nascitur ex duobus humoribus in vnum coactis, simulque putrentibus in eodem foco: hæc fit à separatis siue in eadem minæra, seu diuersis putreant: vnde sequentes notharum differentiæ. Si misceantur bilis, & pituita in *Differentia.*

eodem foco, quando hæc superat, euadit quotidiana notha, quando illa, tertiana eiusdem generis: atque ita asserendum de mixtione melancholiæ cum bile, vel pituita. Complicatarum maior est sequens numerus. Si bilis in duobus locis putreat, duas efficit tertianas cõfusas sine media vtraq; quiete: Ex his quædã sine media quiete permiscentur, quædã alterna vice succedunt, & hæ media seiunctim ingrediuntur, quas Auic. coalternatas vocat. Rursus ex illis vel vtraque simul incipit, communicans dicta, vel paulo post inuadit, subintrans appellata. Si bilis vno loco, pituita alio corrumpatur fit complicatio quotidianæ cum tertiana; idque ferendum de melancholia si quando putrescat simul cum bile, vel pituita in diuersis focis. Et istæ, vt de duabus tertianis diximus, vel simul incipere, aut vna ante solutionem alterius, aut separatè ingredi, vel solui possunt: vndè multæ febrium complicationes, quarum exempla quatuor sic proponit Gal. tertiana continua cum quotidiana intermittenti. Secundum, quotidiana continua cum tertiana intermittenti. Tertium, vtraque intermittens. Quartum, vtraque continua. Similes differentiæ ex alijs humoribus colligi possunt, ac in eodem humore similes, & hinc complicatio tertianæ continuæ, cum intermittenti, atque multifariæ connexiones in quartanis & quotidianis. Rarissima tamen, ne dicam impossibilis est duarum continuarum compositio: non enim videtur benè concipi, qua ratione in eisdẽ venis, quasi digito diuisos humores putredo corripit: nõ sic febres diuersi generis de quib. sup. Atq; istæ notæ sunt febrium differentiæ, & cõplicationes. Addit

Auert

Auerr. alias, quę sequuntur ad multifariam humorum proprietatem, & variam quantitatem, 3. collig. 9. Num verò & sub qualibet harum complicationum hemitriteus admitti possit multi dubitant. Auic. omnē cōpositionem biliosæ, atq; pituitosę videtur admittere dummodò eàdem repetant die: Gal. tamen, 1. feb. 7. licet nō excludat a numero semitertianarū eam febrē in qua bine accessiones inuētę sunt, cap. 8. rē magis explicat, nec patitur aliūdè fieri nisi ex quotidiana cōtinua, & tertiana intermittenti. Idē colligitur ex Hipp. 1. vulg. 1. tex. 23 vbi vocat hanc febrē horridā, acutā, continuā. Hęc illi, ex quibus elicio exquisitū hemitritęū fieri ex quotidiana cōtinua, & tertiana intermittēti: huic proximum ex hac cōtinua, illa intermittente: reliquas bilis, & pituitæ cōpositiones nō exquisitū reddere, sed spuriū, explicat Gal. cit. feb. 8. Et hoc sensu interpretandus Hipp. eodem lib. sect. 3. tex. 5. & sect. 2. tex. 25. dum separat a tertiana, & semitertiana, aliam tertianæ morem referentis: Gal. verò lib. de typpis, cap. 3. & 4. cum semitertianā diuturnis morbis adnumerat. Et sic quoque intelligendus Auic. Igitur ex semitertianis quædam salubres, mittes, & diuturnæ sunt, aliæ periculosæ, lethales, acutæ: has legitimas, illas spurias liceat appellare. Et istæ sint differentiæ cunctarum febrium, quæ in humore consistunt: huius loci non sunt, quæ sumuntur a forma caloris, ab accidentibus, loci conditione, succorum more, &c. Vnde mittes, mordaces, malignæ, benignæ, lypiriæ, syncopales, acutę, pestilentes de quibus suo loco: nō enim decet a recto itinere nostri instituti recedere, sed sola contenta persequi, quæ tractāda suscepimus.

Restat & complicatio humoralis cum diaria, vel hectica: sed illa sequenti libro examinabitur, hęc in primo discutienda erat: sed quia non explicuimus vniuersam continentium historiam, sed peculiarem pręcipuarum partium, ideò hanc complicationem reliquimus. Adde insuetam, & ferè nunquam visam febriendi formam.

Signa. 10 Quamuis signa compositarum febrium pendeant ex cognitione simplicium; peculiaria tamen habet hemitritæus sequentia. Horror in febre continua citra crisim distinctus ab eo, qui per initia continuarum solet euenire: occultatur autem tertianæ rigor vehemēs, manifesta declinatio, febris intermissio cum sudoris interceptione. Sed quid sit de sudoris defectu, & impedita declinatione, ac intermissione febris, quæ sanè perēnis putredo phlegmatis valet impedire: de rigore maior est dubitatio: non etenim apparet cur bilis extra vasa mota proprium rigorem non ferat, quem pituita intrò putrens nec impedire, nec hebetare potest: quarè cum calidus, & acris huius vapor nullibi frigeret, horrorem nunquam promouebit. Propositionibus tamen distinguenda res est. Prima, si tertiana continua iūgatur quotidianę intermittenti; vel vtraque sit intermittens non est dubium quin verus sequatur horror, quem moueat pituita extra venas, vel eadem minuens bilis rigorem. Et de hac febre loquitur Hipp. 1. epid. cit. Secūda, licet in hemitritæo ab inuadente tertiana horror accidat nō ob id Hipp. febrem horridam vocat, sed quia per totū ferè circuitum molestet ille repetēs, nunc interruptus, modò iteratus, nonnunquam post calentem iam ægrū rediens. Tertia, hemitritęus, & quotidiana intermittēs

disși-

dissimiles habent horrores: hęc enim majorem sensum frigiditatis inducit, ille proximum rigori, quem bilis li cet frenata, commouet. Quarta, in vero hemitritęo hor rorem inueniri nil prohibet, at rigor multis de causis impeditur. Primò, quia bilis vasorum a pituitæ conuer satione mitior reddita est: vnde foras pulsa minùs acris, ac molesta persentitur. Secundò, calor innatus intro co hibetur frigore phlegmatis, & inde bilis cum calore pa riter reuocatur. Tertiò, quamuis pituita non feratur ex tra vapor illius cum sanguine, & spiritu totū permeat, obtunditque bilis calorem, & acrimoniam. Ex his ve rò, atque ex modo repetitionis, quem explicuimus, col ligi possunt hemitritæi signa: inde reliquarum febrium, quas complicatas vocant.

1 Ex Zoar, lib. 3. trac. 1. cap. 5. rarò febres simplices re periuntur, frequenter compositæ: denominatio tamen a potiori sumitur. *Prognostica.*

2 Hemitritæus Romanis incolis frequentissimus est, 1. epid. 2. tex. 25. nos in Amæensibus non minùs frequē tem animaduertimus: non sic in cętera Tagi regione, & forsan tota Lusitania. Causa videtur inæqualis vrbis tē peries, ob quam media ęstate incolę modò frigus, nūc flammas experiuntur. His facit inæqualis situs montiū, & rupium, quę ab aquilone, atque Oriente circundant vrbem. Accedit humens solum, & ingluuies diuersorū eduliorum, quibus abundat, & pane aduentitio quo vtuntur ciues, propter quæ varium humoris genus sæ pè congerunt: maximè verò ad finem æstatis, & autum ni principium, quo tempore ab adueniente continentis inæqualitate crebrior est hic morbus.

3 In

3 In hemitritæo crebri rigores exitiales sunt, 1.epid. cit.& sect.3. tex.21. & 4.aphor.46.reddit Gal. in com. rationem:vel quia tētat natura motum per interualla, quem non perficit:atque ideò decretorium non decernens dici potest, vbi noxius, & multus humor sępè naturam irritat,quę imbecillis non valet ex toto pellere: vel quoniam malignus vapor membra sentientia perpetuò lacessit,vnde rigores,& hinc nonnunquam frigus extremorum,non in hoc tantùm, sed in reliquis continuis lethale, 2.progn.4. 4.aphor.48. 1.4. trac.2. cap.1. significat enim, vel naturam nimis debilem, vel nimiā collectionem caloris ob trahentem inflammationem, atque malignam putredinem intro reuocantem.

4 Hinc deducitur qua tum sequens,exquisitus hemitritęus nunquam vacat periculo:interdum lethalis est: sæpè ducit ad tabem. Quę positio licet colligatur ex 1. epid.3.tex.5.non videtur prorsus admittenda propter sequentes rationes. Prima, 1.feb.8. marcor euenit ab ardentissimis,& biliosis febribus,nō a mixtione phlegmatis,quod potiùs reddit humidiora corpora, & resolutioni inepta.Secunda ex compositione febrium non deducitur prauitas,& malitia,sed salus,ac mediocritas: vnde 1.4 trac.2.cap.4.tertiana notha salubrior, & facilior est exquisita, & spuria quotidiana plus salutaris, quam eadem purior:quippè frigus,atque lentorem pituitę bilis corrigit:hęc obtundit,ac moderatur illius calorem,& acrimoniam.Hinc rursus conuulsioni febris superueniens laudatur,2.aphor.26.& asserit Gal.de hemitritæo,quem breuiorem fatetur quotidiana propter ad mixtam bilem,quæ hebetem pituitam excitat. Accedit

dit tertianæ continuę argumentum, quę sanè periculo, & acutie hemitritæum superat: & ideò 3. vulg 3. tex. 75. hanc pariter horridam vocat, & Gal. ibidem malignam, atque exitialem proponit ob acutiem, & citam mortem, quam affert. Si tandem quotidiana continua non habet insigne periculum, nullum tertiana intermittens: cur hoc erit in composito?

Sed multipliciter responderi potest. Primò, Hipp. in epidemijs malignum, atque lethalem pronunciauit hemitritæum populariter grassantem, & fortè pestilentem: non sic venientem in alio cœli statu. Secundò, hic simpliciter, & absolutè facilior est, redditur tamen magis periculosus propter subitos, & inopinatos motus, quos habet, & quia naturam iam postratam, ac penè succumbentem de nouo quatit, atque imbecillitat repentina accessio: denique labefactat turgentia, varius conflictus, inęqualitas, contrariorum agitatio, & diuersa in corpus alteratio: putredo autem in illa mixtione deterior est, & maior in copia tot excrementorum, quę lacessita natura benè regere non potest: vndè pessimè afficiuntur: hinc ciborum varietas magis noxia, inæquale tempus deterius, & variæ deiectiones malæ, 2. progn. 23. 4. aphor. 21. Insuper in hemitritæo maior est quantitas humoris noxij, quàm in tertiana, vel quotidiana separatis: hanc autem natura haud facilè vincit, & minùs in duobus contrarijs a quib⁹ impeditur, & quodammodò terretur. Alia causa difficultatis, atque periculi posita est in laboriosa, vel erronea curatione, quam præbet hemitritæus, & arti,

& arti, & naturę: hæc nempè concussa, ac perturbata vnico instrumento caloris innati ineptiùs resistit duobus contrarijs: illa contrarijs remedijs pugnare debet, & expertum offerre medicum, qui non decipiatur fallaci oppositione: Accedit quod varij, & inordinati insultus medicum turbant, ita vt nec cibandis ægris, nec offerēdis auxilijs occasionem relinquant. Adde omnes mutationes naturæ sunt molestæ, pręsertim subitæ 2. aph. 51. 6. vulg. 3. tex. 27. ex cunctis verò supradictis maior sequitur virium iactura, longior coctio, maior, & difficilior putredo, & hinc vel præceps interitus, vel morbi longitudo: mors subita si malignus humor partem principē occupet, prolongatio si ad ignobilem decumbat. Nec in hemitritæo bilis, vt in tertiana notha multum potest emmendare pituitam, neque hæc, illam, tum quia in vnum humorem non coeunt; tum quoniam mouentur in focis distantibus. Denique nō conuincit exemplum conuulsionis, aut paralisis: nam febris superueniens antecactam intemperiem curat, nec persistunt æquales ambo morbi, ita vt simul, & naturam lacessant, & propriā curationem postulent. Itaque si quandò morbus compositus in vnoquoque componentium propriam requirit curationem, deterior censetur simplici: aliter si vna fit vtriusque curatio, vel pars vna emendet qualitatem alterius. Et hinc soluuntur, quæ supra obijciuntur argumenta. *Curatio.* Curatio verò non est alia quam febrium simplicium vna habita prouidentia fallacis hemitritæi, cui fidere non oportet, pręcipuè si acutus sit, nec omittere remediorum pręcipites occasiones expectantes accessionum remissionem, quam non habet.

CAPVT

CAPVT XI.

De malignarum febrium differentijs.

Licet aliqui malignam febrem puncticularem vertant; id non consonat dictis Græcorum, vel Arabū, imo nec reliquæ posteritati: constant enim sequentes quatuor, & præcipuæ acceptiones. Prima in humore cō- sistit; secunda in rapido illius motu: tertia colligitur ex patiente loco satis nobili. Quarta deducitur ex malitia praui simptomatis. Rursusque in humore ponitur differentia multiplex est: vel enim succus ita recedit a natura, vt nec coctionem patiatur, nec admittat illius gratiam (meminit Auerr. 3. collig. 3.) vel deterrima putredo illum corripit, quæ consuetæ corruptionis metam transcendit: hæc autem in puncticulari, ac pestilenti frequens est, statuuntque non tantùm moderni, sed antiquiores, Hipp. 2. vulg. 3. tex. 3. & lib. 1. sect. 2. ægroto 2. Gal. in 6. sect. 1. tex. 29. & 1. meth. 12. ad finem, Auic. 1. 4. tr. ac. 4. cap. 2. tantùmque prauitatis, atque frequentiæ hæc febris obtinuit inter Hispanos, vt vulgò malignam appellarent excluso nomine ab alijs malignarum differentijs. Neque satisfaciunt, qui in illa aliquid occultum, atque indicibile imaginantur: quippe in nostro corpore nihil tale est: non aliter apostematibus accidit: benignus phlegmonem, prauior furunculos sanguis generat; adustior carbonem: ita bilis mitior erisipelam, deterior herpetem, formicam, & fœdos deterrima cancros procreat: nec in alio consistit maligni apostematis

Nomina, & differentiæ.

Fatemur tamen sæpè cum grandi calore benigniores febres cadere, prauiores cum paruo, ac mitiori: malitiā exprimit Gal. 3. epid. 3. tex. 75 & clarius 3. crisi. 4. dicēs: *Debiles quidem, & paruæ febres quandoque valde malignæ sunt, & aliæ calidiores nihil habent periculosum.* Constat ergo non pendere malitiam a copia caloris, sed a maligna corruptione, vel adustione. Hāc autem cognitam esse, non occultam, vel indicibilem qualitatem, nisi velis incognitum corruptionis morē eo nomine explicare. Nec obstat in his detractus sanguis purus sępè, atq; laudabilis: nā id vel ab adustione prouenit, vel a latente in profundo corruptione. Tertiò summum calorem, acrimoniā, & acutiē humor continet, quæ pessimā febrem reddūt, contentiuntq; Hipp. atq; Gal. quoties acutorū meminere: quibus & motū celerē, & pericula adiūgūt, imò fallacē illorū morborū coniecturā, inquit Hipp. & eleganter aduertit Aæt. lib. 5. cap. 56. acrem verò calorē notat Gal. 4. acut. 47. His addimus multas cōtinuarum febriū, quæ ab inæquali humore procedunt, cuius parte soluta diebus decretorijs altera succenditur, quæ vires defatigatas magis destruit: atq; ita tempore, quo sperabatur salus, mors inopina venit: quarè nil mirū si has malignas appellemus, & appellet Gal. ex Hip. 1. vul. 2. tex. 25. Addi potest, & magnitudo: licet enim Gal. excludat 3. crisi. cit. æquiparat malitię, 4. meth. 6. verùm hoc pręcipue intelligendum de copia materiæ, quæ tanta interdū est, vt ægro minetur citam perniciem: verū si aliquando febris magnitudo refertur ad intentionem caloris, cum hoc febris mitis est, & minimè maligna. Restant ergo quinque in humore malignitatis differen-

tiæ.

tiæ, prima incostibilitatis, secunda pessimæ corruptionis, tertia acutiei, atque acrimoniæ, quarta inæqualitatis quinta extremæ multitudinis.

Secundæ speciei atque turgentiæ facit mentionem Gal. cum Hipp. 1. aphor. 22. & 24. quærens huic febri cõpendiosum ac præceps auxilium: nec immeritò quia decumbentis humoris in partem principem minatur casum & inde breuem interitum.

Tertia constat ex 1. porrhet. 2. tex. 21. vbi sic: *Febres ex hippocondriorum doloribus malignæ.* Et Gal. in com. *Cũ ergo non paucæ in hippocondrijs sitæ sint partes, febres nõ sunt in his omnibus malignæ, sed in septo transuerso, vẽtriculo, & iecinore.* Ex 3. vulg 2. in P. *Febres a cerebro affecto malignæ: a membranis, a pulmone, a corde.* Hoc autem intellige, seu partes inflammationem patiantur, siue humores in eorum vasis putreant. Ideò tertiana continua inter malignos morbos haud enumeratur; quia scilicet pendet a materia putrente in remotioribus a corde vasis, & perennem habet caloris expansionem vsque ad extremorum confinia. Adde nonnunquam malignæ tantùm dicuntur febres, quę sequuntur ad inflammationem præcipui visceris presertim si iungatur extremorum frigiditas propter magnam caloris reuocationem ad interiora: sic interpretatur Gal. 4. acut. 16. causos malignos ab alijs separans.

Quartam insinuat, 3 cris. cit. vbi sic: *Si verò benignus, aut malignus sit morbus ex subsequentibus ipsum accidẽtibus noscitur, quæ omnia ferè Hipp. in prognosticis enumerauit: in his verò annumerare oportet coctionis, & cruditatis signa: magnitudo autem, & morbi motus ab his diuersa sunt.*

His præmissis duo elicies. Primum sæpè prædicta quatuor in vnum concidunt. nonnunquam separātur; semper tamen a quouis eorum coniectatur malitia. Potest sanè maligna putredo latere sine turgentia, & humorem sine corruptione turgere, vel occupare membrum princeps. Rursus vtrunque habere potest, vel nullum, & sola infestare multitudine. Secundò constat ex dictis Gal. cum Hipp. omnem ferè acutam febrem malignam appellasse, vt expressiùs innuit, 3. acut. cit. dicens. *Quæ ex hippocondrijs proficiscuntur omnium acutarū sunt mitissimæ.* Has verò supra malignas dixerat. Tertiò licet non constet de legitima febre maligna, fallacem nomen indicat: nam & malignus homo fallax dicitur, callidus, & simulator. Illa verò esse potest, quæ cum signis salutaribus aliqua habet deterrima: accidit enim nō rarò cum leni calore, & coctionis indicijs mori ægrotātem, & delinquere medicum in promissa sanitate: aduertit Gal. 1. porrhet. 14. & nos sæpiùs experimur: hæc igitur proprior sit malignarum febrium differentia. Secunda sequitur similis, quam puncticularem vocāt, seu fallax sit, & repat cum bonis signis, vt de superiori diximus, siue in aperto vniuersam corruptionem, & malitiā proponat. Cæteræ cum addito malignæ dici poterunt.

Caussæ. Addita verò constant ex supra positis Gal. atque Hipp. Et hinc manifestè eliciuntur malignarum febrium caussæ.

Signa. Signa malitię in vniuersum exprimit Gal. 3. cris. cit. verbis supradictis: *Si verò benignus, aut malignus sit morbus &c.* Gradus verò malignitatis, & sequuti periculi memorat, 1. vulg. 3. tex. 21. sed peculiariùs, malignæ febris

prima

prima species ita dignoscenda. Hæc in humore consistit: hic, vt notauimus, peccat multipliciter. Est scilicet incoctibilis, omnimodè corruptus, ac pestilẽs, multus, acris, eterogeneus: signa peruersę conditionis ad coquẽdum deprehenduntur ex signis humoris alterandi, æruginosi, atri, vel similis, quos nunquam natura valet perficere, nec coquere: iuuant autem crudę vrinę, & similis deiectio, aut sputamina, si morbus ad superiora vergat. Maligniter corrupti, ac pestilentis sunt eadem, quæ visuntur in simpliciter putridis, deteriora tamẽ, & quæ peculiarem quandam conditionem malignitatis præ se ferunt: hanc ergo sequitur horribile fastidium, & aduersans tędium, quod malignitati Gal. adscribit, 3. vulg. 2. tex. 7 inde febris cum minori calore, nec ita acri maiorem infert molestiam. Præterea summè postrantur facultates, & in pulsibus atque vrinis vel sequitur insignis mutatio, vel apparent sanis similia prauius malum significantia. Aduertit Auic. 1. 4. trac. 4. cap. 2. & fen 2. trac. 1. cap. 60. sic Ras 30. cont. tract. 13. cap. 1. Hoc verò accidit vel quia illud sedimen non est verum, sed pars humoris crudi ad renes elapsi: vel quoniam natura perterrita non illico materiam pestilẽtem aggreditur, quo tempore ducit vrina portionem sedimenti ab alimẽto derelicti. Vel tertiò quia pestilens humor non est in vasis ad renes attinentibus. Pulsum verò naturali similem in hac febre, & nos vidimus, & vidit Ras. & Auic. cit. reddit rationem Gal. 3. de pręsag. ex puls. cap. 4. inæqualem cordis intemperiem. Nos addimus cessantem naturam quandoque a conflictu, & spiritus, natiuumque calore a praua corruptione resolutos. Est & alia ratio vasorum

sorum prohibita translatio. Accidit in sphacello, & insinuat Gal. 1. de inæq. intemp. cap. 1. & 1. de caus. morb. cap. 6. Sudores verò & deiectiones in hac febre interdum horridum fætorem exhalant, & ex langore animalis facultatis impotentia, atque ignauia notabilis in toto sequitur: comitatur autem mæror insolitus, ac anxius animantis spiritus, & irrequietus decumbentis. Pletoricæ multitudinis, & mordacis acrimoniæ manifesta sunt signa. Eterogenei humoris portio sæpissimè delitescit, quo tandem moueatur, & noua cruditas superueniat. Et hęc humoris signa.

Secundam speciē, atque turgentiā facilè dignosces.

Tertiam verò ostendit loci patientis labor, qui propria gerit indicia, & inflammationum communia.

Pro quarta specie, & prauitate simptomatum faciūt deterrima signa, quæ numerauimus, & latè memorat Hipp. in prognosticis, & alijs locis suorum operum.

Prognostica. 1. Secundùm humoris speciem eliciuntur prognostica, atque ita ex ijs febribus, quę pendēt ab humore maligno pestilens est deterrima, similis incocti humoris, qui nullam vnquam naturæ gratiam recipit: sequitur putrens, qui vltimum corruptionis attingit, quando nō concrescit extractus sanguis, sed vndèquaq; corruptus effluit. Non sic praua, quæ ad calidissimam, & acrē materiam sequitur. Huic ferè par est multitudo, quæ semper minatur periculum praui decubitus si a natura benè non gubernetur. De motu humoris eadem minitatur turgentia. Internæ inflammationes iam vertunt decubitus periculum: ideirco lethales sæpiùs, magis mortiferæ, si nobile viscus prehenderint: desperatæ si cor occu-

occupauerint. De prauis simptomatibus latè Hipp. in prænot. & aphor. signa verò cruditatis non simpliciter lethalia, sed in lentiori causa diuturnitatem, in citatiore cum pessimis accidentibus mortem portendunt: proximam si iungatur virium imbecillitas: non ita breuem si validior resistat virtus. Inæqualitas in magno morbo dupliciter periculosa, & quia curationis tenorem peruertit, & quoniam vires inuenit a prioribus molestijs debilitatas: ideò varius est euentus, quem nec medicus vnquam præsagire, nec certè euitare potuit: sæpè enim ante motum nullum de se præbet indicium, ac proinde nec prænotionis, neque curationis speciem.

2 Secundum vniuersalius in febre maligna: malum si primis diebus præterlabitur occasio insignis remedij, 4. aphor. 10. malum si ruber sanguis exeat vbi delitescit in profundo pessimus.

3 Tertiò, in febre maligna ferè ægri nō iuuātur medicorū auxilijs, licet opportunè, & accommodatè adhibitis: vndè malum: non etenim iuuant, quę iuuare solent.

4 A febribus acutis rarò fit euasio nisi cum membri contractione, 1.4. trac. 2. cap. 2. pro acutis autem subaudi malignas aliquo genere prædictorum.

5 In vniuersum omnis febris maligna periculosa; sæpissimè fallax, atque incerta est: vndè certa præsagia non possunt præfiniri: quippè si in reliquis acutis nullam certitudinem inuenit Hipp. minùs in malignis, quarum nec signis bonis ad salutem fidere oportet, nec malis ad interitum.

Cætera morbis alijs sunt cōmunia, & aliquorū magis pro-

propria: puncticulæ similes pulicum morsibus, sudor, vrina, alui flux⁹, surditas, improba respiratio, delirium, inquietudo, anxietas, exolutio, somnus, vigilia, sitis, & varium in lingua bonitatis, vel malitię signum. Sed hęc in malignis, quæ veræ sunt peculiarem conditionem referunt qua a se ipsis alibi inuentis distingui solent: hæc verò ferè est indicibilis.

Curatio. Prima species, quę ad humorem pertinet in hũc modum gubernanda est. Primò incoctibilis, qui nullum potest recipere naturæ beneficium, sine cunctatione vacuandus est, facultatesque ad expulsionem roborãdæ. Sic horrida ac ferè pestilens corruptio & inhibenda, & euacuanda. Sic turgens humor illico vacuandus, prospiciendumque membris principibus vt decumbẽtis turgentię propellant impetum. Ad hoc verò expectanda non est coctio: neque enim natura euacuationi renititur nisi cum coquit, retinens donec assimilet: at quæ coctionem non admittunt, natura finit, ac proinde cedunt vacuationi: vnde nullus coxit herpetem, aut sphacellum, sed statim resecauit, vt in putridis carnibus fieri solet, ne pars sincera trahatur. Corrupti similiter, ac pestilentes expellendi, in quibus scilicet nulla expectatur ab alteratione bonitas: vnde Gal. 11. meth. 11. præcipit euacuanda putrida, non alteranda. Turgẽs verò materia, licet coqui possit, minatur decubitus periculum, & propter agilitatem, ac motum liberé vacuatur. Multitudo quoque citra coctionẽ emendatur euacuatione, vt crassities attenuatione, viscositas incisione, frigiditas calore, & similia vitia simili alteratione. Pessimum verò calorem, & acrimoniam magis contrarijs

qua:

qualitatibus retundes, quam sequaris euacuationum momenta: vt plurimùm in his etiam coctio promouenda, neque in alijs purgatio tentanda, nisi cum magna consideratione: interdum nanque meliùs succurritur per phlebotomiam sine incommodo incocti, & renitentis morbi. Accedit sæpiùs intra vasa mouetur humor, quem phlebotomia agitatum sedat, & bullientem frigerat. Adde multas conditiones, quas requirit præcordia minimè inflata, sicca, ignea, aluum lubricam, nõ duram, febris mansuetudinem, & alia, quæ memorat Gal. 1. aphor. 24. & in acutis cõsiderat. 2. acut. 11. & lib. quos purg. oport. quarè idem sępè phlebotomat, quos purgat Hipp. & ego his, & alijs ductus nunquam purgationem sine insigni meditatione aggressus sum: imprensior autem adhibenda tyronibus, & minùs peritis medicorum qui minùs exactam prædictorum notitiam assequuntur. Vnde in febribus sequentem conclusionem de purgatione statuo. In pari cachoquimia leuiùs, cautiùsque, quam in morbo non febrili purgandum est: in febre continua leuiùs, & cautiùs: si præter continuitatẽ momentaneam ferat magnitudinem verenda omnino purgatio, & sæpè interdicenda: quare etiam in acutis expectanda est languescens ebullitio nisi vel vrgeat turgentia, vel aliqua ex supradictis, malignitatis species. Et hæc de prima, & secunda specie de humore scilicet, & eiusdem motu.

Pro tertia quæritur prouidentia loci nobilis, qui patitur seu inflammationem, siue putredinem, vel quidq; simile: in conitnentibus trium membrorum principum graues morbos perstrinximus: cætera viscera simile pe

tunt vniuersale auxilium, pulmo, diaphragma, intesti-na, ventriculus.

Ad quartam: prauo simptomati diligenter occurrendum, quod interdum sic vrget, vt totam curationem ad se auocet, causæ scilicet tunc temporis locum obtinens. Sed de hoc fusiùs capite sequenti.

In vniuersum verò ad omnem malignā febrem quęritur compendiosius auxilium, & maior facultatum prouidentia, quæ citissimè deijciuntur, & ferè patiuntur in hoc morbo. At cibus secundum speciem offerēdus, sed maiori ex parte, qui plurimos succos in minori quātitate suggerat, ne vires, vt solent, plus iusto labantur. Illud autem quod additur de eterogeneo humore de nouo insurgente, nec vitare, vt diximus, medicus, nec certam curationem præscribere: satis erit si cum præsente diligenter se gerat, vacuetque tenuiorem priùs motum: si rursus vires seruet ad secundum morbum, ne succumbant in conflictu: hunc verò iam præsentem consideratè gubernet, ac regat. Cum denique quæuis maligna, ex quolibet humore proficiscatur, secundum istius idæam instituenda curatio. Sed de his quatuor, & eorum complicationibus abundè dictum.

CAPVT

CAPVT XII.

De febribus, quæ cum accidentibus eueniunt.

Accidentia, quę febres comitari solent partim diximus in peculiari cuiusque tractatione, partim in 1. libro huius voluminis sectione 2. cap. de sincope. si cupis longiorē, vel magis exactam lege Gal. 1. ad Glau. 14. & varijs locis suæ meth. præsertim lib. 11. cap. 11. & fusiùs Auic. 1. 4. trac. 2. a cap. 12. vsque ad 32. prolixiorē verò disputationem, atque in partes distributam curationem suggerit Aæt. ad finem libri quinti per multa capita. Vnum tamen adijcies prognosticum. Vel febris propter accidentia protrahitur; vel æger in vitæ discrimen ducitur: ratio in promptu est. Primò, simptoma incidens sæpè impedit curationis tenorem, pręuertitque intentam medici operationem, tum in ciborum oblatione, qui morbo noceant, tum in diminutis vacuationibus quas illud non patitur. Secundò, postrata iam virtus a nouo hoste lacessita succumbit faciliùs: vnde vel ægritudinis longitudo, vel patientis sequitur interitus. Hoc autem intellige dummodò simptoma superueniens morbo sit contrarium: sæpè enim interuenientis correctio originali affectui nihil officit, vt aduertit Gal. cit. meth.

Rursus vnum curationi animaduertes ex Gal. pręceptis, qui sic disponit 10. meth. 1. *Nec contemnendus tertius modus est, qui contra id, quod maius habet momentū, instare iubet, nec tamē alterius negligentē esse.* Et cit. ad Glau.

de duobus morbis idem corpus affligentibus sic: *Eodē ferè modo si duo morbi hominem obsederint, qui inuicem pugnantes habeant indicationes, aduersus id quod magis vrgeat instandum, neque alterum omnino negligendum.* Hęc Gal. Si itaque simptoma leue sit, vt quo tempore contra causam pugnatur, obruendæ vires ægrotantis nō sint, morbo priùs occurrēdum: sin illud intolerabile fuerit, huic primò intendendum: aliter enim & morbum, & hominem simul interire continget: in simili complicatione febris, & causæ monet Gal. 11. meth. cit.

Nùm verò & pręsente simptomate naturalis euacuationis interim medico sit alia tentanda, consideratione dignum est, Gal. 9. meth. 5. ita de proposito. *Quod si tempore mittendi sanguinis menses mouere contigerit, siue etiam hæmorrhois sit reclusa: si inspectus fluentis impetus satis fore videbitur qui solus quod requiris vacuet, naturæ rem omnem permittes: sin minus tantum ipse detrahes, quò ex coniunctis ambobus perficiatur quod postulas.* Hæc ille, quæ verba dupliciter colligi possunt. Primò ex Aęt. sic vt durante naturæ motu, licet imbecillo, & imperfecto, nil tenet medicus: cessante verò illius incoactā operationē perficiat. Iuuāt interpretationē vltimę orationes. *Sin min⁹ tātum ipse detrahes, quò ex coniunctis ambobus.* Facit & aliud 1. ad Glauc. 14. vbi sic: *Sed neque si febris fuerit cum alui profluuio alia est opus euacuatione, verùm hæc sola sufficit, quamuis non sit pro ratione multitudinis.* Secundò sic, vt perseuerantem adhuc, imperfectamque purgationem iuuet medicus: sensum insinuant verba alia: *Si inspectus fluentis impetus:* non enim dixit, *fluxi.* Ita tamen de subiecta dubitatione sentiendum existimo. In curatione

regu-

regulari, quando morbus præstat inducias, amplectenda est prima Aæt. expositio, quiescendumque donec natura cesset ab opere: postea verò, si quando imperfecta, absoluenda. Ast in coacta, atque vrgenti cogimur iuuare imbecillam, ac remissam naturæ actionẽ adhuc perseuerantem: ne interim morbus ingens hominem rapiat. Debet tamen, si fieri posit, artis vacuatio respõdere naturali, vt assequamur aliud Hipp. celebre: *Quo natura vergit, &c.* addit per loca conferentia: nam simptomaticas, & erroneas naturæ vacuationes non tenemur sequi, imò nonnumquam sistere, quasi debilitantes citra iuuamentum & sic interpretãdus Gal. cit. ad Glau. de alui fluxu. Heu quantos hic obcurum demisit in orcum textus, & interno manserunt viscere morbi. Dixi autem, si fieri posit, quoniam in maiori vrgentia sæpè contraria vacuatio eligitur: exempla ferunt vrgẽs pleuritis, vel angina, in quibus iam factis, & penè suffocantibus ad tempus menstrui præfertur prima cubiti venæ: accuratè statuerunt modernorum celebres: interim tamen femoribus ventosas admouent, ne confestim purganda materia sursum feratur. Sed de his alibi. Tãdem quia inter simptomata quę febres & morbos alios comitari solent vnum & frequens, & molestum dolor est aliquid de hoc adijciemus, seligentes hunc florem ex omni accidentium viridario. Sed quoniam de dolore capitis suo loco, de colico, nephritico, pleuritico, atque de reliquis in particulari hic, & passim in authoribus longam inuenies congeriem, horum disputatione prætermissa vniuersalem doloris rationẽ, atque curationẽ prosequemur.

Dolor

Nomina. Dolor a dolando, hoc est, minuendo, dictus est: quippè hic non tantùm vires minuit, sed animum pariter, veluti minutum ac sincopatum relinquit. Inde Gal. lib. de art. com. 1. tex 30. *Illi verò magis contabescunt quibus dolor accessit; vnde etiam Poetæ dolores, ac curas μελεδώνας* vocant quasi membredias, & corruas, quòd membrum edant, atque consumant.

Doloris essentia. Si quando tangibiles qualitates exuperent, & tactũ repente feriant doloris initium promouent, & hinc oritur affectio quæ dolor est, quemadmodum ex inimici conspectu tristitia. Est ergo appetitus fugæ (vt voluptas prosequutionis) qui ad molestam tactionem consequitur. Et quamuis in alijs sensibus a tactu quædam obiecti complacentia inueniatur, a contraria dispositione vetus dolor non oritur, ad hunc tamen benè reduci potest. In tactu igitur huius simptomatis materia reperitur, quæ in appetitu formam consequitur. Simptoma verò est deprauatæ actionis, non quòd potentia ex se prauè, vel erroneè operetur, sed ratione organi male affecti, & obiecti illud excellenter irritantis.

Doloris causæ. Hinc elicitur doloris causa vnica, ac immediata qualitas tangibilis, quæ a duabus proficiscitur, scilicet vnitate soluta, & intemperie, quæ pariter insensibiliter vnitum separat, præter excellentiam inducti intemperamenti, & hoc sensu interpretandus Gal. & reliqui medicinę principes, si quando de doloris causa aliter sentire videantur.

Doloris, signa; & differẽtia. Signis, vt cognoscatur dolor non indiget, non ita doloris species, & causarum differentiæ. Distinguitur igitur

igitur dolor, vel ratione partis quam occupat, vel ratione causarum a quibus excitatur. De primo sic Gal. 6. vulg. 1. text. 26. *Aequos magnitudine dolores sensibiliora corpora magis percipiunt: magis verò sententia ab inferentibus dolorem causis magis cruciantur*. Inde nerui, membranæque acutissimos dolores habent, pleura punctorium, colon terebrosum, renes grauem, obtusum cerebrum, ossa nullum, licet cooperientes membranæ ipsorum veluti dolentium similitudinem inducant. De secundo causa mouens etiam doloris varietatem, ac differentiam arguit: nam calidus & acris humor maiores, & acutiores: frigidus & lentus obtusos, graues, atque stupidos promouet: vt quoque calor vigilias, perturbationem, & rationis noxam inducit, frigus stuporem, atque immobilitatem. Hinc varij doloris modi suboriuntur, profundus, pruriginosus, pertendens, inhærens, infixus, laxus, extensiuus, lacerans, dulcis (sic imbecillum vocant) stimulans, tensiuus, torpidus, punctorius, stupidus, grauis, vlcerosus, pulsatorius inflammationum proprius, & alij, ex 2. de Loc. 1. quamuis cap. 2. excludat adstringentem, acerbum, atque austerum.

Vnum commune elicitur ex parte quam dolor occupat, ita cum maiori periculo dolent cor, os ventriculi & similia. *Prognostica.*

2 Secundum sumitur ab intentione doloris, maximus nanque inquit Auicen. *Perducit ad infrigidationem, vel tremorem: inde fit pulsus paruus, & hinc deijciens, inde sincope, & tandem mors consequitur.* Sic de sudore frigido max. me circa frontem.

3 Dolor

3 Dolor fluxiones concitat 5.aph.23. vnde phlegmonas auget,& alui profluuium prorritat 5.meth.4. ratio in promptu est. Succurrit natura dolenti particulæ;nec aliud habet auxilium promptius,& efficaci⁹ quam sanguinem, & spiritum quæ confertim in partem ruentia dolorem geminant.

4 Dolor pudenda contrahit,2.progn.10.maximè,verò contrahuntur in morte proxima, quia latera fistulosi nerui concidunt propter inannitionem.In dolore obfugam sanguinis,& spiritus ad profundum corporis.

5 Dolor spiritum corrumpit,12.meth.5.& ideò vires lædit,ex 1.cit. quo tempore pulsus languescunt parui, ac celeres succumbente natura ex doloris vehementia: aliter in mitiore dolore quem natura superat redduntur magni,& vehementes,4.de pulf.cauf.cap.6.

6 Dolorem repente occultari malum:ostendit enim commigrationem succorum ad viscera,1.porrhet.3. Intellige sine iudicio:nam subdit Hippo.*Dolores absque iudicatione soluti inutiles.*Igitur cum iudicatione vtiles.

Curatio. In curatione præmittendum illud Auic. 4. 1. cap.1. *Cumque ægritudo dolori coniuncta est,aut causa ipsius est dolor,aut ægritudo est causa doloris.*Nō ita tamē dolor morbi causa est,vt aliam non habeat causam a qua pēdeat, simptoma nanque alicuius morbi dolor est.Hoc pōsito sequentibus propositionibus conficienda est doloris curatio.

Prima. Alterius partis dolor alium obscurat, 2.aph. 46.non tamen curat. 6.vulg. tex.9. vbi sic: *Dolor verò sua ipsius ratione non sedare dolorem, sed e contra omnino irritare idoneus est,*Ex se igitur dolor dolorem non sanat,

sed

sed tantùm mentem aliò distrahit ne percipiat prioris offensam. Potest quoque causam doloris ad se veluti reuocare, & ex accedenti dolorem minuere quatenus humoris decubitum in priorem compescit.

Secunda, quæcumque sine tractione dolentes particulas fouent, ac leniunt doloribus conferre apta sunt. Meminit Gal. 1. de simpt. caus. cap. 6. *Sane non solum lauando, & molliter cum oleo fricando voluptas laßatis partibus accidit, sed etiã in maioribus doloribus pertractatio quæ mollis, blanda, & lenis sit solatium quoddam non exiguum affert.* Sic anodina dolores leuare solent, 13. meth. 8. hoc tamen non semper tutum in pleno corpore, ex 5 meth. cit. sed tutiùs in dicta dispositione vtrique consulere, & plenitudini vacuandę, & dolori leniendo, ne hoc durãte perseueret tractio: vnde Auic. cit. inquit: *Cumque ad diuersum trahere volueris loci a quo protrahis dolorem priùs seda.* Medicinam verò ad hoc eligit Gal. caloti nostri corporis similem, lib. de oculis, cap. 3. hæc autem proposita latitudine anodina est quæ tepidum, lenemque calorem possidet: cętera quamuis dolorem curent strictè anodina dici non possunt, sed impropriè, vt stupefacientia, quæ simul cum sensu partis dolorem fugãt. Igitur quoniã dolor est tristis sensatio dupliciter huic succurrimus, & voluptate inducta, & sublatione sensus. Illud anodinis conficitur, hoc stupefacientibus. Illa in quouis dolore tuta sunt, hæc in sola vrgentia pręsertim si causa calida dolorem mouerit.

Tertia, simptoma doloris, vt reliqua, cum sequatur suum morbum, hoc sublato, & illud pariter cessare necessarium est: non tamen semper priùs causam auferre

conuenit: quippè interdum adeo vehemens dolor est, vt sprcta causę ratione omnem curationem ad se conuertat, & sæpè cũ graui noxa, aut insigni affectionis dãno, scilicet vt præsens periculum fugiamus. Consulit Gal. 12. meth. 1. & ratio suadet: siquidem nonnunquã maius periculum ex simptomate, quam ex morbo imminet. Accedit cũ simptomata citiùs lædant, quàm cũ morbo auferantur tenetur medicus his per se subueni-re. Adde, per sæpè accidit vt simptoma sui morbi curationem præuertat, nisi priùs auferatur: talis dolor est, si quando fluxionem concitat: quo casu huic primò occurrendum, vt supra ex Auic. animaduersum est. At si quo tempore contra causam pugnamus, non ita dolor viget, ex artis ratione, & vera methodo affectus primò abscindendus, cuius remotione simptoma desinit: interim tamen dolori prospiciendum. Igitur duplex est doloris curatio: altera cum morbo, altera per se: hæc in vrgẽtia administrãda, illa quando dolor præstat inducias, vt lõgiori tẽpore, & sine periculo causam oppugnem⁹.

Quarta, doloris simptomati veluti alijs vna communis curatio conuenit, eaque contrarietatis. Si nanque a calore proficiscitur frigorferis leniri solet: si frigus causa sit adhibitione calidorum remouetur. Et hęc de hoc simptomate cuius ferè tenore reliquis occurrendum est, & satis de hoc secundo libro, atq; omni contentorum materia.

(?)

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano de Vargas, 1635.

FLOSCVLVS
MEDICINÆ
LIBER TERTIVS,
DE FACIENTIBVS IMPETVM;

AVTHORE

PETRO LOPPESIO

AVISSENSI.

CVM LICENTIA.

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano
de Vargas, Anno 1635.

LIBER III.

DE FACIENtibus impetum.

SECTIO I.

De ijs, quæ citra morbum spiritibus accidunt.

CAPVT I.

De varijs spirituum acceptionibus.

TErtia sequitur disputatio de facientibus impetum, opus philosophicum, atque subtile: de spiritibus inquam, quorum partem morbosam iam perstrinximus cap. de syncope, & absoluemus postea in tractatione febris ephimeræ: nūc speculantem leuiter attingamus.

Spiritus propriore significato est halitus respiratio: *Nomina.*

ne emissus: vndè Tullius, lib. de nat. deor. *Tribus animantium vita tenetur, cibo, potione, & spiritu.* Hinc sumitur pro anhelitu passim ab Hipp. atq; Gal. Inde spiro, quasi exalo, vel anhelo. Plin. *Hæc duo genera fistulis spirant.* Indè & spiraculum significat munus, vel locum respirationis, & idem spiramē, 7. Aenead. Sic adiectiuum spiritualis, aut per syncopam spiritalis. Sic spirabile quidquid respirat: quarè & pro anima sumitur, quia scilicet respiratione seruatur; vnde Euangelium: *Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma.* Et Ioannes: *Spiritus meus vbi vult respirat.* Et rursus Euang. *Inclinato capite emisit spiritum* Idcircò Ouid. in metamaph. *Spiritus intus alit.* Ideò & spirare absolutum, idem quod mori. Hæc præter pro aere accipitur. Plato sæpè ignem vocat, interdū calorem. Hipp. nunc flatum, modò flatuosum spiritum. Aphrod. vinculum animę cum corpore. Arist. calidum, & naturalem calorem, & 2. meteor. ventum: vndè idem quòd eflo, dicimus spiro. Propterea communi loquendi modo accipitur pro animo superbiente. Cic. pro Sylla: *Nescio quos spiritus attulerunt.* Et Liu. 6. dec. 3. pro robore, & audacia. Similiter pro odore, 9. Aenead. *Spirantes dimouet auras.* A Theologis interpretatur Deus, & interdum tertia persona. Nonnunquam Dei virtus, 1. Gen. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Et perinde significatur substantia Angelica, vel dæmoniaca. Et istę sunt communiores acceptiones nominis spiritus: non tamen huc faciunt, sed alia inter medicos frequentior significatio, qua sumitur pro substantia quadam tenui, corporea, secundum naturam existente per animantia, necessariaq; ad omnes vitæ operationes: sic verò dicta

fuit,

fuit, quia præ tenuitate subterfugit aciem, non tantùm oculorum, sed mentis, & sensuum. Durat etiam dum vita constat, & hac fugiente pariter euanescit.

CAPVT II.

An in corpore sint spiritus.

SPiritum esse fatetur Hipp. lib. de corde, & 6. epid. 3. cit. sub nomine facientis impetum. Gal. multis in locis, 1. feb. 1. lib. de rigore, cap. 5. 5. simpl. 9. 11. meth. 1. 3. & 12. cap. 5. nostrum corpus ex tribus componens, substantia carnosa, solida, & spirituosa. Agnouit quoque Arist. 1. de commun. mot. & Auic. lib. de viri. cap. 1. & hos sequuta posteritas, præter quę suadent rationes sequentes. Prima, omnes partes indigent calore ad suas actiones: & hic subiecto debuit inhærere: hoc autem maximè velox, atque subtile conuenit, qualis spiritus, qui momento omni præsens est, & quoquouersum effusus præsto occurrit cuilibet actioni quantumuis celeri, quod humores prę pondere, atque crassitie præstare nequeunt. Secunda, sicut natura animalium desiderat potum, cibumque reficiendæ substantiæ tum humidæ, tum siccæ: sic aerem inspirat ad reparandam partem igneam, & aeream, quam spiritum dicimus, 1. de san. ten. cap. 2. Tertia, cit. de san. & 1. aphor. 4. Perennis est copia spirituosæ substantiæ, quæ bullit in semine: ergo si eisdem viuimus, quibus generamur, aliud erit efficax argumentum confirmans spirituum existentiam. Testantur quoq; veritatem plurima experimẽta.

Primum

Primum illud de confosso pectore, quando animus soluitur, non aliũde, nisi propter spirituum dissolutionem; constat, quia nullo cruore profuso, nec offendente vlla continentis intemperie, mors sequitur causa dissipati, fugientisque spiritus. Aliud sumitur ex subito virium lapsu, vel repentina earundem refectione in deliquio, aut simili affectu patientis animi: resolutis scilicet spiritibus confertim vires collabuntur, & rursum potione reparatis consurgunt hilares. Pariter equus medio cursus impetu sæpè deficit ob exhalatos, diflatosque spiritus. Adde tertium sinistri cordis, quod in mortuo animali apparet vacuum, non alia, quam tenui spirituum substantia.

CAPVT III.

De quidditate spiritus.

STHoici definiunt animæ, & corporis vinculum non quasi spiritus sit medium, quo iũgatur huic illa, sed satis efficax, atque vltima dispositio ad eiusdem in corpore assistentiam, qua similiter abeunte animus pariter euolat, vt præsente membra omnia disponũtur ad suas actiones obeundas: aliter non mediante alio, sed per se anima vnitur corpori, ita vt vnum constituant, veluti cera, & figura, 2. de an. 1.

Gal. 2. de vs. part. 17. definit exhalationem quandam benigni sanguinis: vbi vel loquitur de sola materia spiritus naturalis, vel de communi omnium: nam sępè alibi hanc statuit aerem, & sanguinis exhalationem 7. de placit. 3. de vtil. resp. cap. 4. & 5. 11. meth. 3. & 5. his autẽ

non

non tantùm generatur, sed & fouetur, & reficitur spiritus; vnde suauis odorum flatus accommodatissima illius materia.

Auic. lib. de med. cord. vocat rem gratam, oriundamque ex commixtione elemētorum vergens in similitudinem cælestium corporum, & 1. 1. doct. 6. cap. 3. hunc delatorem appellat: non ita vt hic virtute propria corpus aliud ferat, & voluat: neque vt materia suam formam, aut accidens sustineat: sed velut instrumentū, quod impressam authoris vim deferre soleat. Anima igitur dirigit, & præbet normam motionis, & hac spiritus efficiendis rebus habilis redditur.

Ex his eliciunt recentiores similem definitionem spiritus. Est corpus æthereum, caloris, facultatumque sedes, ac vinculum, & primum obeundæ functionis instrumentum: æthereum dicitur quasi aereum, ac igneū, atque ideò ritu flammæ coruscantis fulget, & ardet. At de reliquis definitionis partibus supra dictum est. Et hæc absolutè de quidditate spirituū in genere. Lex, & natura cuiusque inferiùs explicanda. Vtrum verò calor naturalis, & spiritus idem sit, idque qua ratione intelligendum explicuit Conc. diff. 59. & Fern. 4 phisiolog, cap. 16. 17. & 18. obiter tamen aduertes natiui caloris substantiam parum differre ab spiritu, non sic qualitatem, quę resultat ex commoderatione primarum quatuor.

(?)

CAPVT IIII.

De numero spirituum.

DVo communia spirituũ genera nullus nõ fatetur: quidã sunt naturales, & insiti tot numero quot similarium partium differentiæ, quot solidorum, humidorumque species: influentes alij a principibus membris oriundi: illi illos perenni cursu alunt, & suscitant: licet aliqui id solo vitalis munere fieri existimẽt. Fern. addit naturalem, imò huic concedit totum alitionis negotium. Dicendum tamen ab omni influentium genere spiritus insitos perpetuò excitari, atque foueri, ita vt nulla in nobis pars aut hunc, aut calorem, aut vires ab ortu datas citra horum auxilium retinere valeat: imò breuî moriuntur, & concidunt, si quãdo his fuerint destitutę, quasi lux syderum, quæ continuo solis splendore conseruatur, ac viget. Ergo membra omnia tum influentibus, tum insitis spiritibus gubernantur.

Sed de numero influentium plerique dubitant causa Gal. primò dubitantis, nec aliquid certum statuentis de naturali spiritu, 12. meth. 5. nam vitalem, & animalem multis in locis, & Hippoc. & Gal. confitentur. Igitur de solo naturali cõsurgit quæstio: cum verò hæc ab alia pẽdeat de influxu naturalis potentiæ, hoc priùs examinandum. Aliqui illius commercia concedunt, hunc tamen de medio tollunt, quibus non leuem occasionem Gal. præbuit, 1. de loc. vlt. dubitans de naturali spiritu. Alij particularibus quibusdam virtutibus influxum

xum negant trahenti, coctrici, retentrici, expultrici; vniuersali concedunt, quam sanguificam vocant. Alij non admittunt perennem facultatis influxum, sed per interualla communicatum. Alij si non datam ab ortu saltem conseruandi innatam concedunt hepati, quæ aliter in longum tempus non sufficeret. Nonnulli vtrũque negant, & facultatis influxum, & vehentem spiritum, adduntque sequentes rationes. Prima, naturalia instrumenta per consensum non patiuntur. Secunda, hæc facultas in plantis minimè inuenitur: nonnullæ tamen viuaciores sunt homine. Tertia calor a corde fluẽs satis erit vt totum foueat alitionis negotium. Accedunt Gal. testimonia, 1. de loc. vlt. & 9. art. med. vbi sic: *Partium quædam sunt, quæ neque aliarum gubernationi præsunt, neque ab alijs gubernantur cum insitas habeant a natura potentias, quibus reguntur.*

Sed & quod demus facultatis communicationem non adhuc spiritum dari suadent sequentia. Primùm, nulla est materia naturalis spiritus, nulla via, per quam iecur aer ingrediatur; non specus, quo generetur; non venis aditus vt hic ab aura veniente conseruetur, quæ cor habet, ac cerebrum. Secũdum, tenuiores venarum tunicę æthereum corpus conseruare non poterũt, quin breuî euanescet. Tertium, pulsarent venæ arteriarum ritu propter impetum feruentis spiritus.

Verosimiliùs tamen vtrumque conceditur: nam quo ad facultatis influxum videtur insinuare Gale. 5. de loc. 1. tribuens hepati potentiæ nutricis principium. Sic lib. de ven. sect. cap. sexto, vbi inquit:

Nempe nutrix quam a iecore proficisci demonstrauimus. Et clariùs 2.acut.47.*Dedicistis vnam esse in neruis facultatē, alteram in arterijs, tertiam in venis, quæ ex hepate oritur.* Vnde & naturalem spiritum admisisse, infertur. Et explicat 6.vulg.vbi spiritum naturalem humidiorem esse ait, animæ spiritum ficciorem. Assentit Auic. lib. 1. de viribus cordis, cap.1. & 1. 4. trac.1. cap.1. & 43. Zoar, lib.1.trac.13.cap 1.& barbarorum plurimi, qui non tantùm naturalem influentem sed spiritum delatorem permittunt. Sequitur Celsus, & nonnulli modernorum. Probant verò sequentia.Primū,tria sunt principia cor, hepar,cerebrum:tres facultates animalis, vitalis naturalis, ergo tot erunt spiritus. At facultas influens iam probata relinquitur.Secundum, ad hepatis infirmi debilitatem in toto apparet euidens incommodi testimoniū,quod minimè accideret nisi insitus spiritus influentis defecta pariter laberetur,atque flaccesceret. Nec id solùm referendum ad materiæ prauitatem, vel inopiā. Quare superest refellere aduersorum sententias, & respondere ad obiecta. Primi cōcedentes facultatem sine spiritu iam reiecti sunt. Secundi fallo nituntur fundamento,siquidem sanguifica a coctrice qua iecur alitur, non distinguitur.Alij in agentibus naturalibus delectū insinuant.Quarta opinio ferè cū nostra coincidit. Quintæ argumentis ita satisfaciendum est. Ad primum, naturalia instrumenta per consensum afficiuntur: hic tamen non sic euidens, vt vitalis, & animalis: quippe ea omnimodam habent a suis principijs dependentiam, ceu lumen a Sole. Ad secū dam, etiam nutritiua in plātis carnem non generat,æstimatiua in homine discurrit, in

in brutis minimè, & concupiscibilis hepate sita est, in plantis nullibi. Accedit admodum fluxilis animãtium calor indigens & facultatis influxu, & spiritu, qui innatum repararet continuò fluentem: non sic crassus plantarum succus, & torpens caliditas: neque ad id satis est alius a corde, sed similis, ac naturalis spiritus. Et hinc tertia soluitur obiectio. Gal. vero, 1. de locis, & ar. med. cit. non negat foueri membra naturalia influente potẽtia, atque spiritu, sed omnimodam dependentiam, qualem habent animalia instrumenta. Ad primum sequẽs, ita, fluxile, & transpirabile corpus est: arteriæ cauum hepatis abluunt, conuexam partem ventilat septum: pauco aere indiget nebulosus hic spiritus cui sufficit sola transpiratio ingredientis auræ. Ad secundum paulatim commisso ea cauitas necessaria non est, vt in vitali celerrimè exhausto: sola ergo sufficit illa venarum anastomosis. Ad tertium, destitutæ vi pulsatili minimè pullabunt venæ: vt neque sine hac arteriæ, licet contineant feruentiorem spiritum: quia verò hic crassior, & magis lentus ad eum continendum sufficiunt tenuiores venarum tunicæ.

His constat communior spirituum numerus, ex quibus genitalis concrescit in spumosa, atque aerea seminis parte. Hoc verò formatrix virtus velut ingeniosa architectrix membranas, canalesque extendit, partes format, & totum industriosè concinnat: oberrat enim per corpus vniuersum, refertque similitudinem cuiusque membri. Præterea diuerso virium genere insignis remanet: naturalis spiritus tribuit generationis principium: motum addit animalis, & sensibilem penetrationem: vitalis

vitalis instrumentum vitæ ingerit. Locus huic generando destinatus planè non constat: testes officinam elaborationis esse verosimilius est. Nùm verò & hic & illi specie, vel numero distinguantur, parum vtile est scire, sed satis intelligere quemuis pro varia elaboratione diuersis muneribus vtilem reddi.

CAPVT V.

De loco spirituum, varia elaboratione, & generationis materia.

VBi & quomodo generetur complantatus, seu genitalis spiritus antecedenti cap. dictum est; naturalis in hepate producitur ex transpirato aere, & tenui sanguine: vitalis ex hoc, & tracta per respirationem aura: ex hac, & illo animalis insurgit. Igitur errans cum venali sanguine naturalis spiritus dextram cordis ingreditur: hinc, post exactam coctionem, in læuam effunditur per septum medium: huc contendit paratus aer in pulmonis anfractibus, & gyris arteriarum: ac denique fit vitalis spiritus. Inde hic per arterias fertur in plexus cerebri, vbi sufficienter coctus in ventres erumpit: hîc autem residet non tantùm ad sensus, & externas motiones, sed in poros, atque substantiam elapsus principum facultatum functionibus inseruit: vtque vitalis arteriarum cauitates occupat, sic iste fertur per interiorem neruorum medullam, & cæcos pororum anfractus (nerui non habent cauitatem conspicuam) qui sanè sufficiunt huic tenuissimo spiritui. Quia verò huius dis-

solu-

ſolutio in corde, ac cerebro [illegible]ior & vellocior eſt: ideò in his ocior diſtentionis mo[illegible]: non ſic hepatis potentia, quam non cogit neceſsitas terreni ſpiritus parum reſoluti: quarè ſufficit huic (vt iam diximus) ingreſſus aeris tranſpirati, & ventilatio ſepti proximi, ac ſubiacentis arteriæ.

Hinc deducitur generationem ſpirituum a coctrice moliri, quia præterquam quod hepar aliam non ferat, omnis rerum productio fit a facultatē mutante per coctionem, 4. meteor. 4 & Hipp. lib. de alito at nec vitalis, nec animalis facultas mutandi, ſeu coquendi vim obtinent. Sed obijciunt, non aliunde vitalis ſpiritus videtur nomen trahere. Secundò, ſi à coctrice fieret, ſequeretur totum viuens, & cunctas actiones ab ea pēdere ſi illæ ab ſpiritu proficiſcuntur, & quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Tertiò omne coquens coctum ſibi reddit ſimile: at nec cordi, nec partibus alijs ſimiles ſpiritus efficit. Quartò, ex quauis coctione duo ſuperſunt recrementa craſſum, ac tenue, ſed nullū a coctione ſpiritus derelictū. Vltimò quę coquuntur euadūt calidiora, & craſsiora, 4. meteor. cit. ſed ſpiritus animalis tenuior eſt vitali, hic, naturali. Verùm non obſtant argumenta. Ad primū, dicitur ſpiritus vitalis non a facultate generāte. ſed a calore vitali cuius eſt vehiculū, ſedes, & fundamētū. Sic animalis. Ad ſecundū, cunctę viuētis actiones ſaltē mediatè pendent a virtute coquente at nō inde ſequitur totū viuens ab hac gubernari. Ad tertiū, nō eſt neceſſarium vt agens ſibi omnino paſſum aſsimilet, quando ſcilicet materia longè recedit a natura agentis, qualis aer, & vapor ſanguinis comparatione cordis.

Ad

Ad quartum benè potest nutritio citra secretionem excrementorum fieri, si quando gutta sanguinis perfectè dispositi intra porum, & porum confluat : crebriùs materia spirituum in quibus nulla inuenitur secretionis ratio. Ad vltimum, sanè spiritus animalis tenuior est vitali absolutè sumpto, non tamen ea parte vitalis ex qua ipse generatur.

CAPVT VI.

De motu spirituum.

QVia tenuissimus, & ęthereus spiritus est, ideò natura perpetuò mobilis, nec vlla ocior substantia corpus habitat: sic loco stare nescit, imò perenniter agitatus huc, illucque discursat, non indeterminatè, sed leuatus ordinato, ac duplici motu, altero formæ propriæ, altero motoris alieni. Ille rursum duplex est, alter sursum ratione innatę leuitatis, alter deorsum desiderio pabuli. Qui sequitur alienum motorem duplex etiam: vel enim ab expultrice mouetur, vel à trahente cordis aduersò reuocatur. Istius verò qui peculiares impetus ad passiones animi fieri soleant in poesi fusè adumbrauimus: nunc sit scire satis omnes sequi normam euntis appetitus, & gubernantis animę, quos sanguis, & spiritus semper comitantur quasi lux suum solem, vel vmbra effigiem luminosi corporis. Cum tandem cor, & sit animosæ partis animi sedes, & seruet oppositos illos motus trahendi, & pellendi; nil mirum si huic tribuatur totum ferè negotium passionum,

num,atque in his magis,quàm membra cætera patiatur,& alteretur.

CAPVT VII.

De officio ſpirituum.

AD Quid conferat naturalis ſpiritus planum eſt ex dictis ſuperiori diſputatione quarti capitis. Vitalis fouet,ac ſuſcitat innatum totius calorem,& naturalem ſpiritum: vndè anima iure dicitur ab Hipp.lib.de corde:hoc enim pręſente roſeum decus, ac hilarem ſpeciem conſeruant membra;extincto, vel adhuc retracto liuent,& moriuntur.Hinc officia quatuor.Primò ſubiectum caloris eſt a corde fluentis. Secundò, iraſcibilem animæ vim cõſeruat,ac promouet. Tertiò, præcipuum organum vitalibus functionibus inſeruit. Quartò, materia eſt,quæ cedit in generationem animalis ſpiritus. Hic tria habet præcipua.Primò ducit mouendi, ſentiẽdique facultatem,quæ partibus non eſt inſita. Secundò, ſenſuum internorum actionibus conuenit. Tertiò, ducendis ſpeciebus externorum ſenſilium. De duobus vltimis nullus dubitat : primi pronuntiati quæſtionem ſcholis agitandam relinquimus,cum alijs quę circa ſenſum , & motum circumferri ſolent.Si quidem nec ita proſunt,& inſtituti metas transgrediuntur.

(?)

CAPVT VIII.

De temperie spirituum.

Vitales spiritus calidissimos esse fatentur vnanimiter: an verò & ipso corde, & cunctis partibus calidiores dubitari potuit. Affirmant communiter docti forsan Auic. dicto 1.1.doct.3.cap.2.sed in reddēda causa non conueniunt: difficilè enim videtur cor intensiorem gradum caloris imprimere: quam proprium: cum nemo det, quod non habeat: esset preterea effectus sua causa præstantior, & efficacior. Confirmat Gal.1.simpl. 14. vbi sic *Bilis omnium quæ in corpore sunt calidissima est.* Et 1.de temp. id de sanguine pronuntiat: ergo calidissimus omnium non est spiritus. Aliqui id referunt non tantùm ad cor, quantùm ad preexistentes spiritus in eodem, qui sunt instrumenta sequentium: ast idem de his argumentum fieri posset, ac de primis a corde genitis. Aliter dicunt: quantū ex impresione cordis non maiorem calorem suscipere, quā cor habeat (insinuat Auic. cit.) at intendi, remittique a vi propriæ formę: vndè ob vtranque rationem cum agens cor euadat dissimilare, nil mirum si effectu suo, atque spiritu nō sit potentius: saltem constat de actuali calore, idque magis propter viciniam calidioris substantiæ, qua conseruatur spiritus scilicet arterialem sanguinem: venalis temperatior est, quo sæpè cor abluitur: accedit huius perpetua ventilatio tam ab ingrediente aura, quàm a pulmone, atque auriculis perenniter flantibus, & si mauis adijcies vndantia

dantis aquæ refrigerium, & mollitiem circumfusæ adipis. Aprobāt Auerr. 2. collig. 2. & Gal. 2. de temp. 3. lib. de inæq. intemp. cap. 5. exemplo digiti in læuam cordis immissi, qui viuo citra febrem animante comburi solet, idque non aliunde nisi ob feruorem spiritus in ca cauitate. Gal verò, 1. simpl. loquitur de bile alijs humoribus comparata. Et 1. de temp. eadem comparatione vtitur, nisi intelligat sanguinem spiritus commertio calefactum. De temperamento animalis ita oportet affirmare. Illi sanè agiliores, & tenuiores sunt vitalibus, sed frigidiores redduntur, & conuersatione cerebri membri frigidi, & auræ ingredientis. Sic decuit vt tenuiores promptiùs ruerent in densiorem neruorum substantiā, & celeriùs ferrentur in longius spatium: minùs autem calidi præcipites motus, aut temerarias sensationes nō inducerent. At quantùm naturalis duobus & crassior, & tardior sit, apertè coligitur: vitali sanè minùs calidus, animali calore proximus; vtroque humidior, ac mollior. Et hęc satis de hac prima sectione.

SECTIO

SECTIO II.

De morbis spirituum.

CAPVT I.

De vniuersali ratione morborum, qui spiritibus accidunt.

DIximus vt defectu languidi hepatis simul cum sanguine patiatur naturalis spiritus: diximus quos vitalis in sincope motus habeat, quos animalis in vertigine, & similibus affectionibus. Horũ quoque perpedita delatio tũ ad musculorum propagines, tum ad organorum sensationes, suis patet principijs serenæ guttę per obstructum opticum, per neruum recurrentem vocis interclusio accidit, spirituum quidem defectu. Sed ista potiùs referri debent ad morbos illarum partium, quam ad lapsum vel corruptionem spirituum. Quæ pariter sunt defectiones in conualescentibus, aut aliter affectis

affectis sola refectione indigent. Quare sola febris ephimera huc tratanda recurrit, communis sanè spirituum morbus, nec aliò mandandus.

CAPVT II.

De febre diaria.

Diaria hæc febris dicitur ob frequentem durationis terminum: non enim diem transgreditur: idcirco & ephimera, cuius vita vltra diem non extēditur: nascitur verò ad Hypanim fluuium, qui ab Europa in Pontum, ac Bosphorum influit. *Nomina.*

De differentijs, atque subiecto extāt propositiones quatuor. Prima, ephymeram morbum esse vnanimiter asserunt. Secunda, pariter consentiūt in subiecto quod spiritum vocant. Tertia, non benè separāt harum quas dicunt species. Quarta, omnino sciungunt a putrida. Addunt quintam, admittuntque complicationem cū putrida, & hectica. *Subiectū & differentiæ.*

De prima, non attingit quatuor tempora facilis, & secura diaria, quæ percurrit morbus omnis salubris: prior constat ex Auic. 1. 4. trac. 1. dicente principiū eius facile, augmentum non addens, &c. Respondetur, morbus est factus in spiritibus, fiens in membris, euidentiora sunt tamen tempora in ijs, quæ causam intra corpus continent, a qua foueri possunt, magis, minùsue per totum durationis cursum.

De secunda, quæ ex feruore febris oritur seu bilis, aut sanguinis inter diarias a Gal. numeratur. Similis pē-

dē

det ab obstructione crassi humoris non tamen putridi, ex 1.feb & 14 cit. hæc verò non putrida, non hectica. Ad hæc, datur humoralis non putrida, quæ more diariarum & accendi, & terminari solet: quare nil mirum si ephimeris annumeretur. Obijcies tamen, notat Gal. interuallum in transitu diariarum ad putridas in quo febris nulli extremorum communis est, 9. meth. 1. *Ita nimirum & in febrium diariarum transitu imagineris licet; alterum quoddam genus in transitu exoriri, quod neutri extremorum sit idem.* Dices quod accidit in transitu diariarũ ad medicam considerationem non attinet.

De tertia, 4 meth. 3. & 3. lib. cap. vlt causæ procatarticę nil indicant in morbis: cur ergo idem, & Auic. constituunt tot diariarum differentias? Pręterea, essentialis differentia non potest constitui ab externis rebus, quæ morbum non comitantur. Respondes, propriæ febris species sumuntur ex varietate materiæ, ac idcirco supradictæ verę non sunt: sic tamen compositæ non parũ iuuant ad medicorum vsus, tam curantis, quam cognoscentis. Omitto nonnullas diariarum causas, quæ intra corpus latitant de quibus Gal. non loquitur: transeuntes verò licet per se morbum non indicent, variant curationis tenorem. Sed dubitabis rursum de hoc tertio pronuntiato. Non videntur tantùm multiplicari species diariarum penes diuersitatem causarum, sed etiam iuxta varietatem vel inflammati, vel aliter patientis spiritus, præcipuè quia putrentem infra admittimus, naturalem supra non negauimus. Dic, distinctam speciem vitalis ab animali, aut naturali spiritu non probamus: sed data. Rursus dices, Subiecta febris in corde conti-

continеatur, substantia, humores, spiritus: vndè impossibile est inflammari alium in corde spiritum, quin vitalis simul accendatur. Adde naturalis huius, hic animalis spiritus materia est: quarè bene poterit calefactionis principium ab animali, vel naturali contingere, poni tamen vitalem in calefacto esse, febremque succendi. At putrens, vel inflammatus similes ferent differentias illis, quas sanguis putrens, vel feruens attulit, dum putridã, aut feruentem synocham genuit.

De quarta, ex inflammatione spirituũ communior est diaria. Putredinẽ videtur negare Arist. 25. probl. 19. vbi aerem & ignem huius aliena nobis proponit: vndè nec spiritus, quorum materia aer est. Adde priores medici non meminerunt diuisionis in putridam, & non putridam, cum hanc febrem tractandam susceperunt. De proposito tamen ita sentiendum, omnia putrescũt praeter ignem, 1. meteor. 4. quarè & aer putrescet, & consequenter spiritus: ac perinde ephimeram reddet putridam: ideò saltem pestilens negari non potest, nec rationabiliter negant Vales. & Complut. Vega. Melius dubitari potuit, nùm perpetuò sit pestilens, an inueniatur etiam simpliciter putrida. Affirmandum hoc secundum existimo: pestis enim includit certum modum putredinis, quem si spiritus patiuntur, quis vetat benigniorem pati. Obstant tamen nonnulla. Primum, spiritus ignei sunt, atque siccissimi, ac proinde inepti corruptioni, quam promptè humores ob humiditatem concipiunt. Secundò, Gal. 1. feb. 5. id videtur innuere; sic enim inquit: *Non enim hæ mihi videntur subsequi putredinem: obiram febricitãtibus ebullitionem quandam fieri* in

in corde necesse est, non tamen putredinem: nec non per exercitationem, &c. Respondetur. Mitior est interna putredo propter rennitentiam viuentis formæ, insolita verò, ac parum frequẽs ob siccissimam, atque igneam spirituũ naturam: idcircò prisci mentionem non faciunt, Gal. solùm negat diariam ex humorum corruptione, Arist. loquitur de suprema aeris regione igni proxima, atq; simillima, obidque a putredine aliena, vt aliud purum elementum: at nos ambiens aer mixtus vaporibus passim volitat: vnde facilè putredinem concipit. Accidit ergo diaria putrida, vel simpliciter, vel cum pestilenti corruptione: hæc deterrima, illa facilior: facillima verò quę ex inflammatione spirituum proficiscitur.

De vltimo, quod adijcitur sic Gal. 1. feb. 7. *Si superflua materia in corpore abundet, cum in ephimeris immoderatum calorem contraxerit, atque hinc putrescendi initium susceperit, alteram febris speciem accendit priori desinente.* Ex hoc eliciunt aliqui putridam diariæ non misceri, ac ita probant. Calor ephimeræ est factus in spiritibus, fiens in membris: ast in eadem parte non potest dari calor, & factus, & fiens: neque duo calores, seu duo eiusdem speciei accidẽtia, in eodem subiecto reperiri, quin vnum faciant: vnus calor; igitur vna febris. Idem verò concludi potest de complicatione diariæ cum hectica. Affirmant alij ducti præcipuè Gal. qui multis in locis vtranque complicationem admittit, 1. feb. 12. & 10. meth. 5. vbi ait se deprehendisse quarto die mulierem correptam hectica coniuncta cum alia, quam humores excitauerant: ergo non negauit similem complicationem diarię cum hectica, vel putrida. Assentit Auic. 1. 4. trac. 3. cap. 1.

3. cap. 1. & confirmat argumentum. Præsente hectica vel putrida si æger irascatur, aut exercitetur immodicè generabitur ephimera a succensis spiritibus, cessabit que præscripto suę durationis tempore, durãte adhuc putrida, vel hectica. Vtraque sanè opinio probabilem habet coniecturam, sed meliùs ita videtur asserendum. Diaria cum putrida, vel hectica complicari potest, atq; confundi, non ita vt binæ maneant febres in eodẽ corpore, sed vna tantùm a duobus principijs simul alterantibus. Simili ratione si duo humores simul putrescant, licet in focis varijs, non totidem febres, sed vna tãtùm referens naturam vtriusque causæ alterantis. Itaque vnus erit calor in hectico, qui tamen ampliùs accendatur ab aduenientæ inflammati, succensique spiritus: & sic de patiente putridam. Probat experimentum: si quidem a cibo recenter ingesto incalescunt hectici, non tamen ex addito calore aliud febris genus patiuntur: ergo neque ex ira, vel exercitio. Ex dictis verò argumentorum solutio deduci potest, & Gal. dupliciter interpretari, 1. feb. 7. vel enim intelligitur quod non sequitur putrida nisi posito interuallo desinentis diariæ, vel quod simul inuentis vna cesset diariarum termino, altera more putridarum perseueret. At 10. meth. 5. & Auic. cit. quam connexionem admittunt supradicto modo potest interpretari.

Externas esse causas inculcant passim, 1. 4. cit. 1. feb. cit. 1. ad Glauc. 2. 1. meth. 8. 4. de san. 2. lib. de caus. morb. 2. sed quod id perpetuam veritatem non habeat multa videntur suadere. Primum, recedente solis æstu, vel simili calore manet ephimera: ergo causam non habet. Causa.

bet. Secundum, non negatur bubonis, & obstructionis ephimeræ, quæ tamen non antecedunt, sed in corpore generantur. Respondetur. Ab exteriori causa pendet ephimera solùm in fieri: conseruatur autem a calore facto spirituum, a quo pendet fiens membrorum. Ad secundum, ex Cels. in prohem. lib. primi, causæ diuidun tur in occultas, & manifestas: ab his perpetuò diaria proficiscitur seu forinsecùs accedant vt Sol, frigus; seu generentur in corpore vt bubones, mæror, inedia. Igitur quando Gal. statuit diariam semper a causa externa procedentem, per hanc manifestam intelligit: quasi huius febris causa facilè constet, & a sensibus deprehēdatur, nec inuestigante indigeat coniectura. Obstructio verò si magna sit, affert putridam, si parua, diariam, sed non legitimam.

Dubitabis rursus, si corpus impurum sit, quarè calor extraneus accendens spiritum nō corripiet paratiorem hanc materiam, ac efficiet putridam potiùs, quam diariam? dic, licet Gal. 1. feb. 7. & 1. epid. sec. 3. tex. 19. insinuet generationem putridę a causa externa minimè fieri id de frequentia interpretandum est; aliud enim constat ex cit. epid. in historia Sileni: hoc autem nonnunquam accidit præcedente diaria, quantumuis corpus excrementis affluat, interdum hac non præcedente secundùm membrorum temperamenta, & causas magis paratas ad excitandam inflammationem, vel promouendam corruptionem: confirmatur ex 3. de præsag. ex pulss. cap. 4. & 7. vbi Gal. admittit hecticam a causa externa non pręcedente diaria propter validam causarum impressionem, & completam dispositionem solidarū

par-

partium,quas primo occurſu feriunt exteriores cauſæ.

Sunt ergo ephimeræ cauſæ omnes externæ, atque euidentes.Sic denſata cute collectus calor accendit ſpiritum:ſimilis latens obſtructio:ſolis æſtus eundem ſuccendit:ſic immoderata exercitatio:ebrietas inflammat vapore calido,acri fames, qui in ſiti magis exaſperatur: cibi calidi ſimili diſpoſitione ſanguinis vapore inficiūt: huius reſolutionem ſomnus impedit:vacuatio la'‘at,& commouet:a dolore incaleſcit ſpiritus,agitatur in ſyncope,feruet in ira,& repente foras rapitur:parem in gaudio motum, ſed lentiorem habet: in mœrore aduritur: turbatur in ſolicitudine:quatitur in metu:in pauore trepidante motu confunditur:per vigilias areſcit, & a ſimili in reliquis paſsionibus inflammatus facit ad ephimeram.His addes peſtilentem aera, vel infectum tetris halitibus,qui putrentem reddit ſpiritum,& proinde febrilem:item bubones,vlcera,quorum fumis calōribus hic pariter inflammatur ad ſimilem febris diſpoſitionem.

1 De ſignis vt inæqualitas pulſus putridarum inſeparabile eſt,ſic æqualitas diariarū,1.ad Glau.2.2.criſ.17.ſi ex inflāmatis,non putridis ſpiritibus febris accidat. Celerior etiā,non in contractione,quia non cogit mundificandi neceſsitas,ſed in dilatione propter vſus incremētū.Huic addit Auic.frequentiā quod intelligendum in maiori illius augmento,cui celeritas non ſatisfacit Maior interdū quoniam aliquando ob defectū virtutis deflectit a magnitudine:& ſic interpretandus Gal.cit.ſi. b. ſi pulſus magnitudinem tanquam inſeparabile ſignum diariæ tribuit.Ceſſante verò diaria habet pulſus peculiarem reditum ad naturalem ſtatum. *Signa.*

2 Secundum ex vrina. Coctio prima die euidens, significansque nullam in humoribus mutationem inueniri. Color vergit ad igneum propter feruorem calidi, & bullientis spiritus, salua tamen integritate contenti, atque substantiæ: igitur erit naturali simillima, sed post diariam melior. Aduertit Aæt.

3 Tertium, sudor aduenit declinante accessione, non multus, roris more per membra diffusus cum effumatione placidi, & suauis halitus, 1. feb. 9. Inde verò perfecta sequitur febris resolutio: non sic in putridis adhuc intermittentibus, quæ licet ad integritatem soluantur sensibile relinquunt caloris vestigium, & portionem fuliginum minimè dissolutam. Obijciunt si spiritus nō est sudoris materia, cur ephimeram sequitur. Respondet Isac liquantur a calore humiditates membrorū. Gent. sic. Calefacti vapores cutim erumpunt, qui cessante febre in sudorem concrescunt a cutis algore.

4 Quartum, calor primò suauis, & placidus, 2. cris. 13 1. feb. 7. intellige per comparationem ad putridas: si nāque ad naturalem conferas iam mordacior, & acrior est: deinceps æqualem præbet ascensum, 1. feb. 9. non enim impeditur, aut grauatur vt in putridis, quarū principio ad interiora refugit propter copiam, & crassitudinem humorum: his tamen in declinatione solutis per totum funditur, ad extremitates vsque prolatus.

5 Quintum, antecedens motio externæ, seu euidentis causæ, 1. feb. 9. quod signum ab ephimera inseparabile est, non tamen proprium: nam, vt supradictum, & putridis conuenit cum proxima in humoribus fuerit dispositio.

Accedit principium facile,nullo turbatum horrore, aut refrigeratione, nisi iungatur Auic. casus ieiunantis cholerici,in quo vapor acris leuatus horrorem promouet.His adde omnem toleratu facilem, leuem animũ, & simptomatum priuationem. Et hæc sint vniuersalia huius febris indicia.

De peculiaribus, vnamquamque speciem ostendit sua euidens causa.Iram præterea monstrant pulsus vehemens,magnus,celer frequens, calor multus ex profundo leuatus, non acris, aut mordax, rubescit totum propter motum sanguinis,& spirituum ad exteriora,facies ampliùs ob maiorem concursum ad caput cogente imaginationis impetu,nisi nouus timoris casus mentem aliò distrahat:hic enim, quasi frænum,coercet furiam egressuri sanguinis.Tristitia cõtrarium habet pulsum:huic similem vigilia,metus,solicitudo. In pauore vibratus,& inæqualis cernitur,& trepid9 labiorum motus siue a casu motiuæ, seu a contrario recursu sanguinis ac spiritus:in his mordacior caliditas: in vigilia peculiaris oculorum excauatio,horum incerta motio, facies tumida propter leuatos vapores incoctæ materiæ. In tristibus humidiores sunt oculi,in cogitabundis sicciores cum tenuitate corporis subobscura: vtrosque decoloratio fædat,tristes maior,minor solicitos.Gaudentis signa irato sunt similima: tardior in hoc motus sanguinis,& spiritus ad externa conuersi: oculi verò sereni,ac placidi.Densitatem, ac refrigerationem sequitur calor primo occursu mitis,deinde acrior; similiter profundior,qui leuatur post fixam manum:hinc pulsus maior,sitis intensior, subtumida facies, & corpus simile a

reten-

retentione vaporis,& excrementi. Exuſti ferunt oculorum rubedinem, corpus aridum ab ambiente diſſolutum, tenſas frontis, ac temporum venulas ob delatum ſanguinem ad ſuperiora vi trahentis calidi: at in capite manifeſtior caliditas, quo ſol fortiùs imprimit: iūgitur quoque ſqualloꝛ faciei, niſi a cerebri plenitudine ſequatur deſtillatio. Interna opillatio ſuis patet ſignis, bubo oculis deprahenditur, nullis indiget ebrietas, cruditas manifeſta eſt indicio cænę præcedentis, quam ſequitur frequēs eructatio,& nidoroſus vapor in ſequitur anxia ventris grauitas,& interdum vomendi impetus: ſæpè verò crudior,& alba vrina eſt. Sic nota diaria a fame, ſiti, dolore, præter ea, quæ fameſcentibus, ac ſitibundis cum vigilantibus ſunt communia: euacuatio ſe præbet intuentibus,& ſæpè reſolutam, atque Hippocraticam oſtendit faciem. Huic non diſsimilem præbet laſsitudo cum ſicciori cute, & languenti pulſu ob facultatem labore attritam: caliditas verò in artubus manifeſtior eſt, & vrina propter motum citrina,& acrior.

Prognoſtica. 1 Hæc febris ex natura ſua vltra diem non extenditur: adde tamen conditiones. Primam ſi vera ſit: non quæ pendet ab obſtructione: ſiquidem leuiſsima vltra non procedit, maior ad tertium extenditur, 8. meth. 4. maxima ad quintum propter humorem craſſum perēniter fouentem,& minimè diſſolutum, non tamen in corruptione poſitum: vndè non iniuſtè hanc appellaueris mediam inter putridam, & ephimeram, vt illam, quę ex feruore ſanguinis proficiſcitur. Secunda cōditio eſt ægri regimē, 10. met. 2. quod nec leue peccatū ferat. Igitur ex ſe diaria vltra diē ceſſat: tenuitas nanq; ſpiri-

tuum

tus non permittit febrē vlterius progredi,quin pri⁹ vel resoluantur, vel refrigerentur : si vltra graditur non per se,sed per accidens est ratione fouentis causæ.

2 Ex 1. ad Glauc. 2. facilē admittit & cognitionē, & curationē: 1.4 cit.cognitionē difficilē,& curationē facilē. Dic primò, cognitio non est multū difficilis, sed cōparatione curationis difficilima. Secūdò,interpretatur Auic.de principio diariæ, Gal.de fine, vel de finito paroxismo. Tertiò,non ideò facilis æstimanda,quòd Gal. facilè cognouerit, miseritque ægrotantes ad solita negotia lotos,ac modicè cibatos:nam id partim referendum ad arrogātiam elati animi, partim ad exactissimā cognitionem, atque experimentum viri probatissimi.

3 Biliosæ temperaturæ promptiùs labuntur in hanc affectionem. Affirmant Aet.Paul.& Auic. cit. iuuat ratio: quia spiritus harum faciliùs inflammatur, non aliter,quam aridiora ligna flammæ exposita.

4 De permutatione in febres alias sic Aet. *Si liberè non recedat, atque declinet, suspecta tibi sit dispositio: necesse est enim vitiosos succos nisi perfectè exhalauerint, putrefieri.* Gal. sic, 10. meth. 2. *Diariarum aliquæ magis aptæ sunt in alias febres transire, eæ scilicet cuius causa simul durat cum febre.* Frequentes verò sunt frigus cutim densans,præsertim si vapor impeditus acris,& mordax sit. Similis est obstructio. Iuuant adstringentium esus, vstio, horror per initia febris, succi crassi, & glutinosi,vel multi si mediocriter obstruant. Signa permutationis tradit Auic.cap.8.cit.Gent.addit indicia salubritatis,atque periculi.

Victus inculpatū habeat succum,coctionē,ac distributio-

Curatio. Victus. butionem facilem: in calefactis, atque iratis refrigerãs, in algentibus calidus, humectans; nutriens in vigilantibus, mæstis, famescentibus, ac labore postratis: expectabit tamen declinationem, nisi cogant sequentia. Morsus ventriculi ex humore biliosо, virtus labore attrita, lassa curis, vel longiore mæstitia, timor imminentis, vel hecticæ, vel sincopis a quauis occasione in corpore parato deliquijs. Dices, si virtus est fortis, & morbus breuis, nulla datur ciborum occasio: in acutis etenim qui pernici motu ad statum properant negat victum Hipp. pręcipuè si virtus constat. Ad hoc. In diaria nulla est materiæ cõsideratio, quæ victum prohibere possit, nec accidentium vehementia, quæ turbet ciborum oblationem: quarè si virtus constet cibus interdicitur in morbo breui, atque difficili non breui, & facili, qualis est ephimera. Vrgebis. Hęc pestilens vtrumque continet & breuitatem, & difficultatem, atque periculum: Respondetur, torquet lapsus virtutis a veneno postratę, nec impedit humoris coquendi ratio.

Potionis ordo, atque materia non sic constat apud autores. Paulus album, & aqueum concedit vinum. excipit tamen illos; qui febriunt ob inguinum inflammationem. Similiter Aet. affatim bibendum permittit, idque in omnibus ephimeræ speciebus, præter bubonẽ: amplius, fatigatis tantum tribuit, quantum conficere, dominarique possint: iratis verò non nisi affectu deposito bibendum præcipit. Bibendi ratio sequens est vinũ reparat multum, & nouum spiritum, ventrem roborat, coctionem iuuat, somnum conciliat, vrinas promouet, placidum, ac hilarem animum reddit, ad sudorem. & transf-

transpirationem corpus lenit. At quamuis antiqui eis regionibus id frigidius vinum commodè præbere videantur, nostris suspectum est, nec nisi moderatissimũ in multis præsertim speciebus tribuendum. Ita ad inflãmationes communiter reijcitur: in solis æstu nocet ob calentes vapores, qui caput feriunt: sic in destillatione nisi humor valde frigidus totus iam fluxerit. Ex gaudio magis solet profundi spiritus, qui hilaris vino non indiget. In somno, atque quiete turbat leuatus vapor: in ciborum calore, hunc intendit, a multo ebrietas non concoqui, sed augeri solet. Obstructio cruda moueri, agitarique porestura de nouo feruere, & excandescere. Nullum igitur, vel paucissimum in his merum conuenit: si quando exhibeatur lymphatum, ac tenue: liberaliorem manum permittunt vigilia, curæ, inanitio, mæror, exercitatio, inædia; & eo magis si corpus gracile, ac melancholicum fuerit, os ventriculi gelidum, atque debile.

Balneum frequenter conuenit propter quatuor, quę præscribit Auic. humectationem, sudorem, rarefactionem, & infrigidationem: sed de his peculiariùs per sequentia.

Quę ab æstu contrahitur refrigerationem desiderat, siue calor solis causa sit, seu balneũ, ignis, aer: caput itaq; irrigabitur oleo, & aqua rosata cũ guttulis aceti: iulep frigidũ in potu dabitur, ac tãdẽ trãlacta accessione solabitur æger refrigerãte balneo rosarũ, nympheę, violarũ, vitis: huic enim præ cæteris maximè salutiferum: vndè Paul. lib. 6. cap. 16. inquit: *Hos lauare expedit,* hoc tamen intelligendũ, modò non iungatur destillatio: tũc *Æstus*

D enim

enim ante coctionem fugiendum, quia materiam crudam agitat. Permittit Gent. in pauca, ac leui, quæ possit a tepido balneo maturari, & similiter in mordaci, & acri fluxione, quæ leniatur balnei tepore. Particulariùs Auic. laudat frigerantem embrocam, quam sequatur rosaceum supra caput infusum: ait hoc auxilium opportunius quando solares radij caput feriũt: in calente bal neo, vel ardenti canis acie, quæritur maior ambientis prouidentia, & cura refrigerandi cordis.

Lassitudo. Qui ex lassitudine laborant molliter, ac pinguiter sunt fricandi, deinde recreandi balneo dulcium aquarum, ac tandem reficiendi quiete, & delicatissimis cibis, qui in parua quantitate multum nutriant. Aptior verò frictio (aduertit Auic.) adhibetur supra collum, iuncturas, & dorsi spondilos.

Solicitudo, mæror, vigilia. Soliciti, mæsti, & vigilantes minùs lauandi, atque fricandi sunt, fouendi tamen copiosiori oleo tepido, & minimè adstringenti. In vigilia peculiariter congruunt quæ somnum conciliant: in omnibus ciborum deliciæ. Licet verò prædictæ passiones non longè differãt, quia tamen Auic. earum curationem separat, illi cæteræ curationis examen relinquimus.

Ira gaudium Iratis post balneum quies imperanda, & tempus dãdum lętitiæ, ac iocosę conuersationi. Cibus infrigidãs, & humectans conuenit. Vinum reijcit Auic. sed transacta accessione permittitur aquosum, vt supra notauit Aet. propter inductam lætitiam, quę iræ furorem reprimit, & peculiare robur quod vinũ cordi suggerit. Hoc autem ira quatit, atque lacessit. Gaudentes nil interest bibant, possunt ergo curari refrigeranti balneo, & simili methodo potus, & alimenti.

In

In somno, & quiete sudor proficit, ac moderatum exercitium hoc ad discutiendos flatus, ille ad refrigerā dam, atque humectandam febrem. *Somnus quies.*

Qui a frigore febriunt irino, atque nardino fouendi sunt, & declinante febre ducendi ad balneum dulcis aquæ: conuenit & frictio rarefaciens, & modica exercitatio. Hæc Paulus. Si tamen densitas magna sit, euacuare priùs expedit: de hinc fricare. *Densitas frigus.*

Sola frigida sitis curationem perficit, nisi aliunde timeatur incommodum: quarè illius vice securiùs exhibetur aqua granatorum, vel succus frigidorum ac humectantium fructuum: hinc & balneum. *Sitis.*

Ob inediam febrientibus media accessione subueniendum est, ne labantur in aliam febris speciem: quarè Gal. 10. meth. 5. prima inuasione cibauit arentem, & calidam complexionem. Desiderant tamen cibos facilis, & boni chimi. *Fames.*

Destillationis incommoda abunde numerauimus, lib. 1. sect. 1. cruditas omnimoda coctione indiget, parco, & tenui cibo, vacuatione derelicti excrementi, ac tandem robore communis officinæ. In obstructione phlebotomiam præcipit Aët. sed accuratiùs Auic. in adiuncta multitudine: siquidem prohibetur transpiratio a multis, vt a crassis humoribus. Duplex verò gen⁹ statuit alterum cutis, in vasis alteru m, quibus propriā curationem Gent. fabricat. *Destillatio, cruditas, oppilatio.*

Ciborum calidorum curatio trib⁹ perficitur. Primò, vacuatione alimenti per clisteres si non adhuc longius aberit: sin minùs per medicamentum satis leue, ne calor ampliùs intēdatur: prosunt manna, casia, tamarindi. *Cibi calid.*

Secundò conferunt quæ inductum calorem corrigant. Tertiò, quæ roborent ciborum officinas, hepar, ventriculum.

Fluxus. Vacuatio quatuor modis affert diariam. Primò ad motum humoris similis sequitur in spiritu dispositio. Secundò, superuenit lassitudo ex frequenti motu surgendi. Tertiò, medicamenti purgantis caliditas accendit spiritum. Quartò, hic pariter incalescit ob agitationem calidi vaporis in phlebotomia. Secundum, hęc gubernanda curatio habita ratione roborandi membri principis ventriculi, cordis, hepatis.

Dolor, sincopem ebrietas, vlcus, bubo. De syncope fusè cap. proprio, de dolore non mediocriter dictum est. Varios ebrietatis affectus nostra poesis cecinit: ibi & curatio, nisi grauitas phlebotomiam postulet, & balneum declinante affectu. Qui bubonis, vel vlceris causa febriunt horum prouisione sanantur. Et hæc satis de facili hoc morbo, qui vel præterit ante medicum, vel hic accersitus inuenit naturæ victoriam, & solutam ægritudinem. Satis in super de nostro medicinæ flosculo, seu compendio, quod totam medicinam liceat appellare.

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano de Vargas, 1635.

FLOSCVLVS MEDICINÆ.

LIBELLVS ADDITVS.

DE MEDICA CONSIDERATIONE.

AVTHORE

PETRO LOPPESIO

AVISSENSI.

CVM LICENTIA.

Malacæ, Typographus Ioannes Serrano de Vargas, Anno 1635.

LIBELLVS ADDITVS.

De medica conſideratione.

ARGVMENTVM LIBRI.

QVOD Hic tractatus agat de magis vniuerſalibus congruentius primo loco inſtituendus erat: ſed quoniam multa colligit, quæ magis verſantur in communi praxi, multa, quæ ſeruiunt actu curanti medico, ideo in hũc locum relegauimus. Igitur quæ in antecedentibus dicta ſunt intellectu, & demonſtratione inquiſita, hic nouo vſu, atque experimentis

confirmantur: vlteriùs quædam particularia ad primas causas, & fontes adducems, uaç tandem quidquid in medico desiderabile, quidquid in ægro, & assistentibus examinabitur. Sic vedeor vniuersum medicinæ spatium succinto, ac expeditò itinere percurrisse: vel saltem his adaptatis floribus meo denique flosculo coronidem imposuisse.

SECTIO I.

De ijs quæ ad medicinam pertinent.

CAPVT I.

De nomine, & varia medicinæ acceptione.

Medicina nonnunquam idem significat quòd medella, siue auxilium: vndè Plin. *Medicinam inuenit ex hoste*, ex hoc scilicet ob ruptam vomicam e regione perfossi pectoris. Secundò, medicamen, vel medicamentum, vt distinguitur contra alimentum: quod videlicet immutet corpus, nec ab eo mutetur. Ex varia autem permutatione, & alteratione medicamenti in corpus, vel corporis in medicamentum dicitur alimentum medicamentosum, vel altrix medicina, 2.1.doct.2.cap.45. Tertiò ex omni medicorū schola

artem medicam significat; in hac verò acceptione dicitur medicina theorica, vel practica, empyrica, methodica, rationalis, experimentalis de quibus infra. Sic autem appellatur a modo, seu mensura: vitæ enim tuendæ ac conseruandæ metas, ordinemque præscribit. Nec interest si quando hæc sanitatem conseruet, & præcaueat futuram ægritudinem, nam a re potiori, & magis necessaria nomen est impositum, a parte scilicet, quæ præsentes morbus conatur profligare.

CAPVT I I.

De medicinæ inuentione, & propagatione.

Relicta veritate mysterij quod Hebræorum plurimi cognouerunt Adamo, & Salamoni medicinæ primordia tribuentes: reiectis quoque gentium nugis siquid de Iside, Arabo, atque Mercurio fabularunt, Aesculapius, ab Appolline patre hanc artem inuentam, in lucem protulit: quam postea, licet philosophiæ mistam, clarissimi sustulerunt Pytagoras, Democritus, & Empedocles: primus verò Hipp. (quem aliqui Democriti discipulum crediderunt) non tantùm separauit, sed perfectam, ac consummatam reliquit; & Gal. in summum extulit fastigium. Præcesserunt tamen experimenta aliqua in Aristeo, Melampodi, & Polydio, præter ea, quæ testatur Homerus de Aegyptijs, & Gal. de ijs, quæ casu euenerunt, suffusorum punctiones, & clisteris vsum vtrumque ex animalibus dessumptum: suffusioni aculeato iūco capra opem tulit, ales sibi ipsi marinam aquam ros-

tro per annum indidit. Tandem efficatius huic muneri contulerunt, quæ scribit Herodotus expositos ægros per compita transeuntium auxilia mendicasse, si quando simili ægritudine correpti forent: vnde Hipp. lib. de veteri medicina inquit: *Ipsa necessitas homines coegit medicinam inquirere ac inuenire*. Ab experimentis itaque medicina profecta est, quæ lapsu temporis speculatione, & rerum naturalium cognitione complementum, atque perfectionem comparauit.

Hinc eliciuntur tria medicinæ principia lib. introd. cap. 2. primum inuentionis, aliud constitutionis, tertiū interpretationis. Primum est illud, quod diximus apud Aegyptios vetustissimum, experientia sine ratione adquisitum. Ex hoc, & ratione adiuncta secundum emergit. At interpretationis siue traditionis initium naturalis est speculatio: vndè dogmatici ex recessu a naturali statu morbi magnitudinem colligunt, & ex naturali auxiliorum admouendorum potentia eorundem normas auspicantur.

Ex his verò tot in medicina autorum varietates, tot medicorum sectæ diuersis opinionibus luctātium. Quidam Empyrici sola fulti experientia; alij hac inutiliter adquisita tanta denique barbaries, & errorum congeries, vt in solis expugnandis Gal. multum temporis, & magnam suorum librorum partem consumpserit.

(?)

A

CAPVT

CAPVT III.

De medicinæ nobilitate, vtilitate, necessitate, iucunditate, certitudine, & difficultate.

DE Nobilitate medicinę satis erant sacrarum literarum testimonia Ecclesiast. cap. 36. *Honora medicum propter necessitatem*. Sed vlteriùs suadent sequẽtia. *Nobilitas.* Hieron. sup. Esai. cap. 38. *Medicina non est spernenda, quia fecit eam Deus*. Hipp. in epist. ad Abderit. donum Dei vocat, & hinc Appollo medicinæ autor Deus habitus est. In orat. suas, ad art. præstantissimam inter reliquas medicinam iudicat, sic lib. de leg. *Medicina omnium artium præclarissima est, verùm propter imperitiam eorum, qui eam exercent vilissima est effecta*. Vnde Democrit. in epist. ad Hipp. sapientiæ sororem medicinam vocat: vt enim illa (inquit) animam ab affectibus liberat; hæc morbos a corporibus aufert. Erasmus verò in declaratione in laudem medicinę sic comprobat: *Si Dei est conferre vitam, qui hanc, & tuetur, & conseruat quasi vice Dei potuit nuncupari*. Et hinc inter Iuris Consultos huic spurios admitti nõ decuit: testatur Cõcil. Anconitan⁹, & Ant. Florẽt. Duplici autẽ titulo medicinæ accedit nobilitas: & propter hominẽ terrenis omnibus subiectũ præstantius, & propter finẽ, siue salutẽ, qua nihil amabilius [illegible] reperitur. Nec defectũ patitur ex operatione adiuncta [illegible], vt supra ex Hipp. cõsideratã [illegible] nobilissima est scientia [illegible] tamẽ iã applicata, & ad particularẽ ægrũ redacta. Nec nusquam ars vilis est, sed architectonica, & mechanicis imperans, lib. ad [illegible]

Hęc

Hæc præter sequuti sunt medicinam gentium nobilissimi, Sancti, Prophetæ, Angeli, Duces, Reges, Pontifices, Imperatores, Poetæ, Philosophi, & ingeniosissimæ fœminarum. Ex primis fuerunt Moises, & Eliseus. Accessit Esdras, cuius meminerunt Paul. Aet. Auic. propter celebre, quod reliquit antidotum. Angelus Raphael curauit Thobiam: Michael ex Sosomano Aquilini, cuiusdam lapsum ventriculum restituit. Petrus, & Paulus medici extiterunt: Cosmus, & Damianus medicinam professi sunt: Lucas & medicus: sequuti Basilius, Magnus, Eusebius Pontifex, Pantaleon, Alexander, Pnux, Ambrosius Doctor, & alij, quos longum esset enumerare. Nec minor principum numerus: extiterunt celebres Appollo, Hercules, Achilles, Theseus, Thelamon, integerrimes cacumen sapientiæ Rex Salamon, Ezechias, Monarcha Alexander, Lisimachus, Anthiochus ob suam theriacam celebris: hinc Masinissa, & Rex Atalus ex Gal. patria oriundus, Iuba Afer, Gētius Rex Illiricorum, Agrippa Hebræorum, Enax Arabum: Damasco floruit Mesues, apud Athenienses Alcibiades, apud Romanos Cesar Aug. Tiber. Nero, Adrian. Tit. Vesp. Iustinus Imperator. Pōtifices Nicolaus Quintus, Eusebius, Petrus Hispanus: qui thesaurum medicinæ pauperibus contulit, & Paulus secundus, qui Romæ hanc artem publicè exercuit. Tandem medicinam ornauerunt Philosophi, & Poetæ, Melampus, Homerus, Virgilius, Nicander, Andromacus, Silius Italicus, Plato, Empedocles, Pytagoras, Democritus, Aristoteles, Theophrastus, & innumeri ex vtraque dignitate. Nec defecit in fœminis nam præter ea, quæ de Iside propo-

 suimus,

fuimus, floruerũt pręstantissimæ Latona, Cibeles, Diana, Artemisia Gal. & Auic. celebris, Circes Plinio, Nasoni Mædea, Achromos Hippocrati, Cleopatra Gal. Paul. Aæt. Hinc Aesculapij filiæ quatuor, Herculis Hepione, Oenone Appollinis. Sic Polydamnam Aegypt⁹, Agamedam Epyrus, Antiochim Roma peperit. Vlterius Elis, Africana, Vlclaeroa, Elephantis, Victoria, Sotiris, Saloc, Lais, Olympias, & alię inter quas celebratissima Minerua, de qua sic Ouid. medicos inuitans ad deæ sacrificium.

Munera de vestris pauca referte deæ.

Ordinem verò dignitatis, quæ in partibus medicinæ inuenitur, refert Gal. 6. vulg. 5. tex. 1.

Vtilitatem medicinæ expresſit Gal. lib. de remed. fac. parabil. vbi sic in princip. *Artem medicam nullis vnquam ciuitatibus, nullis locis publicis, opulentisuè hominibus aut nobilibus, aut principibus circumscriptam sed quæ poti⁹ præ ingenti erga genus humanum beneuolentia, suaque maxima vtilitate ad omnes tandem homines pertinet.* In finition. med. sic: *Medicina ad humanam vtilitatem inuenta fuit.* Confirmat ratio: quia si nihil melius, nihil salute amabili⁹, nihil erit medicina vtilius, quę nanc & tuetur, & seruat. Fatentur præter Gal. & Hipp. Orpheus, Erasm⁹, Arist. Tyrius, Plato, Scleras, Theognis, Cato Censorinus, vterque Diogenes, Zenon, Polio, Ionius. Ad hę scriptum Appollinis oraculum: *Optimum est sanum esse.* Et Ecclesiast. cap. 30. *Melius est pauper sanus, quam diues imbecillis.* Et paulò infrà: *Melius est corpus sanum, quam sensus immensus.* Inde Thales Milesius interrogatus de beatitudine huius vitæ fertur respondisse: *Qui in corpore sanus*

Vtilitas.

Hæc præter sequuti sunt medicinam gentium nobilissimi, Sancti, Prophetæ, Angeli, Duces, Reges, Pontifices, Imperatores, Poetæ, Philosophi, & ingeniosissimæ fæminarum. Ex primis fuerunt Moises, & Eliseus. Accessit Esdras, cuius meminerunt Paul. Aæt. Auic. propter celebre, quod reliquit antidotum. Angelus Raphael curauit Thobiam: Michael ex Sosomano Aquilini, cuiusdam lapsum ventriculum restituit. Petrus, & Paulus medici extiterunt: Cosmus, & Damianus medicinam professi sunt: Lucas & medicus: sequuti Basilius Magnus, Eusebius Pontifex, Pantaleon, Alexander, Pnnx, Ambrosius Doctor, & alij, quos longum esset enumerare. Nec minor principum numerus: extiterunt celebres Appollo, Hercules, Achilles, Theseus, Thelamon, inter omnes cacumen sapientiæ Rex Salamon, Ezechias, Monarcha Alexander, Lisimachus, Anthiochus ob suam theriacam celebris: hinc Massinissa, & Rex Atalus ex Gal. patria oriundus, Iuba Afer, Gentius Rex Illiricorum, Agrippa Hebræorum, Enax Arabum. Damasco floruit Mesues, apud Athenienses Alcibiades, apud Romanos Cęsar Aug. Tiber. Nero, Adrian. Tit. Vesp. Iustinus Imperator. Pōtifices. Nicolaus Quintus; Eusebius, Petrus Hispanus qui thesaurum medicinæ pauperibus contulit, & Paulus secundus, qui Romę hanc artem publicè exercuit. Tandem medicinam ornauerunt Philosophi, & Poetæ, Melampus, Homerus, Virgilius, Nicander, Andromacus, Silius Italicus, Plato, Empedocles, Pytagoras, Democritus, Aristoteles, Theophrastus, & innumeri ex vtraque dignitate. Nec defecit in fæminis, nam præter ea, quæ de Iside proposuimus,

fuimus, floruerũt prę stantissimæ Latona, Cibeles, Diana, Artemisia Gal. & Auic. celebris, Circes Plinio, Nasoni Mædea, Achromos Hippocrati, Cleopatra Gal. Paul. Aæt. Hinc Aesculapij filiæ quatuor, Herculis Hepione, Oenone Appollinis. Sic Polydamnam Aegyptꝰ, Agamedam Epyrus, Antiochim Roma peperit. Vlteriùs Elis, Africana, Vlclaeroa, Elephantis, Victoria. Sotiris, Saloe, Lais, Olympias, & alię inter quas celebratissima Minerua, de qua sic Ouid. medicos inuitans ad deæ sacrificium.

Munera de vestris pauca referte deæ.

Ordinem verò dignitatis, quæ in partibus medicinæ inuenitur, refert Gal. 6. vulg. 5. tex. 1.

Vtilitatem medicinæ expresʃit Gal. lib. de remed. fac. parabil. vbi sic in princip. *Artem medicam nullis vnquam ciuitatibus, nullis locis publicis, opulentisuè hominibus aut nobilibus, aut principibus circumscriptam sed quæ potiꝰ præ ingenti erga genus humanum beneuolentia, suaque maxima vtilitate ad omnes tandem homines pertinet.* In finition. med. sic: *Medicina ad humanam vtilitatem inuenta fuit.* Confirmatur ratio: quia si nihil melius, nihil salute amabiliꝰ, nihil erit medicina vtilius, quę nanc & tuetur, & seruat. Fatentur præter Gal. & Hipp. Orpheus, Erasmꝰ, Arist. Tyrius, Plato, Sclerias, Theognis, Cato Censorinus, vterque Diogenes, Zenon, Polio, Ionius. Ad le scriptum Appollinis oraculum: *Optimum est sanum esse.* Et Ecclesiast. cap. 30. *Melius est pauper sanus, quam diues imbecillis.* Et paulò infrà: *Melius est corpus sanum, quam sensus immensus.* Inde Thales Milesius interrogatus de beatitudine huius vitæ fertur respondisse: *Qui in corpore sa-* Vtilitas.

nus

nus est. Et hinc Hispanum Adagium: *El que està sano, es rico y bien afortunado*. Et Lusitanum: *Naõ ha maior riqueza que a saude*. Et rursus: *Saude e porco*. Democritus ait: *Medicina res est honesta simul, ac vtilis ad vitam*. Menander dixit: *Rectè valere, & sapere duo sunt vitæ bona*. At hæc duo (inquit Diu. Hyeron.) in vnum coincidũt: nam deficiente bona valitudine animus pariter languescit, & veluti hebetatur: hoc verò sumpsit ex Plat. in carmide, & hic ex Epicarmo. Tanta est animi cum crpore societas, nostra poesis concinit. Inde medicina deprauatos vsque mores corrigit; & valet addere vires intellectus. Sic coercere impetus turgentis luxuriæ, ac tristes gelido de pectore tollere curas: sic remissum cor mouere in audaciam. Vnde Democritus: *At vbi corporis habitus ægrotat, neque mens ipsa alacritatem habet ad virtutis meditationem: morbus enim ipse scientiam vehemẽter obscurat.* Idcirco a primo Pythagora inuentus ille communis, & laudatus salutandi modus: *Deus tibi salutem largiatur*, qui durat in hodiernam vsque diem. Ob id quoque Pyrrhus Epyrotarum Rex dum supplex ad templum iret non nisi salutem a dijs precabatur posthabitis cæteris fortunę donis, diuitijs, regno, victoria. Plutarc. in lib. de bona valet; ait maximè diuinum, atque blandissimum alimentum esse bonam valitudinem. Planudes insignis Philosophus: *Haud enim est viuere, nisi valere vita*. Accedit illud Casiodori, lib. 6. epist. *Inter res vtilissimas, quas diuina natura hominibus præstitit, medicina fuit; quæ tanquam Dei auxiliatrix, ac similis humanæ vitæ miserijs, ac fragilitati succurrit, prodest que vbi nec dignitas, nec diuitiæ valent*. Et Quintilianus: *Sola est medicina, qua opus est omnibus*,

bus,

bus, nam reliquis artibus nec semper, nec omnes egemus: huius vtilitate mortalium constat omnis vita. Ideò Baldus plus medicis, quam aduocatis fouendum esse præcipit, lib. 1. col. 2. 6. mand.

Cels. in prohęm. medicinam omnium scientiarũ maximè necessariam statuit: vt enim inquit agricultura sanis corporibus alimenta, sic ęgris medicina sanitatem promittit: hinc Democritus Hippocrati: *Omnes homines medicinã nosse oportet.* Et Eccl. c. 3. rẽ cõfirmat cõmẽdãs medici pręsẽtiã vt summè necessariã. Probat verò quo tidianũ experimẽtũ: nã cõtẽpta reliquarũ artiũ exercitatione potest vita tueri, minimè si medicinã auferas: sine hac ex multis hæc laboriosa fuerit: quot dolores, quot partiũ intẽperamẽta, quã trũca sal⁹, quã perpedita negotia, quantũ in animi passionibus delictũ, quanti lapsus in corporum immoderãtia: ex plurimis sanè cita mors hominẽ rapiet: sępè irruunt sanguinis eruptiones, grãgrenę, pleuritides, cynãche, deliramẽta, & alia, quæ breuiter medicinę auxilio desinũt, sine hoc breues interit⁹ inferũt. Adde, ęger nõ tantũ medicinis leuatur, sed sola medicorũ pręsentia, ita vt nõnũquã sola adquisita ex intuitu fiducia multi valerẽ cęperint; expert⁹ sum in ciui nostro penè exanimi. Vincit igitur medicinę necessitas. *Necessitas.*

¶ Gal. lib. de sectis nil ex rebus humanis salute gratius, aut iucundius esse ait, Hipp. nihil plus desiderabile requirit: ergo similiter affirmandum de medicina hunc finem postulante. Sed & inter addiscendum cum reliquæ scientiæ langorem, atque fastidium pariant, hęc sola animi iucunditatẽ attulit. Cernere est: humani corporis mira fabrica tot organorũ diuersitate insignis: *Iucunditas.*

tot

tot morborum differentiæ, tot medicaminum generibus profligatæ: iam si partem prognosticam attingas, & videas morientium, & conualeturi signa certò euentura, quid dulcius? Nec iniucundum boni medici exercitium, cuius præclaris, & penè diuinis gestis, ne dicam miraculis omne vulgus nunc in admirationem rapitur, modò laudibus ad sidera vsque extollit: hoc autem nihil suauius, si humanæ gloriæ flatus sunt admittendi. Rursus nec officiunt huic importunæ defunctorum calumniæ: firmis enim, ac opportunis prænotionibus vtitur, quibus non tantùm non incurrit infamiam, sed nomen, & gloriam sibi comparat. Hoc autem de bono medico intelligendum, qui tamen fugiat imperitũ vulgus, cuius voces nec docti possunt non audire, nec declinare mussantis calumnias. At de similibus prognosticis propria sectione disputabitur.

Certitudo. Hipp. lib. de loc. in hom. ita de certitudine: *Constans, ac firma est tota medicina.* At ibidem *Impossibile est in medicina statam, ac firmam doctrinam fieri.* Explicat Gal. lib. de plenit. cap. 7. licet partes aliquæ medicinæ tradãtur sub artificiosa coniectura id (inquit Aphrod. in prohæm. lib. 2.) ex accidenti contingit propter materiæ commercium. Est igitur in se certa, firmaque, & immutabilis scientia, spoliatur tamen sua dignitate, atque certitudine ars effecta, & in particulari ægro deficiens, non aliter quàm immortalis anima corporis affectibus consentire solet: vnde, inquit Arnaldus: *Medicina est scientia, quæ nescitur.* Accedit medici, & humani intellectus inopia, qui perfectè nõ valet assequi omnes sciẽtiarum normas, quare defectu exactę cognitionis error fig-

frequenter contingit. Est quoque remediorum quantitas, quæ nullatenus a medicina definitur, 3. meth. 3. in qua nisi prudentissimus, & maximè exercitatus, solet decipi. Item peculiaris cuiusque naturæ proprietas ineffabilis est, neque exactissima scientia comprehensibilis, 3. meth. 7. vnde Gal. infrà: *Si cuiusque priuatim naturā explorare ad vnguem scirem, vtique qualē fuisse Aesculapiū mente concipio, talem me esse putarem, sed quoniam id fieri nō potest*. Hoc autem vt supra ex lib. de plenitud. magis certitur in partibus quibusdam medicinæ; in alijs enim omnimoda certitudo contingit, præsertim in parte chirurgica, cuius exercitatio non solùm visum, sed & tactum habet adiunctum, quæ duo adhuc in particulari ægro scientiam stabiliunt. Igitur medicina immutabiles habet propositiones in quibus falsitas inueniri non potest, deficit tamen & addiscentis ineptitudine, & particulari subiectorum conditione.

Quamuis Gal. 13. meth. cap. 29. statuat medicinam sex mensibus perdisci posse, demit indicationem, quę a partibus sumitur, vt pote omnium dificilimam; tutius intelligendus est de sola methodo curatiua, vltra quam requiritur exacta morborum cognitio, & futuri euentus prædictio, duo in re medica nimis ardua: quarè idē 1. de dign. pulf. cap. 10. sic ait: *Equidem vt verum dicam ad exactissimam pulsus cognitionem requiri totam humanam vitam putem*. Et ibidē fatetur (vir licet fuisset exactissim⁹ in omnibus quæ medico facere potuerunt) maiorē vitæ partem in huius cognitione cōsumpsisse, nec assecutū esse nisi longissimo spatio, & perenni, atq; laboriosa exercitatione. Et ideò dixit Hipp. *Vita breuis, ars verò* *Difficultas.*

 longa.

longa Et lib. de loc. in hom. *Medicinam cito discere, non est possibile.* Erasmus verò ad comprobandum difficile negotium medicorum sequens animaduertit. *Debemus contemplari quanta sit humanorum corporum diuersitas, quãta ætatum, regionum, cœli, alimentorum, tot animi affectus, tot morborum, simptomatumque differentiæ; tot auxiliandi rationes, tot remediorum genera.* Plinius relicto infinito particularium numero, ter centum vniuersales proponit, & in solo oculo exili membro centum supra duodecim. Accedit millesimus venenorum numerus varios interitus minitantium, vnde oritur par auxiliorum congeries. Ob id Gal. 2. meth. ait non posse quenquam esse qui morborum numerum. Et confirmat. August. 22. de ciuitat. Dei, cap. 22. dicens: *Tot sunt morborum genera, vt non libris omnia comprehensa sint.* Vnde Iuuenalis, sat. 10. *Morborum omne genus, quorum si nomina quæras, promptius expediam quot amauerit Appia mæchos.* Adde ex Gal. omne quod tellus, in conseruationem salutis, vitæque humanæ peperit. Nec id solùm, sed quæ mineris inclusa iacent, fontes, ignis, maria, regionum proprietas, trunci, radices, flores, folia, semina, gumi, liquores, odores, metala, lapides, multique pretiosi, adhuc stercora, & sordida excrementa in auxilium medicina contulit: nihil tandem mali in corpore inuenitur, quantum uis pestilens (inquit Ampanus) ad quod natura saluberrima remedia non inuenerit. Sed prædicta omnia a nullo creatorum intellectu possunt apprehendi, eorum saltem, qui terrenis vecti equis corpus habitant.

Constat igitur medicinam scientiarum omnium esse nobilissimam, vtilissimam, iucundissimam, certissimam,

mam, difficilimam, & maximè necessariam. Nunc quanta, & qualis sit, perpendamus. Inde patet iter ad reliqua.

CAPVT IIII.

De medicinæ definitione, diuisione, subiecto, ac fine.

PRimus Hipp. lib. de flatib. sic definit: *Medicina est appositio, & detractio.* Refert quoque Gal. 11. meth. 12. & lib. introduct. item lib. de art. sic: *Medicina est a morbis prorsus vindicare laborantes, & morborum obtundere vehementias.* Refert pariter Gal. in finition. med. Mesues priorem probat, vocatque additionem, & subtractionem: approbat & Gal. in introd. secundam tamen excludit ex aliorum sententia traditam, vel similem: *Medicina est sanitatis conseruatrix, morborum expultrix.* Nam inquit: *Medicina hæc non efficit, sed ex illis, quæ efficit hæc proueniunt, idque non semper: quapropter non ex his, sed ex illis, quæ ab ea semper accipiuntur constituta est: hæc autem sunt adiectio, & ablatio.* Vndè etiam definitio tradita lib. ad Trasib. minùs exacta est, quòd scilicet eadē ferè repetat. At probat cit. introd. quam tradit Erophilus, & repetit art. med. 2. *Medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum.* Et lib. finit. *Est ars quæ præest sanis regendis, & ægris curandis.* Auerr. 1. collig. ita definit. *Est ars operatiua exiens ex principijs veris, in qua quæritur cōseruatio sanitatis, & remotio ægritudinis in corpore humano.* Auic. sic: *Est scientia, qua humani corporis dispositiones noscuntur ex parte qua sanatur, vel ab ea remouetur, vt habita sanitas conseruetur, vel amissa recuperetur.*

His positis multæ prędictarum definitionum eadem ferè repetunt, differuntque vel diuersis nominibus, vel definiendi modo: quædam enim operationes medicinæ, aliæ huius finem respiciunt, aliquæ materiam, nonnullæ instrumenta includunt. Ideò, si non obstaret breuitas, quam requirit definitio ex multis sic constaret. Medicina est scientia, qua noscuntur, curantur, & conseruantur humani corporis dispositiones salubres, insalubres, & neutrę per oppositionem, atque detractionē, vt habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur.

Diuisio. Quamuis medicina vna sit attributiuè, & analogicè propter vnum quod habet obiectum, non est vna in specie, vel individuo: imò sequentes patitur diuisiones. Primam in physicam, & medicam: illa corpus humanum considerat quatenus ens naturale est: medica idem quatenus sanabile: similiter illa sanitatem, & ægritudinem vt entia naturalia: hæc eadem quatenus remoueri, & conseruari possunt. Hinc sequitur secunda similis in theoricam, & practicam partim generis in species, partim totius in partes integrantes. Negant tamen Hugo, & Auerr. diuisionem, solam practicam, atque mechanicam statuentes propter finem, quem perpetuò quærit, quo nonnunquam frustatur: vnde, si a fine vario sumitur theoricum, & practicum tota medicina practica est: licet enim multa tractet, quæ physicus: ab hoc vsque ad cognitionem, a medico ad sanitatem inducendam tractantur. Dic tamen pro confirmatione supradictæ diuisionis. Primò possunt hęc duo nomina in ea sumi significatione, vt importent duas partes medicinæ, quas Gal. vocat doctrinam, atque exercitationem. Auic. sciē

tiam

tiam naturalem,& experimentalem:illa consistit in vniuersalibus,tantùmque libris,ac demonstratione comparatur,hæc per libros,& ipso ægrorum conspectu ad particularia descendit; illa ad intellectum, hęc ad sensum pertinet:illa magis ad habitum docilem, hęc ad assuefactibilem:has autem duas partes appellat Gal. duo medici crura,quorum altero deficiente alterũ claudicare necesse est. Hac itaque ratione potest dici & practica, & theorica. Secundò, si præscindamus a fine medicinam nullo ordine ad exercitationem curatiuam, particularem efficiemus theoricam, si finem spectem⁹, practicam:dicitur actio,& contemplatio,lib.finit.Hinc constat medicinam & artem,& scientiam dici posse: licet Hipp.& Gal.milies artem vocent, & Auic. vtranq; partem practicam, & theoricam scientiam constituat accidentariam iudicans operationem adiũctam: inquit enim ad primam partem,& theoricam non pertinet scire,ad practicam operari:sed ad illam pertinet cognitio principiorum,ad hanc cognitio modi, vel qualitatis operandi:illam scientialem, hanc operatiuam scientiam vocat, licet nulla sequatur operatio, vel praxis. Hæc Auic.sed vsus nominum inuenit appellari illam doctrinam practicam,quę ad operationem dirigit. Adde artis, & scientiæ nomen indifferenter,& a medicis, & a philosophis accipi solet; scientiam videlicet pro arte, hanc pro scientia:passim Gal.Hipp.Arist.& hæc pro secunda diuisione.Tertiò diuiditur medicina in diagnosticam,prognosticam,& curatiuam, Diagnostica primũ habet locũ sine qua nec ritè præsagire, nec curare quis poterit:aduertit Aet.lib.5.cap.2.& Gal.1.acut.3.conti-

nec

net verò elementorum vires, humores, spiritus, tempe- raturas, facultates, actiones, membra singula, res om- nes nonnaturales, & quæ contra naturam dimicāt: quæ cuncta partim signorum vim habent, partim signis de- prehenduntur. Prognostica rimatur varios morborum euentus imitans diuinę sapiētiæ mores; quasi futurorū contingentium speculatione insignis. Curatiua triplex est, chirurgica, pharmaceptica, dietica. Ad hunc ferè modum ad Trasib.40.& 1.de sanit.1.diuidit Gal. in sa- lubrem, & curatiuam. De subfig. emp. & lib. de part. art. med, cap.6.in indicatoriam, curatiuam, & salubrē. Lib.art.med. in conseruatricem sanorum, & ægrotum curatiuam. Licet verò neutra corpora sepissimè Gale- no inter sana locum obtineant, lib.de part.art.med.ad- dit prouisoriam, quæ debetur corporibus neutris (hęc manifestam habent intemperiem, non tamen adhuc ęgrotant) at tres partes numeratę totidem habent ad- iunctas, corpora, signa, causas, quæ pariter salubria, insalubria, & neutra sunt. Salubri quoque multi addide- runt non tantùm prouisoriam dictam, sed euecticam id est boni habitus conseruatricem, analepticam, quam re- sumptiuam nominant, gerocomicam senes custodien- tem, pędotrophicam, quæ infantium habet curam; cos- moticen, seu decoratoriam, phoneticen, idest vocalem: omnes tamen salubris nomine possunt comprehēdi: in- nuit Gal. cit. at specialiꝰ secat in quinq; lib. finit. prima est naturæ indagatrix affectuū cognitrix, victus institu- trix, curatrix, & materialis, quæ versatur circa materiā corpori nostro medentē. Eodē ferè mod. lib. introd. to- tidē numerātur, naturę cōtēplatio, causarū notitia, vel

alic,

affectuũ cõsideratio, sanitatis tuẽdæ ratio, signorũ obseruatio, medẽdi mod⁹: & his satis cõstãt omnes partes medicinæ, quas 1. collig. nititur colligere Auer. diuidẽs in sciẽtiã subiecti, finis, & instrumẽti. Adde, si placet, diuidere in sectas, quasi partes, rationalẽ, empyricam, methodicã: has in dẽratoriã, curatricẽ suffusionũ, herniarũ & calculorũ incisores, luxatorũ artuũ reductores, deniq; tot medicos, quot particulę in nr̃o corpore repeiiũtur.

Medicinæ subiectũ est corpus humanũ sanabile, non tamen id, vt particulare sensibile motui, & materiæ cõiunctũ, sed vniuersale ab intellectu abstractũ: hoc enim æternũ est cum scientia recurrens, illud fluxile, atq; deficiens. Si verò Gal. 1. aphor. & Haly non meminerunt particulę sanabile, ita sunt intelligẽdi: nam fatetur ipse, lib. de part. art. med. cap. 7. alioquin esset idem cũ subiecto politicę, moralis, aut phisionomicę. Est itaq; corp⁹ humanũ quatenus generationẽ, atque interitum subit subiectũ naturalis philosophię; medicinæ quatenus patitur affectiones sanitatis, & morbi. Constituitur tamẽ specialiús medicinæ subiectũ, art. med. 3. per corpora, causas, & signa: hæc antẽ salubria, insalubria, & neutra, quę rursus in minores species secari possũt: vndè Auic. reducit ad causas quatuor, materialem, efficiẽtem, formalem, finalem, 1. 1. doct. 1. cap. 2. cũ tamẽ omnia in corpore humano sanabili pariter & inueniantur, & passim recurrãt, iure hoc cõpendiosum medicinæ subiectũ appellatur. Probat verò ex quatuor Cõcil. diff. 6. Primò, huic attribuũtur quęcunq; in medicina tractãtur. Secũdò, noti⁹ est in medicina, & primò intellectui occurrit, 3. ex notione isti⁹ reddũtur cętera in medicina notiora. Subiectũ

Quartò

Quartò, habet partes, & passiones, velut sanabile, & ægritudinis susceptiuum, quæ satis sunt ad probationē cuiusque subiecti Hoc autem inter corruptibilia censetur præstantissimum: sic inter carbo lapides, aurumque metala, inter bruta leo.

Finis. Auerr. 1 collig. ita de fine medicinæ: *Non est finis artis istius ad sanandum omnino, sed ad faciendum illud quod potest fieri in quantitate, & tempore sufficienti.* Hanc tamē Auerr. & similes definitiones reijcit Gal. 1. meth. 7. dicens: *Hac in notitia quidem finis variè est erratum medicinæ finem esse affirmantibus plurimum sanare, alijs ea facere, quæ sint ad sanitatem conducibilia, alijs morborum causas adimere.* Suam verò sententiam tacitè interponit sanitatem statuens lib. ad Traslib. cap. 5. Sic Gal. & Auerr. quos supra, hæc ex lib. finit. Finis medicinæ tripliciter describitur. Primò dicitur ille cuius ratione res medica administratur. Secundò, ad quem quæcumque medicæ artis sunt referuntur. Tertiò est id, quod si assecuti fuerimus, nihilo præterea egemus. In duobus primis potest saluari Auerr. descriptio, in tertio minimè. Ideò finis vltimus in medicina sanatio est, regularis, ac debitus, operatio possibilis: infra innuit Auerr. dicens: *Postea debet expectari finis, sicùt est in arte nautarum.* Hîc autem finem vltimum intelligit. Recta igitur operatio finis medici est, sed hic ordinatur in alium, qui sanitas est; nec tantùm curatoriæ statuitur, sed agnosticæ etiam, atque prognosticæ si medicinę exercitationem contemplemur.

SECTIO II.

De Medico.

CAPVT I.

De Medici definitione.

MEdicus definitur ab Hipp. & omni sequuta posteritate diligens naturæ minister, & adiutor. Aliqui tamen malignè sic definiunt: *Medicus est inuidiæ pelagus inexhaustum, detractionis organum, indefessæ ambitionis perforata clepsedra, alienæ veritatis garrulus, contradictor, & propriæ ignorantiæ defensor constantissimus.* Alij sic benigniùs: *Medicus est vitæ, salutisque humanæ instaurator atque defensor, autor hilaris, & iucundæ conuersationis, & publicum miseriæ patrocinium.* Hæc bonos, illa prauos explicat Medicos, prima Hipp. legitima est. Vtrùm verò Medicus semper debeat imitari, ac sequi operantem naturam, inferiùs disputabitur.

CAPVT II.

De Medici principijs, educatione, moribus, ac vitæ institutione.

Ort⁹, & educatio

SI Nullibi progenerant aquilæ columbas, nec illas istæ, sanè iure hæreditario filij parentum fixos mores imitantur: nec obstat scientias solubili quadam dispositione subiectum afficere: ex perenni etenim meditatione dogmatum, & continua conuersatione partis exercitæ habitualis quædam relinquitur inclinatio ad posteros transiens, eosque similiter afficiēs. Iam si adultus & passim audiat axiomata parentis Medici, & contempletur normas Medicę exercitationis, maximū erit dictis emolumentum: aduertit Hipp. lib. leg.

Charitas mansuetudo.

His si iungatur naturalis charitas, & mansuetudo, quid erit optabilius? sanè charitas semper laudabilis, maiori ex parte mansuetudo: præstat rigor, vbi repugnat ægrorum inobediens natura, vel necessitas ferientis chirurgię: cōsulit Hipp. lib. de decenti ornatu, dicēs: *Medicus comitatem quandam sibi adiunctam habeat, austeritas enim & sanis, & ægris difficilem accessum præbet.*

Prudētia bona fortuna.

Altiùs euolat prudentia, quæ non solùm moderatur deprauatas animi affectiones, sed regit quæcumque in medicina offerri possunt: præualet tamen volubilis fortuna, quę infelici euentu omnem scientiæ, atq; prudentiæ normam præuertit, vt contra opportuno obscurat imperfectionis maculas: hinc vtrūq; cōmendat Hip. cū inquit: *Oportet Medicū esse prudētem, & benè fortunatum.*

Emince

Eminet in cunctis Christiana religio: quid enim laudabilius? quid maius? quam posthabito proprio honore, ac fama, ægrorum saluti, vitæque consulere: quid magis detestabile, quam sibi, non infirmo prospicere: vidi quosdam qui auxilij occasionem omiserũt, quam postea resarcire poterant, sed noluerunt, ne palsi infamiam apud vulgum deficerent. Hoc equidem difficile: si saluari vtrumque potest, laudabilius: in re ancipiti præferendam Christi Religionem existimo: nam licet opinionem cum vulgo consulat Hipp. lib. de dec. orn. non id opere procurandum est, sed vestitu decoro, vnguentis odoriferis, & similibus alijs: inde enim ægrũ affici contingit. Hinc verò elicies neque vanę gloriæ ratione esse a recta curatione recedendũ: nec licere Medico vti medicinis, aut beneficijs, aut aborsum prouocãtibus; consulit ex Hipp. Haly, 1 theor. 2. dicens: *Nec verò cuiquam mortiferum det potum, nec assignet, aut quid sit, significet, sed nec de eo loquatur, pariterque aborsum facienti mulieri non det medicamen, nec quale, aut quid sit cuiquam commemoret*: Addit: *Nec reuellet patientis secretum*, quod similiter Christianum non decet, nec adhuc Gentilẽ, si deorum culturã commendant Haly, Mes. Hipp. *Christiana religio*

De reliquis moribus sequentes sunt autorum animaduertiones: vbi & nonnullæ prædictarum. Sic itaque Mes. *Nomen & rem habet Medici, quem nulla mouent, quem constantia morum, incessus, grauitas, & sermonũ onus insignit.* Hipp. ita lib. de Medico: *Habeat animum modestum non tantùm ad sermones, sed etiam ad probæ vitæ compositionem: maximè enim ad opinionem, atque autoritatem conducit bonis, ac honestis moribus præditum esse.* *Reliqui mores.*

 Et lib.

Et lib. de dec. orn sapienti similem efficit medicum: *Omnia quæ in sapientia requiruntur insunt in medicina argenti contemptus, reuerentia, verecundia, habitus submissus, autoritas, iudicium, quies, mundicia, doctrina, cognitio ad vitam vtilium, & necessariarum purificationem, alienitas a mercimonijs, & superstitionibus.* Item lib. de lege sic colligit: *Quisquis medicinæ scientiam sibi verè comparare volet cum his ducibus voti sui compotem fieri oportet, natura, doctrina, loco studijs apto, institutione a puero, industria, & tempore.* Ita verò Haly: *Medicum oportet esse mundum, astutum fidelem, ad Deum suspicientem, lingua expeditum, vitæ optimæ, procul ab omni libidine, cui solus finis infirmi sanatio.* Addit: *Sitque misericors, abstinens, non operandi cupidus, verbis subtilis, studiosus ægrotis, & eorum curis, maximè cum pauperibus, nec delectationibus, aut delicijs, aut ludo occupetur, nec plurimum sumat vinum*, &c. Et Gal. ex Hipp. 6. vulg. 4 tex. 8. & 9. *Quemadmodum Medicum ægroto odiosum videri non conuenit, ita neque contemnendus, sed humanus, moderatus, iucũdusque cum sit grauitatem etiam seruare debet: nisi enim Medicum æger, vt Deum quendam, admiretur, nunquam illius præceptis obtemperauerit.* Addit temperantiã: *At non licet industrium esse quẽquam, qui se aut vino obruat, aut cibis expleat, aut veneri dedat: denique qui pudendis, ventrique indulgeat: ex quo efficitur, vt si quis ver⁹ Medicus est, idem sit, vt veritatis, sic etiam temperantiæ amicus.* Iungit Arnaldus: *Sit Medicus in cognoscendo studiosus; in præcipiẽdo cautus, & ordinatus; in respondendo circunspectus, & prouidus; in prognosticando ambiguus; in promittendo iustus; in visitando disertus, & diligens; in sermone modestus; in affectione beneuolus.* Et hæc vniuersim.

Pecu-

Peculiatiùs Hipp.lib.de med.sic pingit faciem: *Faciẽ habeat meditabundam, ac subtristem, non tamen amarulentã: contumax enim esse videbitur, & homines odio habens, qui verò in risum exolutus est: ac nimium hilaris, onerosus indicatur: hoc itaque maximè vitandum; iustum autem ad omnem conuersationem esse conuenit.*

Ita de sermone, & voce, cit. vulg. *Non solum enim sermonum cum ægrotis habenda est ratio, sed etiam vocis magnitudinem, & tonum, & omnem actionem moderatam esse cõuenit: quod si quis cũ erudito viro colloquatur, ne solæcismis, barbarismisque vtatur, caueto: nam ex hoc Medici ægrotis spernendi videtur.* Ras. verò verborum pondus maximè consulit. Vndè 6. aphor. 4. *Qui interrogatus ad omnia velociter respondet vix Medicus putandus est.*

Sic de partibus corporis: *Ad hæc & ipse Medicus imprimis, & maximè manus quam purissimas habeto, & faciẽ & pilos in barba, & capite, deinceps & alias corporis partes.*

Sic de veste: *Vestis & ipsa eadem ratione mediocris esto, neque valde sumptuosa, vt arrogantiam indicet, neque sordida, & nimium vilis, nisi æger ipse immoderatiùs, aut pretiosa vestimenta amet, aut sordidis oblectetur: sic & reliqua: nonnulli enim fabellas amant, alij fastidiunt ideò omnia ægrotanti iucunda esse conuenit introitus, sermones, vngues, vestis, tõsura, quæ cit. memorat Hipp.* Hæc Gal. sed difficilima in veste, tonsura, & similibus, quæ passim mutari non possunt pro diuersitate languentium, nisi, more Protei, induat omnigenas Medicus per membra figuras, aut varias referat diuerso in corpore formas, vt chimera. Ergo lege, sermones, vultum, & gestum, quæ ab ægrotantium

tium normas variare conuenit: quarè ibidem figuram sic pingit: *Atque figuram totius neque humilem præ se ferat, vt contemptum mereatur, neque faustu quodam, atque superbia turgentem: quidam enim extenti, ac patentes introeunt, nonnulli fracti, & molles, alij verò proni, atque abiecti: itaque omnes excessus deuitandi sunt, & inter eos tentandi mediocres: quòd si nõ nunquam (raro tamen id euenit) æger humilitatem, & abiectionem quandam tibi amare videatur, ad humilius te descendere satiùs fuerit, & a mediocritate recedere.* Addit: *Turpissimum si alopeciam, & morbum articularem Medicus patiatur: oportet igitur hunc suo mederi simptomati, deinde ad aliorum affectus se se accingere. Sic totius corporis odor præcipuè putidus, sicut alijs quibusdam suauis nonnunquam per incuriam teter fit, si cepas, aut allia commedentes ægrotos inuisant, aut si vini odorem vehementer spirent, vt accidit quinto Medico.* Modus tamen habendus, ne vulgo potiùs spernendi, quàm amabiles videãtur. Aduertit Gal. lib. de præcogn. ad posth. *Dataque est opera, vt ea dicantur, & fiant, quibus vulgi gratiam ineant, & ab eis approbentur; scilicet, quibusuis adulari, quotidie salutare, diuites per vrbem comitari principes domum reducere, in conuiuijs esse, atque in eis tum ministrare, tum iocos, & facetias referre: quidam*

dam verò non hæc modò faciunt, sed pretioso quodam vestium, & annullorum ornatu, magnoque comitatu populo persuadent, vt ab omnibus amabiles habeātur. Et hæc de bonis, ac malis Medicorum moribus.

Concil. tamen diff. 7. morum prauitatem in Medicis arguit, vt plurimùm euenientem. Inquit enim: *Sciendum quod Medici vt plurimùm malorum extāt morum, tum quia ex vili stipite originem traxerunt, vnde intumescentes, & contumeliosi, tum quia medicinam curatiuam scorpios, & Mars influunt, præseruatiuam Venus, & Taurus, quæ stellationes in malum tendunt.* Iungit verò: *Et hos propter virtutem attributionis horum planetarum perfectos reperio Medicos.* Hæc ille, sed prima ratio de vili stipite non conuincit in tot principum Medicorum numero, quot sectione antecedenti numerauimus. Secunda de astrorum influxu verum continet, quando Medicus vi cælesti ductus medicinam amplectitur: minimè verò si mandatis parentum obtemperans, vel aliter coactus addiscendam sumat. Adde, quamuis siderum vi pulsus potest eorum actiones inuertere, si regina prudentia cælestibus adhuc dominatur, & frænat quascumque turgentis animi appetitiones.

CAPVT

CAPVT III.

De Medicorum peritia.

ILlis in Medico habitis, videndum, quæ scire conueniat, vt exercitationem tentet, nam iuuant & continua lectio, & perenne cum ægrotis exercitium. De primo sic Haly, 1. theor. 2. *Oportet Medicum lectione occupari, studioque, ac consideratione librorum medicinæ, nec negligat, aut fastidiat ea quoque die.* Et subdit: *Oportet autem hæc a pueritia obseruare, atque adolescentia, quoniam in his temporibus facilior est custodia, quam in senecta, cum sit obliuionis domus.* Legendos ergo autores videamus.

Quos libros legere conueniat.

Sanè qui in Gal. operibus fuerit satis versatus, saltē ad vniuersalia pluribus non indiget: sed quia satis difusam habet doctrinam præstat ad alias compēdiosiores accedere, præsertim tyronibus, idque magis vbi cum particularibus agendum est. Accedunt nostro æuo multa nouiter inuenta, quædam nouo vsu noua. Peculiariꝰ tamen Hipp. in arte prædicendi legendus est: quamuis enim methodum medendi inuenerit. 9. meth. 8. & omnium bonorum nobis autor extiterit, 1. ad Glauc. cap. 1. in illa (inquit Plinius) excelluit, & maximè nituit, pręter alia, quæ medicinæ princip ī obseruata sunt. In dicēdi quoque grauitate imitandus est, qua & ipse Gal. eidem cedit lib. si quis opt. med. At Gal. methodus suspicienda, & in cunctis Auic. autoritas interponenda ma-

xime

ximè ad auxiliandi commoditatem, & magis profundam, remotioremque philosophiam: nam in ea, quæ rei medicæ spectat exactissimus fuit Gal. quamuis ille momorderit dicens, 1.1.cap.1. *Desiderauit Gal. appellari, & esse philosophus.* Itaque hunc reprehendit Auic. si aliquando in naturali rerũ perscrutatione defecerit: quod non culpę dandum: sæpè enim Gal. docet non quæ phisica consideratio scrupulosè inuenit, sed quod aptius est indicationi, operique intento vtilius, perpendens omnia quatenus medici actionibus substant: hic autẽ cum non operetur nisi in cognitam dispositionem signis, & sensu, non considerat nisi manifestè sensilia. Prudens, ac vtile Gal. consilium. Nec audiendus Auerr. de solo Zoar dicens: *Vnicuique volenti ad huius præclaritatis scientiam peruenire, bonum est, vt libros Auenz. studiosè legat: nam illic medicinæ thesaurus patet manifestè.* Audiẽdus tamen hic est vir excellentis doctrinę, vt quoque similes Arabum Rasius, Haly, cum ipso Auerr. ex Latinis Celsus: ex Græcis Tral. Paul. Aæt. & siqui Auic. coincidunt in margine circũscripti. Hinc iuuat modernorum lectio, præsertim in nouis morbis, nouis inuentis, ac nouis vtendi modis. Et hæc de libris.

Quæ medicus vniuersim scire debeat ad tria reducit Auerr. 1. collig. 1. exactam subiecti notitiam, finem in subiecto intentum, & commoda instrumẽta, quibus vtatur. Ad hæc quatuor proponit Arnaldus. Primum, legere scripta antiquorum: secundum, cautè experiri: tertium, subtiliter iudicare: quartum, certificata stillo breui scribere. Primum, & vltimum hoc faciunt, media sequentibus examinanda sunt, nã pertinent ad actuale *Quæ vniuersim scire debeat.*

medici exercitium, de quo infra. Vniuersaliùs autem duo spectant medico: primum exacta cognitio omniū morborum, & rerum naturalium: secundum completa curatio. Quia verò non omnia possumus omnes, nec omnes assequi perfectè valent duo supradicta, præstat vsus consultandi libros, vltra quem, vt magis necessaria conuenit notitia pulsus, & vrinæ, item morborum, qui repentè ingruunt veneni, colicæ, sincopis, subet. appoplexiæ, histericæ affectionis, casus, combustionis, fluxus sanguinis, laboriosi partus, & similium, eorum præcipuè, qui membrum princeps infestare solent: de quibus tres præcedētes libri: cæteri nempè affectus & præstant inducias voluendi libros, & moram longioris cōtemplationis. Quæ tamen ad horum meliorem dispositionem facere possunt, sequentibus innotescent.

Num philosophus Primò num philosophus esse debeat. Pro parte negatiua facit illud Gal. 1. de element. 9. *Non interest medico scire an coalescat temperies per solas qualitates vicissim operātes, vel necessaria sit actio substantiarum inuicem coeūtium* Et 6. vulg. 5 tex. 5. animæ notitiam inutilem medicis iudicat, satis esse affirmans si cerebri temperiem, atq; spiritū cognouerint tanquā animæ instrumenta.

His tamen non obstantibus sic Hipp. lib. de dec. orn. *Medicus philosophus est Deo æqualis, neque est multa differētia inter sapientiam, & medicinam.* Et lib. de vet. med. *At qui necessarium esse videtur, vt medicus de natura sciat*. Nihilominùs Gal. nam manifestè cōcedit, tit. siquis. opt. med. eundem esse philosophum: scilicet, vt artem primo intelligat, deinde exerceat philosophia medico necessaria est: ita inquit morborum differentias, corporum

rum naturas, partium mores & præsidiorum indicationes optimè consequitur. Et 3. meth. 3. censet nihil posse medicum de vlla similarium partium agitare sine naturali speculatione. Confirmat Auerr. suo collig. & Celsus in prohæm. suę medicinæ inquit: *Tanquam sine philosophia trunca, & debilis medicina esset*. Nec obstant primo adducta nam Gal. non explodit animæ cognitionem tāquam passionum, & motionum principium, neque temperamentorum originem absolutè reijcit, sed sophisticas, & inutiles quæstiones, quę de his agitātur: sic remotiorem intelligentiam de animæ separatione, in qua sanè, quasi diuina, vir alioquin sapientissimus cę cutiuit caput hinc, indeque parietibus impingens, nec aliquid certum de materia concludens: hanc ergo speculationem, vt Theologi propriam, minùs vtilem medico Gal. dixerat.

De Logica similiter pronuntiandum, quę ab errore nos tuetur, & (vt inquit simplicius in prædicam.) tanquam pars organica totius philosophiæ defendit nos a malis in practicis, & a falsis in speculatiuis. Inseruit quoque ad intellectum faciliorem: vnde Auerr. 1. collig. *Scias quòd aliquis non poterit stare super fine huius libri, neque intelligere maiorem partem eius, nisi ille, qui legerit in logica*. Arist. verò, 1. top. *Logica ad omnium methodorum principia viam habet, quia scilicet per ipsam defendunt probabiliter scientiarum particularium principia*. His assentit Gal. cit. siquis opt. med. Nec obstat Hip. medicum præcellentē philosophia non adhuc inuenta floruisse: hanc enim natura habuit, licet arte non inuenerit, & naturam non tantùm ad hæc, sed ad omnia exactissimam.

Verū Logicus.

Rursus non obstat Gal. 3. de loc. 4 quæstiones logicas, tanquam inutiles prætermittens, id enim facit intētus iam, & occupatus ægrotantium curationibus, non in medico discente, atque contemplante prima medicinę fundamenta. Adde in curante vsum se defendendi ab obiectis aduersariorum telis, & erroris refutandi.

An astrologus. Tertiò, astrologus admittitur a Gal. cit. & lib. de aer. aq. & loc. cap. 1. non enim tantùm practicæ, & theoricæ speculationi medicorum confert astrologia, sed pluribus alijs scientijs. Ideò Arist. 2. metaph. cùm tentauit inuestigare primum principium, & numerum intelligentiarum, ad Calippum, atque Eudosium famosissimos astrologos se transtulit: nam ex posterioribus finem intentum, & subiectum metaphisicæ docet. Vnde & per corpora cælestia venimus in cognitionem primi principij: testatur Apost. ad Roman. *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt a creatura mundi, intellecta conspiciuntur*. Confert verò medicorum theoricæ, & scientiæ naturali exponendo quidquid in ipsis tractatur: at practicæ, quatenus ex vario ortu siderum varia in ægris inueniuntur, & administrantur. Apparet 2. de generat. de cęlo, & mūdo, in metauris, in Epid. de aer. aq. & loc. de cris. de dieb. decret. & prima primi Au. quę cuncta benè intelligi non possunt sine astrologiæ cognitione.

Anatomicus. Iam quantùm conferat anatomica cognitio nulli nō patet: si namque locorum affectorum notitia tantoperè necessaria est: huic verò illa, manifestè colligitur quātùm & medico conducat. Hoc autem non sic accipiendum quasi ex solis libris, atque auditu petēda sit huiuscemodi cognitio (id, & reliquam librorum speculatio-

nem

nem iam ſupra conſulimus) ſed magis ex crebro intuitu diſſectorum: cæcus enim non iudicat de coloribus, nec intellectus verbis aſſequi poteſt omnia, quæ ſenſus in obiectis percipiũt: præter quam quòd viſus faciliùs, & tenaciùs, quam auditus memoriæ figit, ac imprimit obiectorum ſimulacra: aduertit Auic. 1.1.cap.1. Iam ſi vltra hæc, propria manu & ſcindat, & detegat occultas membrorum propagines exactus erit medicus: conſulit Gal.lib.3.de anat.admin.cap.5. ad meliorem tamen operationem vult priùs quemque in ſimijs exerceri: aliter inquit exercitatiſsimos falli cõtingit. Exactiſsimus verò habetur ſi inter ſecandum circunſpiciat moribundi animalis operationes, & interitus derelictam effigiẽ, quamuis Celſus condemnet ſæuitiam, atque effrenes belluarum ritus.

Poeta. Quoniam vtriuſque eſt autor Appollo iniuſtè ſeparantur. Adde non tantùm ad medicinam, ſed ad reliquas ſcientias animos lenit poeſis (vt in noſtra diximus) ob idque Athenienſes filios poetas faciebant priusquã ſapientię claſſes ingrederentur: ſunt teſtes poetæ clariſſimi, qui in philoſophia, & medicina floruerunt, de quibus ſup. & Gal. quem conſtat multis carminibus opus ſuum illuſtraſſe. Si verò 3.de vſ.part.5. reijcit Pindarũ fabulantem Centauros, alibi audit, & veneratur.

Rhetoricus. Eget & medicus rethorica vt appoſitè dicat, & ſibi commiſſa perſuadeat. Si verò Gal. ſæpè excludit nominum curioſitatem rebus ipſis intendens, multis in locis eorundem interpretationem conſulit, vt ſcilicet probè comparetur doctrinæ vtilitas: imò quandoque labitur, & tempus abſumit inutiliter multa de vocibus cõminiſ-

miniscens: & hac ratione rhetoricum voces minimè ad mittendæ. Ita Gal. 3. vulg. 2. tex. 8. non absolutè reijcit, sed quando in his medicus maius vitæ tempus cõsumpserit. Item, 1. de dieb. decr. cap. 4. non explodit simpliciter, sed quando rerum occasio non cogit, præsertim rudes. Itaque interdicitur rethorica, vel quando nimis prolixa est, vel rebus non faciens, & citra occasionem necessariam instituta. Et sic intelligendus ille lib. quod opt. med. vbi de solis vocibus contendentes graculos, & coruos appellat. Et 1. de loc. cum inquit medicum oportere rerum, non verborum controuersias dissoluere. Et 4. de vs. part. 13. dicens: *Platonici præcepti semper memores nos ditiores sapientia ad senectutem peruenturos, si nomina neglexerimus* Et 4. de locis 3. cum ait: *Tum primũ homines res ipsas neglexerunt, cum nimio studio nomina quærere inciperent.*

Eruditus Confert & lectio diuinarum, humanarumque literarum, tum, vt ægrotos recreet medicus, tum vt intelligat, quę passim per libros diffusa sunt. Extitit Gal. insignis, qui non solùm legit plurimos Gentilium Homerum, Pindarum, Platonem, Aristotelem, Archigenem, & reliquos, sed ad noui, veterisque testamenti literas accessisse, constat 2. de diff. puls. 4. & lib. 3, cap. 3. vbi sic Archiginis sectam reprehendens: *Citiùs Moysi, & Christi asseclæ decedent de sua disciplina, quam qui sectis consacrati sunt medici, & philosophi.* Hæc ille, qui fidem ab experimento, vel demonstratione distinguere nesciuit orbat⁹ scilicet Christianæ fidei splendore.

Artes liberales. Sic reliquæ artes liberales non parum faciunt, quib⁹ vt architectonica, & gubernatrix medicina imperat: quare

quare Haly, 1. theor. inquit: *Oportet medicum esse probum, atque scientem omnes artes*. Si verò Gal. 11. de vs. part. 14. has videatur effugere, id fecit propter discipulorum tædium, qui scilicet, ea, quæ eo tempore non nouerant, penitus auersareatur. Atque his habemus medicum & peritum, & bonis moribus imbutum: nunc in certamẽ descendat, & quę mente concepit, exercere incipiat.

CAPVT IIII.

De medicorum praxi, atque ijs, quæ ante ingressum ad ægrotantem eisdem facere visa sunt.

AD Praxim tria præcipua conferre videntur. Primum vt insignes in arte magistros consulat, quorum non tantùm particulares normę sunt accipiendæ, sed notandi quoque gestus, & vocum moderamina. Insuper suspicienda diligenter manuum opera in manuali chirurgia. Vnde Haly, 1. theor. 2. *Et expedit medicũ hospitalia, & domos infirmorum frequentare, propter multas eorum medelas cum magistris, & peritis*. Secundò, expedit difficilima, & notatu dignissima non solùm mente reseruare, sed manu scribere: admonet Gal. 9. meth. & 6. med. pergen. & 4 aphor. 22. Tertiò, non tantùm ad sciẽtiã confert peregrinatio, sed magis ad vsum: iã si bellis & exercitib⁹ pręsit medicus, insigniter proficiet. Aduertit Hipp. lib. de aer. aq. & loc. iungens varias considerationes sumendas, tum ex vario terrarum situ, cælique statu, tum ex diuersis naturis hominum, & hinc Galen. 9. simpl. consulit explorare varios terræ mores,

Cyprum,

Cyprum, Lemnum, Syriam, causa multorum quorum notitia ad artem medicam non parumconducit, qualia sunt metallorum, & bituminum genera, terra lemnia, bolus armenicus, & similia. Vnde Hipp. lib. preceрт. in defectu scientiæ exercitationem præscribit dicens: *Cum igitur hi necessariò sint inscij ac imprudentes hortor eos, vt commodam habeant exercitationem.* Et rursus: *Medicus præ est morbo cum assidua lectione, instructioneque.* Quia tamē variè controuersum est, an experimentum rationi, atq; scientiæ preferatur, expendendum id quoq; nunc est: si priùs exponamus quid sit ratio, quid experientia, quid vtrumque significet: qui rationalis medicus, methodicus, empyricus.

Experiētia. Licet ab vsu vocabulorum experientia, & experimētum pro eodem accipiantur; differunt numero obseruationum: siquidem experimentum multis constat *Experimentum.* experientijs, lib. de subf. empir. cap. 2. sic ars multis experimentis conflari solet: est enim congestio præceptorum, quæ experientijs comparantur. Definitur verò experiētia obseruatio illius, quod eodem modo fieri solet; & experiri est quod non dū constat opere tentare. Vel ex lib. de sectis: experientia est memoria eorum, quę sępè, eodemque modo visa sunt. Hinc, qui per experientiam *Empyrici.* inueniunt, atque obseruant dicuntur empyrici, obseruatores, ac memores cit. de sect. ab hoc scilicet animi affectu, vt ab alio philosophi appellantur cit. de subf. emp.

Ratio. Ratio duplex est, vel ea per quam confirmamꝰ quid quid ab experimentis inuentum fuit, vel quæ prima inuenit, & quæ facienda sunt indicat. Qui hac vtuntur ratio-

rationales appellantur,& lib.de sect.cap.1.logici,analogistici,ratiocinatrices. Isti verò non solùm circa apparentia ratiocinantur,sed obscura etiam, atque abdita scrutantur, & ea, quæ ex naturali rerum consecutione per rationem adquiri solent.Nec tantùm ab affectu indicationem auspicantur,sed a causis,virtute,ætate, regione,anni tempore,consuetudine. *Rationales.*

Methodici hęc aspernentes solúm versantur in reb⁹ euidentibus, nec vllam, præter affectus indicationem perquirunt: quare per hanc adiunctam ab empyricis separantur,lib.de sect.cap.6.Ideò tanquam inutili reiecta eorum secta, superiores duas persequemur: siquidē isti communem omnium morborum curationem esse putant,3.meth.7. hæ verò vniuersales indicationes, etiam plebi sunt communes,6.meth.2. vndè ratione,& experientia carent,3 meth.2.quarè nec scientiæ conferunt,nec vsui:At rationales, & empyrici, vt in artibus profuerunt,sic in opere sunt admittendi. *Methodici.*

His positis ventilemus supradictam quæstionem, & primò experimenti vires perpendamus. Quantùm in arte medica experimentum posſit multi suaserunt, & primus Arist.videtur fauere expertis,6.eth.7. & in prohęm.suæ metaph. videtur & Gal.3. de loc.2. vbi sic: *In inuestigandis singulorum morborum remedijs diu, multùmque inquisiui an logica demonstratione indigerem, an sufficerent ea præcepta,quæ ab experientia,& a præceptoribus, atque a me ipso didiceram:igitur ea,quæ diutina inquisitione optima iudicaui docere non grauabor.*Item,1.de mot.muscul.1 sophisticum esse ait propter verosimiles rationes fidem sensibus abrogare.Auic.etiam cui fidit, experimētum *Quæstio.*

est, 4.4. trac. 1. cap. 1. & Zoar in hac arte, tam in vita, quam in morte cum experimēto cupit saluari rationes negligens, lib. 2. trac. 6. cap. 5. Suadet verò ratio, quia experimentum vicem normę, & regulæ in omnibus obtinet: quare Hipp. licet nihil tradat sine demonstratione semper illud solet annectere ad probationem, & confirmationem veritatis: quasi non satis fidenter in opere exerceatur dogmaticus ante experimenti tentationē. Accedit quod intellectus noster sæpè labitur in tradendis, & diluendis rationibus: sensus verò in experimento non aberrat. Secundò, vt notauit sapienter Auerr. cum non curemus hominem, sed Socratem, in hoc vniuersales artis regulæ deficiunt ob peculiarem indiuidui proprietatem. Tertiò, dum corpus inhabitant animæ magis sensu, & experimentis, quam ratione moueri solent. Et hæc satis pro experimento.

Pro demonstratione sequentia, 1. de dieb. decret. 11. ita Gal. habet: *At si vel priusquam edicerit apud ægrotos versetur, nihil amplius aget, quam opera frustra ludet: vel si ipsam diligenter didicerit, operari verò neglexerit longè quidem altero qui antea non didicit melior: abest tamen permultùm is quoque a perfectione.* Fauet Ras. 4. ad Almans. vlt. & probat ratio, quia cum empyricus sola agnoscat frequentia, reliquorum vt agnitionem non attingit, ita neque curationem. Adde, magis adhuc perficit dogmaticus in frequentibus morbis qui soli substant coniecturæ: dum enim confert remedij adhibiti vtilitatem, vel noxam, facilè perspicit quantùm in coniectando deliquerit, quod empyricus, cui remediorum naturæ sunt incognitæ sperare non potest. Similiter cum variæ sint

reme-

remediorum vires ignota ab empyrico sequuta ex vno vtilitate ad aliud quomodo sit transeundum prorsus ignorat: dogmaticus sequutam in corpore mutationem cognoscens quò migrandum sit intuetur. Accedit ex 1. aphor. 1. experimentum valde periculosum est, idque multipliciter ex Gal. in com. Primò, propter materiæ dignitatem. Secundò, propter huius naturam maximè volubilem, & inconstantem. Tertiò, ob errores intempestiuè operantis. Quartò, ob multiplicem naturam rerum, & præsidiorum, in quibus versatur experimentum.

Tribus tamen propositionibus quęstioni satisfaciendum est. Prima, licet fallax experimentum sit, redditur tamen sufficienter idoneum si tria seruentur in experiendo, 1. simpl. 2. vt scilicet medicamentum tepidum sit, & ab omni externa qualitate alienum. Secundò, vt applicetur corpori temperato simplicem morbum patienti. Tertiò, vt distinguatur per se ab eo, quod peraccidens a medicamento prouenit. hoc autem per adiunctam rationem optimè perficitur. Secunda propositio. Si dogmaticus vera tantùm, atque curanti vtilia inuestiget, præstabit experto: aliter si sophisticis difficultatibus immoretur, & quæ artis vsum transcendunt: hos enim sæpissimè ab idiotis expertis vinci conspicimus. Tertia propositio. Præstant empyrici in ijs morbis, in quibus apparet concentus ille simptomatum ab ipsis præscriptus: si latent indicia, prestat dogmaticus coniectura, & ratione morbum inuestigans. Item, præstat ratio in magis vniuersalibus, & minimè euidentibus, præstat quoque in iudicandis medicamentorum

viribus, & in inuestigandis morborum remedijs, 3. de loc. 2. præsertim si a tota substantia operentur, 3. de sim pt. caus cap. 4 13. meth. cap. 6. sic ad cognoscendas alimentorum facultates, 1. de alim. fac. cap. 1. Quarta propositio. Experimentum ad agendum medicos reddit animosiores. Deducitur ex 10. meth. 3. cõstat verò quoniam non parum periculi voluitur in prima medicamẽti exhibitione, qua iam expertus vtitur. Quinta propositio. Facta absoluta comparatione dogmaticus præferendus, qui tandem lapsu temporis in experimẽtis proficere potest, empyricus nunquam demonstrationem potest inuenire. Adde & ante comparatum longo tempore experimentũ absolutè præfertur dogmaticus propter multa, quæ habet præstantiora qua ratione interpretatur Gal. cit. de dieb. decret. Vndè Celsus in prohęmio suæ medicinæ in sola paritate scientiæ experimentum pręfert. Vtrumque tamen summè necessarium cõsulit Gal. lib. quod optimus medicus: imò quærit in medico peregrinationem, vt ea, quæ ratione didicit de locorum, rerumque naturis experimento comprobet. Vnde 9. meth. 6. ita inquit: *Pro comperto habentes non licere vllius artis scientiam nancisci per vniuersalia vocata theoremata, nisi in particularibus te exemplis exercuiris, cum neque fieri possit vt sine multiplici in ægris exercitatione, quod ex vsu est, facias, nec sine vniuersalium cognitione probe exercitatio procedat: quippe cum in vniuersalibus methodus, in particularibus exercitatio consistat, aliter claudus viam male peragit.* Et 2. de loc. vlt, sic: *Fit autem exercitatio cum particularia sub eandem viam, & rationem ducuntur: huiusmodi autem doctrinæ specie nihil est vtilius: quippe viæ, & rationes*

nes vbi solæ sine multifaria exercitatione coguntur haud quaquam possunt perfectos efficere discipulos. Item,4.de loc.1. *Circa res particulares oportet exerceri eum,qui singula artis opera,quique vniuersaliora ratione didicit, tutò & celeriter exercere voluirit.* Et 1.de dieb.decret.cap.4. *Neque satis est si ratione tantùm artem hanc didiceris,sed etiam experiētia assiduaque exercitatione tractes necesse est.* Nec tātùm ad curationem,sed ad prænotionum vtilitatem vtrumque simul necessariū iudicat,6.vulg,2.tex.25. vbi quærit omnia experientia & ratione priùs confirmata, neq; aliter affirmanda: quarè 3.de loc.3.vsque ad senectutē nullam calumniam subijt. Habemus itaque iam medicum æquis moribus instructum,doctum, atque peritū, & præcedēti capite satis practicum,ac exercitatum ita vt septem conditiones habeat,quas pingit Gal. lib. de const.art.med.cap.7.Igitur inuisere ęgrotantem,& aggredi curationem potest.

CAPVT V.

De primo ingressu ad ægrotantem deque ijs,quæ prima visitatione conueniunt.

OMittimus sanorum conseruationem,neutrorumque prouisionem & quia rarissimè ad hæc vocatur medicus,& quoniam eorum speculatio non ita necessaria est,facilior verò,ac tardior,quæ longas præstat inducias legendi,& consultandi: at nobis propositum est tum difficiliora aggredi,tum magis necessaria. Accedit quòd maior pars huius tractationis sita est in mo-

dera-

deratione sex rerum nonnaturalium, de quibus satis in nostra poesi. Adde medicis inutile cum sanis commertium, cum neutris inutile, atque importunum, vtrumque minùs laudabile: cum ęgrotantibus gloria, & vtilitas comparatur: præstat igitur horum visitatio. Sed priùs videamus num ægro insalutato, absenteue medicis committenda sit curatio. Quamuis nostris temporibus assequatur vsus vicini vicus, aut castelli, sic declarat Gal. lib. de puer. epilept. *Ego autem quia nunquam puerum hunc vidi forsan multum decipi possem, cum neque a principio morbi qualis fuerit ipsius natura, neque nunc qualis ob morbum sit cognouerim.* Ergo si falli Gal. metuit, quid sperandum de medicis nostri temporis? iam fidere suspectis vrinarum coloribus, & similibus indicijs, periculosius est, cum multi propter peculiares membrorum affectus albas mingant, alij crassiores, & rubeas: vnde lõga interrogatione, & perspicaci discursu opus est: satius tamen ægrotantem intueri, nám vt aduertit Gal. cit. æger a medico inspici debet, vt certo aliquid colligi possit. Igitur & ægri intuitus, & sedula diligentia confert. Sed & vlteriùs præcepta sequentia.

Lib. pręcept. iubet Hipp. initium ratiocinationis ex apparentibus assumere, deinde ad alia accedere: sic enim, inquit: *Ad veritatem res perducitur, quamuis violentia quædam subsit:* Colligit verò Gal. lib. de humor. *Cognata species, regio, mos, ætas, tempus, constitutio morbi, excessus, defectus,* 1. lib. de composit. med. per gen. cap. 2. sic: *Docti pariter estis primum curationis scopum a morbosis dispositionibus suggeri: ac cum his vna patientis particulæ naturam indicari, præterea aer, tempus, ætas, locus, consuetudo,*

ſuetudo, & cætera conſideranda ſunt. Quæ cuncta commu niter cogunt ad decem capita ſequētibus carminibus.

Nempe color, caſuſque (vocant ſimptomata Græci)
Et regio, & tempus, morbusque: his additur ætas,
Natura, & victus, mutatio temporis, arsque.

Peculiariùs aduertit alijs in locis præcipuè, 1. prog- noſt. 1. 6. vulg. 7. *Faciem ægroti, præſertim oculos conſiderare oportet: hinc corpus reliquum: tertiò cubationis modum: quartò præcordia: quintò ſomnum, & vigiliam: ſextò varias excretiones, alui excrementa, vrinas, ſputa, vomitiones, deinde vlcera, ſuppurationes, calorem, frigus: præ cunctis pulſum, difficilem reſpirationem, & mentis tenorem: Item voces, linguam, qui præceſſerunt labores, otia, conſuetudinem, non tantum in victu, ſed ſtragulis, veſte, rebus venereis.* Addit quo modo morbos ægri tolerent, a quibus patiantur, quæ figuræ, ad quos locos ſint conuerſi, quando cæperunt, affuerunt, deſiuerunt: in quibus intemperati: ſimiliter ætatem ab ætate diſcernere, anni tempora, morborum & horam, & tempora; accidentia, circuitus, qui populariter graſſantur affectus, nùm aliàs ęgrotauerint, quo morbo, quibus adiuti, vel malè habeāt: vtrum medicamenta benè, vel ęgre ferant: nùm aluus ſponte fluat, & alia excremēta deſtinatis a natura locis benè reſpōdeāt aut horū defectu morbū antiquū patiātur. Eadem ferè lib. de nat. & ord. cuiuſq. corp. *Scito primū cauſas, & origines, & ſpecies morborum, veras, & ſpurias, compoſitas, & ſimplices: hinc conſideranda virtus ægri, quantitas, qualitas, & impetus ægritudinis, corporis habitudo, atque intemperies: deniq; ſcitu dignum erit, vtrum corporis vitio ægritudo nata ſit, aut extranea ex cibo, vel potu, vel aeris corruptela.*

Quæ

Quę cuncta ad duo reducit, 1. de loc. 1. *Intueri oportet omnia tum præsentia, tum præterita: præsentia quidem ipsemet medicus debet inspicere, præterita verò non solùm a laborante, sed etiam ab ipsius familiaribus interrogando perdiscere quod sint quædam, quorum aut pudet ægrotum, aut explicādi facultatem non permittit, aut alia obliuionis ratio impedit.* Hæc Gal. & optimo iure animaduersa, nam pars exactæ cognitionis in sedula interrogatione sita est: vnde Damascenus inquit: *Super omnia non pudeat medicum interrogare.* Et Hipp. 6. vulg. 2 tex. 43. *Circa ægrotantem administratio, & de morbo interrogationes, quæ narrant, qualia, quomodo accipiendi sermones, quæ ad ægrotantem, quæ ad præsentes, quæ ad externos.* Commodam verò interrogationem docet Gal. in com. proposito exemplo in morbo acuto: *Si in acuto morbo nasus acuminatus, caui oculi, tēporaque subsidentia fuerint interrogare oportet num vacuatio aliqua ægro acciderit, aut vigilia, aut mæror, num ciborū abstinentia, & lassitudo magna: sin autem faciem minime cōtabuisse inspexerit, suscitabitur num aliqua ex consuetis euacuationibus sit suppressa, num præter morem otiosè, & in nimia satietate vixerit: sic de frigore, æstu, vini potu, & similibus perconctari conuenit, vt a circunstantibus laudetur.* Et ad hunc modum cætera, ne medici stultè, inutiliterque interrogent.

Quòd si neque ex primò apparentibus, neque ex sedula interrogatione morbus pateat (quædam latent in principijs signa, & ideò 8. meth. 3. fatetur Gal. se primo die quandoque affectū non cognouisse) præcipit Auic. extenuare regimē quousq; in aperto sit morbus. Hipp. etiam lib. de loc. in hom. sanum prębet consilium: *Morbum*

bum si quis non cognoscat, medicamentum bibendum præbeat non forte: si inde itaque leuior fiat, demonstrata via est: si verò peius habeat contraria facienda sunt. Sed obstant Ras. 3. cont. trac. 1. cap. 2. Auic. 4. 1. cap. 1. *Non recedendum a recto, licet non appareat iuuamentum, nec standum in errore, quãuis non noceat.* Hipp. 2. aphor. 52. *Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem non est ad aliud transeundum stante eo quod a principio visum est.* Respondetur Auic. cum Ras. intelligendus in morbo cognito saltem in specie aliter enim deficit rectitudo, neque cum incertitudine vnquam coincidit. Sic & Hipp. sed adhuc tunc ad aliud minimè transire, non est paruæ scientiæ, inquit Gal. in com. Igitur ad ignotos affectus iuuant illa duo vel cum Auic. suspensa remedij exhibitionē subtiliare regimen, vel admouere tentans remedium cum Hipp. nam & alibi fomentis morbi naturam inuestigat, & Gal. a iuuantibus, & nocentibus indicationem sumit. Vndè clariùs Villanoua: *Medicus in prima visitatione cum non est certus de ægritudine debet vti regimine tẽperato, ægrum confortare, deinde studere.* Itaque ex tribus supradictis eliciendus est modus obseruandus in dubia morbi cognitione. Scilicet Auic. alimenti substantiam tenuat. Arnaldus custodito ægri robore qualitates temperat. Hipp. vires medicamẽti moderatur. Satius ergo erit cuncta simul assequi. Et hæc visa sunt, quæ primo ingressu medicis conferunt. Superest deinceps reliquũ visitationis spatium dimetiri: hoc autem sequentibus examinabitur: sexto proximo agetur de ijs, quæ ad cognitionem pertinent: septimo, de prognosticis: octauo, de curatione: nono, de fugienda calumnia, famaque

aucupanda: decimo, de mercede medicorum; & discessu ab ægrotante.

CAPVT VI.

De ijs quæ ad exactam morbi cognitionem faciunt.

CApite antecedenti diximus quæ medicus primo intuitu potest assequi, quidue ex sedula interrogatione deprehendere: nunc exactiorem morbi cognitionem quærimus. Igitur peracta prima visitatione salutare documentum præbet Hipp. lib. de dec. orn. *Vbi ad ægrotum introiueris animo incerto non sis cum apposite habeas singula, quæ facere oporteat quàm ad ægrotum ingrediaris.* Aequum sanè consilium, sed interdum nouo superueniẽte simptomate peruertendum: sapientis enim est, re postulãte illud immutare. Hoc posito, sequẽtib⁹ propositionibus cõficiendum est huius capitis institutum.

Prima propositio. Ex lib. de subf. c. 16. & 3. meth. 1. duplex est cognitio (nec potest addi tertia) altera per experientiam, altera per demõstrationem comparata: prima habetur crebro intuitu, & longa rerum obseruatione: secunda ratione quadã, quæ nobis ingenita est, quæque non tantùm particulæ cuiusque substantiam, atq; actiones, sed vsus etiam, situsque perpendit. Rursus prima duplex inuenitur: altera fortuita, quæ sola fortuna, nullo habito consilio euenit: altera consulta, quæ supponit aliquam operantis intentionem. Fortuitæ exemplũ duplex vel si casu dolens occipite, cadensque venã frõtis aperiat, & dolore leuetur: vel natura, si febris desi-

ñat propter fluẽtem a naribus sanguinem. At prouenit consulta cum quispiam caloris impatiens, ac coactus frigidam sumere febrem euadit, vel a serpẽte ictus herbam imponat, quæ vulneri medeatur. Igitur si vtraque iungatur cognitio, & rationis, & experientiæ satis fidẽter medicus aggredi curationem poterit.

Secunda propositio. Ex Cels. in prohæm. sui operis, cuius rei nõ est certa notitia, opinio certum reperire remedium non potest: vnde elicitur quãtum morborum cognitio non tantùm ad ipsorum curationem cõferat, sed ad varios eorundem euentus prædicendos: passim fatentur Gal. & Hipp quomodò autem in hoc, & reliquis certa notitia, vel certitudini proxima sit adquirenda, inferiùs dicendum.

Tertia propositio. Ad cognitionem morbi demetiẽda est naturalis status dispositio: nã ex 2. meth. 3. morbi dignotio ex ijs pendet, quę secundũ naturã insunt, & 1. ad Glauc. 1. *Quantũ morbus recedit solus ille scire potest, qui naturalẽ statũ exquisitè cognouerit*. At cũ hoc (inquit) nobis ignotũ fuerit, nę omnino hæsitemus ad commune confugere oportet, quamuis ad vsum secũdum locum obtineat. Quare 1. popul. 3. iũgit: *Morbos dignoscimus ex cõmuni omniũ natura, & cuiusq; propria*. Et hinc ex Cels. in prohæm. cit. posita paritate in sciẽtia medicus amic⁹ præferẽd⁹ est, quod scilicet peculiarẽ amici naturã meli⁹ agnouerit. Igitur sanitas cõtẽplãda est: aliter nec pręsentẽ seruare, nec amissã recuperare quis poterit, 1 de san. tuẽ. c. 1. Hæc verò tũ cõmunis, tũ particularis cuiusque indiuidui, ac membri aduertenda est: nam suam habet latitudinem, nec æqualis apud omnes existit.

Communis habet perfectas,& inculpatas actiones omnium membrorum tam similarium, quàm instrumentalium (illæ autem ex 4.collig.1.præcipuè contemplātur in colore, macie, pinguedine, & excretionum modis) & ex lib.de Dinamid.ex quatuor corporis partib9 desumitur capite,thorace,ventre,vesicca, maximè tribus principalibus cerebro,corde, iecore. Hinc Auerr. elicit definitionem sanitas est bona habitudo in membris,vel corpore per quam habent agere, & pati suam actionem,aut passionem naturalem: quæ bona habitudo cernitur in duobus illis a Gal.positis similaribus, & instrumentalibus.Vnde 1.de diff.morb. cap.2. *Sumendū verò & hinc omnium consensu approbatum principium, quòd omnes homines tunc se sanos existimant cum partium corporis ministerio ad eas,quæ in vita necessariæ sunt actiones sine aliquo vitio perfungi potuerint quod si cuiuspiam partis operatio offensa sit, illam ægrotare arbitramur.* Itaque sanitas illa est moderatio (vt morbus immoderantia quędam) quæ per omnium actionum integritatem dignoscitur; maximè principum membrorum: at horum cuiusque sanitatem describit Auerr. lib. 4. a cap.2. vsque ad 8. Particularis verò cōstat ex perfectione actionis in quouis membro.

Quarta propositio. Cognitio,vt quoque curatio, in morbo simplici facilior est,quàm in composito: secundò,in externo,quàm in interiore: tertiò, in pendente a causa procatartica,quàm in corpore genita: quartò, in vulgari,quàm proprio: quintò, in eo, qui habet signa demonstratiua,quàm opinatiua, & coniecturalia. Primum constat ex 2.cris.2. vbi sic: *Simplicem itaque dispositionem*

tionem nemo qui perspicaci sit intelligentia primo die ignorabit, eam verò, quæ comista est non omnibus per initia contingit agnoscere. Vnde 8. meth. 3. *Ego verò non in omnibus fateor exactè me scire in primo die affectum.* De secundo ita 1. de loc. 1. *Affectiones in superficie constitutæ vna cum affectuum idea, seu specie facilè deprehenduntur, quæ verò in nostro corpore latent exercitatũ ratione virum desiderant.* Tria reliqua manifesta sunt.

Quinta propositio. Sunt quidam affectus, qui signis non indigent, sed ex propria natura se se offerunt in euidentem conspectum, vt sextus digitus: quædam sedulã quærunt speculationem. Rursus in ijs, qui latẽt duplex est cognitionis via, altera causam, altera effectum inuestigat, quibus Arist. perpetuò vtitur ad quamlibet demonstrationem. His accedunt minús præcipua similia, & contraria: quæ iuuant, & quæ nocent. Itaque via ad cognitionem sumitur ex natura, siue essentia rei, ex causa, effectu, similibus, & dissimilibus, iuuantibus, & nocentibus. Sic ex propria substantia se ipsam ostendit phlegmone; ex causis dolor capitis ab ardore solis: ex effectu calor acris, & mordens arguit bilem, flatum tinnitus aurium: a similibus, febris in iuuene per æstatem tertianam indicat. A contrarijs, si tempore frigido fiũt morbi calidi. A iuuantibus, & nocentibus, qui calent calidis minimè iuuari solent, frigidis meliùs habent.

Sexta propositio. His habitis ad cognitionis perfectionẽ præter ea, quæ superiori capite admonuimus primò contemplabitur medicus ægri peculiarem naturã. Secundò, morbi genus. Tertiò, speciem. Quartò, magnitudinem. Quintò, morem. Sextò, tempora. Septimò, fines.

fines. Octauò, locum affectum. Nonò, simptomatum concursus. Decimò, affectus simplicitatem, vel compositionem. De quibus per sequentia.

Septima propositio. Ignotam ægri naturam partim docet Gal. inuestigare, 1. ad Glauc. 1. partim nos remittit ad libros de pulsibus, atque temperamentis vbi naturalia discernũtur, & ad libros passionum, quibus ea, quæ præternaturam sunt, enumerantur. Notę membrorum, quæ patiuntur in libris de locis affectis longè pertractantur de finibus, ac tempore in capite sequenti ex libris de crisibus, & diebus decretorijs, disputatur. Simptomatum concursus ij, qui de ipsorum differentijs cõscripti sunt latè explicant. Affectus compositio cuiusq; simplicis notitia deprehenditur. Ritum morbi prognosticorum libri manifestant. Igitur restat sola magnitudo, & morbi, & virium cui⁹ cognitionem remittit Gal. ad crebram exercitationem, 1. ad Glauc 8. dicens: *Non igitur solum inspicias qualis sit morbi species, aut forma, sed & eius magnitudinem aduerte: non paruam autem hoc exigit experientiam tum aliàs ob causas, tum quia nec calamo scribi, nec sermone edoceri singulorum quantitas potest: ast hoc in ipsis operibus, & discere, & docere possibile est.* Hæc Gal. Potuit tamen horũ quantitas aliqua ratione cõparari.

Octaua propositio. Lapsus virium a recessu naturalis status coniectari potest: huius autem notitia lõga ægri cõuersatione adquiritur, vltra eam, quę sumitur ex lib. de temp. vt superiori propositione statuimus. Aduertẽdus quoque duplex iacturæ modus in viribus, alter per essentiam, seu resolutionem, alter per aggrauationem, siue oppressionem: in his etenim ferè totius curantis, & prædi-

prædicentis medicinæ pondus voluitur:ita verò deprehenditur. Robur animátis in tribus facultatibus situm est vitali,naturali,animali:harum constantia ex firmitudine suarum actionum coniectatur. Maioris momenti vitalis habetur. Naturalis,& animalis etiam robori cōferunt. Vitalem pulsus indicat. Naturalis alteratione varia dignoscitur:animalis per sensus,motusque tenorem. Igitur tres has & exolui, & grauari contingit, seu quid in medicina,vt dictum est, maximè necessariū, ita vt dicat Hipp.2.acut.47.cognitum hoc salutem, ignoratum mortem ferre.Licet verò derrideat sui temporis medicos,quod nescirent vnam ab altera imbecillitate discernere, tacuit cognitionis modum, quem nos pro viribus explicabimus.Primò ex causis colligitur vtraq; imbecillitas. Resolutio euenire solet ab immodicis euacuationibus, animi affectibus, inedia, & morbi diuturnitate in quibus spiritus vel paulatim soluūtur, aut repēte desinunt:sic morbi malignitas,& natura pestilēs eorum substantiā terit,ac dissipat. Grauamen afferunt dolores,morbi acuties,materiæ multitudo, quāuis inculpatæ:instrumentorum quoque affect⁹ schirri, tumores, inflammationes, abcessus. Pulsus etiam vitale robur insinuat,de quo sic Gal.lib.introd.in puls. *Solutæ itaque vires paruum languidum,ac frequentem pulsum efficiunt: pressæ verò pulsus mutant cùm in omnem inæqualitatem, & ordinis confusionē,tū in eam quæ in vehementia spectatur,& magnitudine:nam inæqualitates hæ oppressarum virium maximè propriæ existunt:quin etiam in huiusmodi affectibus motus quidam funditus pereunt,aut intercidunt:cæterum qui intercidunt minorem,qui pereunt maiorem læsionem indicant.*

Hæc

Hæc ille, quibus ſatis docuit viam agnoſcendi vtramque imbecillitatem, quam & nos exemplis elucidabimus. Si conualeſcens a morbo, vel decrepitus iter faciat onere liber, & expeditus, iuuenis autem robuſtus eadem via progrediens onus immenſum ferat, hic interciſum motum efficiet modò ſuccũbens, modò baiulans, nunc aſſumpto conatu erectus perſiſtens, nunc lateribus incumbens. Ille verò debili, & æquali motu perambulabit, aliquando frequenti, ſi eundi compellat neceſsitas. Et hęc ex pulſu prima ſit nota oppreſsionem ab exolutione diſterminans, quę ſanè firmior, & ſtabilior habetur. Accedũt minùs firma indicia deſumpta ex corporis infirmi raritate, vel denſitudine: & quæ eliçiuntur a peculiari laborantis conditione, atque indicibili proprietate, præter antedictas reſolutionis, & oppreſsionis cauſas. Animalis per aggrauationem delinquens deprehenditur ex ſenſu grauitatis, doloris, ac tenſionis: per eſſentiam vel quando per ſenium langueſcit facultas, vel præceſſerunt frequentes vigiliæ, laborioſæ exercitationes, & alia, quæ ſpiritus abſumunt. Primi exempla tulit iuuenis ab emiplexia, aut lethargo immobilis redditus, ſecundi, tremor conualeſcentibus aut ſenibus accidens: illa nempe ex grauamine animalis potentiæ, hunc ab eiuſdem langore fieri exiſtimandum. Grauatur naturalis vel ab humorum multitudine, quam nequeat gubernare, aut a craſsis, lentisque, quos nequit diſcutere: ſimiliter quando obruitur a ciborum congerie recenter ingeſta, vel a dura acinorum ſubſtantia, quam non digerit. Reſoluitur cum longus męror, perpetua ſolicitudo, & ſtudium conuenerint, a

quibus

quibus naturalibus vis infirmatur: vel cũ longo annorũ spatio nimi⁹ veneris vsus fuit, a quo, vt cæteræ vires collabuntur, sic alterationes potentiæ solent deficere. Sit itaque satis ad virium coniecturam has tres potentias contemplari, & discernere debilitatis modos supradictos.

Nona propositio. Difficiliús morbi quantitas coniectatur: sed multa sunt, quæ ad cognitionem faciunt. Primò ex lib. de mult. cap. 4. quædam partes a minori quãtitate grauari solent ventriculus, vesica: aliæ maiori nõ grauantur adenes, ossa, pinguedo. Secundò, multitudo, aut partem occupat, aut totum: si partem, cum varia excrementi quantitas in membris colligitur, facilè sensibus deprehenditur in exterioribus consistens, in internis hanc ostendunt dolor, grauitas, tensio, circumscriptio, & læsæ functionis portio. Si totum occupet multitudo, sola grauitatis mensura quantitatem potuit indicare: hanc verò probant tumor, & tensio tum venarum tum corporis vniuersi, si citra validum laborem contigerint: hæc rursus a qualibet substantia potest euenire spiritu, sanguine, humore alio. Igitur continentis membri, & vasorum dispositio in vtrisque morbi quantitatem ostendit, quam fusiùs inuestigat Gal. cit. de mult. His verò tandem consideratis ad vberiorẽ medici cognitionem adiungamus varia signorum genera.

Vltima propositio. Medico interest internoscere cũctas signorum differentias, vt assequi posit vniuersas humani corporis dispositiones: secundò, accidentia, quamuis indicia sint multarum passionum, propriè signa non sunt: hęc enim eadem semper esse debent, nec

pati diuersas mutationes: illa de prauis in bona, & è contra verti solent. His positis, sit prima diuisio Gal. art. med. Signorum quædam sunt insalubria, quædam salubria, quædam neutra. Salubria optimam corporis dispositionem significant, hanc læsam insalubria, neutra parem distantiam ab vtroque extremo. Potest verò idem signum diuersis rationibus esse in ægris salubre, insalubre, & neutrum: insalubre quatenus indicat præsentem morbum, salubre vt est salutis prognosticum, neutrum per participationem vtriusque: vnde salubre vel bonam sanorum habitudinem significat, vel sanitatem in ægris comparandam. Sic neutrum vel spectatur in sanis in morbos lapsuris, vel in dubia salute ægrotantium. Secunda, signorum quædam sunt demonstratiua, seu indicatiua, quæ præsentem dispositionem significant: quædam prognostica, quæ futuram: alia rememoratiua, quæ præteritam docent. Rursus rememoratiua vel statum præcedentis sanitatis indicant, vel antecedentem morbi decursum vsque ad præsentem dispositionem. His verò tribus idem signum potest inseruire: nam eadem vrinę coctio potest ostendere pręsentem corporis dispositionem, & sanitatem futuram, vel præcedentem. Ex omnibus tamen præferuntur prognostica, quibus scilicet sine vlla ægri interrogatione medicus agnoscit futurum morbi statum: præterita ex infirmi relatione nobis constare possunt, quamuis per signa minimè cognoscamus: præsentium cognitio non ita difficilis, at siquid aliud morbo curando conducit, pręteritorum magis gloriæ medici, futurorum & huic magis, & ægrotãtium vtilitati. Tertia, vel sunt propria,

quę vni tantùm pasſioni conueniunt, vel communia, quæ in omnibus verſantur: ſic ſputum omnibus pectoris diſpoſitionibus commune eſt ſignum, ſanioſum ſolius eiuſdem vlcerati: ſic magna reſpiratio, pulſus celer, & frequens calefacti cordis indicia. Aliter quoque dicuntur propria, quę ſcilicet illico cum morbo inſurgunt: vt contra mox apparentia, quæ licet propria in morbis thoracis, venarum, ventris, hos tamen non conſtituunt. Quarta, vel ſunt patognomica, ideſt ſignificatiua quæ perpetuò morbum comitantur, vel quę cum morbis interdum inueniuntur, nonnunquam deficiũt: vocantur aſsidentia vomitus bilioſus in tertiana, vel colica: patognomica verò quinq; illa pleuritidis. Quinta, alia ſunt cognitionis ſigna, quędam decretoria: hæc infida ſunt, illa certiſsima, medio incedunt ſigna ſalutis, & mortis. Ruſus quę ad cognitionem faciunt, vel ſeruiunt morborum notitię, vel noſcendo virtutis robori: quę obſeruãtur in morbis, vel ſunt eſſentialia, quę hos cõſtituũt, nec ab ipſis diſtinguntur, intẽperies, vitiata cõformatio, quantitas, numerus. ſitus: vel ad morbũ ſequuntur ex neceſsitate cõſimilia, quæ Gal. diuidit in tres claſſes, lib. de ſimpt. cauſ. c. 2. qualitatẽ mutatam, exiens mutatũ, actionem læſam. Art. med. 75. quatuor numerat læſionẽ operationum: excreta, dolores, tumores, 5. de loc. 5. quinque, actionẽ læſam, excreta, ſitum, proprietatẽ doloris, ſimptomata propria: verũ ſub trib⁹ primis hæc poſſunt comprehendi: ſiquidẽ pro tumore, & dolore iũgit poſtrema tria: quæ magis reſpiciũt affectũ determinati loci, qui patitur: dolor verò ad actionẽ læſam reduci poteſt, tumor ad qualitatem mutatam.

Et hæc de illis quæ ad morborum cognitionem faciũt. Robur virtutis (vt diximus) deprehenditur ex operationum bonitate, ac vitio, præsertim principum, & his seruientium membrorum, ac tandem eorum, quæ a se ipsis gubernantur. Art. med. 83, ast hæc pro primo diuisionis membro. Pro secundo, licet priscis omnia signa dicantur prognostica (hinc Hipp. inquit: *Prædicens corã ægro præterita, præsentia, & futura*) prędicta diuisio doctrinæ commodior est. Hæc autem vel sunt bona, sanorum similis facies, rationis discursus integer: vel mala, delirium, vultus ab Hipp. depictus. Hæc rursus, vel mala simpliciter vrina cruda, vigilia, sitis: vel pessima difficilis respiratio, pulsus intercidens, sensus, motionisque priuatio: vel exitiossima, pulsus, & respiratio ad sensum deficientia, gelidus spiritus per nares erumpens, extremorum frigus in ardentissima febre, aut in solutione natiui caloris contingens. Vnde deducitur similis signorum diuisio: eorum scilicet quę dignitate præcellunt, vel sunt inferiora: in illis ponitur bona respiratio in acutis, in his nudos habere pedes. Similis alia quę versatur circa morborum durationem, ritum, terminationem: sed de his fusiùs in sequenti capite: nunc satis de prima visitatione, atque ijs quæ ad morborum cognitionẽ faciunt.

CAPVT

CAPVT VII.

De sequenti visitatione, ac de vtili medicorum prognosticatione.

TEnetur quidem medicus, si non primo, saltem secundo, vel tertio die morbum cognoscere: prænotiones verò satius est longè differre: saltem culpæ non dabitur, si vel tarde proferat sententiam, vel silētio prætereat: quarè in hoc medio commodè tractantur, scilicet inter cognitionis, & curationis terminos. Accedit, vt infra dicendum, quòd ad prædictionem iuuat cognitio, ambo autem ad curationem summè conducunt. Igitur Hipp. prognosticorum arte pręcellentem consultemus. Primum illud de breuitate vitæ, qua nihil natura hominibus concesit melius, inquit autor naturalis historiæ: tot infantiæ, & senectutis anni insensibiliter labuntur: totidem noctes, quasi in obliuione, & mortis imagine: reliquum tot curis obnoxium, tot morborum generibus conflictatum: nouit autor supradictus (idq; solitarium reperitur exemplum) Xenophilum musicū centum & quindecim annos vixisse sine vllo corporis incommodo. Igitur minimum vitæ tempus. Secūdum de mortis necessitate præter quotidianum experimentum, ex sacris literis tot vita rationibus euanescit: fumus, ventus, fænum, militia, tandem nihil habitum. Et hoc sit homini prognosticum in hanc lucem exeunti: nunc ad reliqua accedamus conficientes sequentibus propositionibus omnē pręsagiēdi materiā, quę medico vtiliter conferat.

Prima

Prima propositio. Ex lib. finit prognosticum est signum ex quo noscitur futurum, prædictio verò est futuri præcognitio, pronunciatioque. Illud verò tribus mēbris continetur, ex prohæm. epid. qualitate, facultatum actione, & exeuntibus a corpore. Hæc rursus triplici genere separantur, signis coctionis, quę in vrinis, sputis, deiectionibus spectantur. Secūdò, signis salutis, ac mortis, quę Hipp. numerat. Tertiò, signis crisis, quam ostendunt sudor, vomitus, fluxus sanguinis. Ex his autem quod elicitur prognosticum, aut est facile, aut difficile: licet verò ars præsagiendi versetur circa vtrumque, medicis gloria non solet euenire nisi ex difficilimis, quæ vulgum latent: quæ enim morientibus aduenium huic nota sunt, ac ideò parum momenti in prænotionib⁹ habent, 3. de diff. resp. cap. 1.

Secunda propositio. De præsagiendi necessitate. Cum proba curatio sit naturæ imitatio is optimè curat, qui prædicens certius intuetur naturæ cum morbo cursum, euentumque futurum. Licet verò Gal. non nunquam ea, quæ ad medicum spectant commoda curatione complectatur, id breuitatis causa fieri existimandum, siquidem multoties huic addit prædictionem præcipuè, 3. de loc. 4. nam sicut in malis, quæ curationem admittunt scopus artis curatio est, in ijs, quæ sanari non possunt, prędictio: quidquid autē controuersum ad harū quālibet nō facit perpetuò a medicina relegat. Adde adhuc in morbis salubribus necessaria est prænotio varię durationis, & terminationis modi. Hinc alibies in his curationē vincere, in lethalib⁹ prædictionē

Tertia propositio. De prognosticorū vtilitate. Tres in

finuat

sinuat Hipp.in prohęm.Primò,calumniā, & vulgi morsus subterfugit medicus.Secundò,paret ęgrotus, parēs sanatur citiùs, ac meliùs. Tertiò, aptiús seruatur curationis ordo,& auxiliorum opportunitas: nam faciliùs declinat medicus imminens periculum, itque obuiam malo præcognito.Adde quartam.Prænotio ægri confidentiam conferre solet:hęc verò non minus, quam cætera sanitatis auxilia, siue cum Gal. id efficiat propter obsequentiam.6.epid.4.tex.8.siue cum Auic. propter vires imaginationis,cui naturales potentiæ solent obedire,4. de an.cap.4. Accedit quinta, medicum reddit admirabilem, & quasi diuinum, vt Hipp. quòd in hac arte maximè excelleret.Ideo Haly,10.theor.1. videtur hanc præferre agnitioni,& suadet ratio:nam & admirabilior est,& latiùs patet:siquidem in ægris prædictas affert vtilitates,in sanis euenturos morbos præcauet. Igitur hæc inter reliquas vincit, & quasi humanæ conditionis vires supereminet.

Quarta propositio.De pręsagiendi certitudine. Non certa,vt vtilis,pręsagitio est: non enim videntur omnia euētura prędici posse.Primò,quęcumq; ex vi morbi nō pēdent,sed veluti forinsecùs adueniunt nō tenetur medicus instar vatis diuinare, sed præsentē cōstitutionem cognoscere,indeq; futurū effectū præsagire: quæ verò externa sunt nullā habent in corpore generationis caussam,nec igitur prędictionis.Secūdò,etiā quæ a morbo futura sunt prænosci nequeūt,si quieta nō sint, sed turgenti motu ferantur: ratio manifesta est: nam ex delatione humoris ad membrū nobilius morbus ingrauescit, vt a commigratione ad ignobilius euadit leuior:

in his igitur sola inconstantia, incertitudoque verè præ dici potest. Ideò videtur dixisse Hipp. *Acutorum morborum non certæ sunt prænotiones.* Quippe acutorum nomine turgentes intelligit. Vndè si 1. progn. 8. in breuissimis morbis facilem cognitionem admittat, de acutis non turgentibus intelligitur. Coniecturam innuit Aęt, lib. 5. cap. 53. dicens. *Acutarum ægritudinum fallaces sunt coniecturæ. hinc enim repentinum periculum, hinc peruagantes humores, hinc præceps ac igneus febris calor, quæ certi termini notas præuertunt* Ob idque 1. acut. 15. in his Hip. non tantùm inter curandum, sed prædicendum quoq; vetetur medicorum discordias. Tertiò, in cronicis, vbi latens humor non præbet sui indicia prædictio incerta est. Colligitur, quia si in compendioso dierum numero non datur certitudo, quomodò dabitur post menses, & annos? si tamen humor iam mobilis, ac manifestus est, potest offerre certa sui signa: innuit Hipp. 3. progn. 6. *Inter initia tamen horum difficiliùs est prænoscere, quæ longo tempore iudicari debent.* Et ita Gal. in com. cit. aphor. intelligit Hipp. dum videtur fidem prænotionis cronicis non abrogare. Ergo quamuis tardiùs, certiùs tamen pręnoscuntur affectiones cronicæ: fixus enim istorum succus vt primum moueri incipit, ac manifestus fieri certa prębet præsagia. Hinc habetur, teneri medicum in acutissimis primo quaternione præsagire, in acutis secundo satis est si sententiam proferat; in cronicis per singulos quaternarios morbus est considerandus, quò tandem notæ se offerant, vt medicus possit arrepta occasione euentum pronuntiare. Quartò, licet propter has, & similes circunstantias, quas memorat Cels. lib. 2.

cap.

cap. 6. videatur deficere certitudo artis prognosticæ, non incerta reputanda est, vt methodici contẽdebant. Igitur seruiant monita, vt medicos cautos, & circunspectos reddant in præsagiendo: nam quamuis aliquando aberret medicus, vel ob peculiarem naturam ægrotantis, vel propter aliud simile nil detrahit ab ipsius dignitate, 3. progn. 31. siquidem, inquit Gal. nunquam aberrare excedit hominis captum; vt rarò voti esse compotem, sæpiùsque eo frustrari artificiosum non est. Cõstat ergo prognosticandi scientiam certam esse, & prognosticum perpetuò immutabile, deficere verò ob aliquas circunstantias, & artificis inopiam. Et hinc colligitur præsagiendi difficultas, de qua sequenti propositione.

Quinta propositio. De prænoscendi difficultate. Vltra prędicta multis conficitur huius artis difficultas. Primò, pars dignoscens adhuc præsentia plurimum abest a certitudine, multum enixa coniecturis: ex agnitione autem maximè pendet prognosticandi negotium. Secundò, pręsagium tria in medico requirit difficilia, frequentem, imò continuam librorum considerationem, repetitam ægri visitationem, & memoriam in conferendis singulorũ dierum signis. Tertiò, difficilima est mutua collatio contrariorum signorum numero, pondere, & mensura. Quartò, ex 6. collig. 1. indiuidui proprietas nulli patet medico; at propter hanc sępè deficit illius prænotio. Quintò, quæ multæ crises fuerant in libris epidimiorum, rarę sunt nostro tempore; vnde difficilius superest præsagiendi munus: id autem multis de causis euenire solet: prima alimentorum abundantia cũ pau-

ca exercitio. Secunda, iam deficiens natura, ac minùs potens ad promouendas excretiones. Tertia, nuptię ante tempus iustum, vnde immatura generatio, ac proinde debiliores fætus. Quarta, & alimenta ipsa minores habent vires. Vltima frequentior, crebrę medicorum operationes, quæ naturam turbant, & crises impediūt. Igitur his, & similibus difficilis redditur præsagitio. Hoc autem debet intelligi dummodò arte, & prudentia vtatur medicus: nam facile est, vt multi faciunt, astu, & industria præsagire, vel vt alij insolita temeritate ferri in prognostica. Ideò quantùm, & quatenus medico sit prædicendum, attendamus.

Sexta propositio. De modo præsagiendi. Huius instituium sequentibus præceptis conficiendum est. Primùm, cum Hipp. 6. vulg. 2. text. 25 nihil temerè faciendum, nihil negligendum, sed ex Gal. omnia ratione, & experientia cōfirmata affirmare oportet. Adde omnia confirmata authoritate multorum, eorumque grauissimorum authorum: hoc autem non tantùm ad præsagia, sed etiam ad curationis normas obseruandum. Secundum, non semper medicus, quamuis a plebe molestè expetatur, debet prædicere futurum morbi euentū: potest enim quiescens humor in posterum moueri, & motus adhuc præbere indicia victoriæ, quo tempore non est tutum de morbo pronuntiare: tantùmque gloriæ, & autoritatis medici in hac præsagiendi cūctatione situm esse putat Gal. vt idcirco credat se nō deceptum vnquam in prædicendo, quia non festinauit, nisi lacessitus, proferre sententiam. Si tamen humor quietus est, & præ se fert manifesta, perseuerantiaque vincentis in-

dicia

dicia potest doctus, & diligens medicus exitum intelligere, non secus quàm luctæ peritus astans luctatoribus post aliquot conflictus agnoscit vnius excessum: qua arte vsus Gal gloriatur in tota vita nunquam in prædicẽdo deliquisse: mirum sanè dictu, magisq; vt ratum medico suspiciendum, quàm vt exemplum imitãdum: potest enim & adhuc in humore quieto cum signis perseuerantibus victoriæ mori æger ob alium de nouo succensum, qui prosternat naturam a prioribus molestijs fatigatam: sæpè euenit, & vidit ipse 1. vulg. 2. text. 25. quo casu vacat culpa medicus prædicens, & curans, nõ tamẽ euadit calumnias indocti vulgi, quas miror Gal. in tota vita non semel incurrisse: nam & ipse alibi fatetur nunquam errare in prædicendo supra captum hominis esse, quàm minimùm errare artificis: & rursus ait: *Doctus in arte non magnopere falli videtur posse*, 1 epid. 3. tex. 17. 3. progn. 33. 3. epid. vlt. Accedit quòd eruditè adijcit Auerr. 7. collig. 31. cum natura quæ formar corpus eadem sanet, sicut in formatione deerrans monstra producit, ita & in morborum sanatione: monstra autem spernunt, ac supereminent cunctam præsagiendi doctrinam. Tandem Deus Optimus Maximus supra naturam gubernans potest frustrata, & irrita facere naturæ, & medicorum præsagia. Ideò Ras. 31. cont. 1. monet medicos ne vulgo obtemperent perpetuò prædictiones expetenti, quasi negotium esset leue. Sit Hippocrat. 2. prorhet. in principio. *Consulo medicum vt quam prudentissimè agat cùm in reliqua arte, tum in prædictionibus, illius probè memor, quod si successerit prædictio in admiratione habebitur,*

 si ab

si aberrauerit inglorius erit, & odio habebitur. Et lib. prædict. 1. *Ego autem talia non vaticinabor, verùm signa scribã, ex quibus sanos futuros, aut morituros cõtectare oportet*. Et infrà: *Propter hæc non est tutum prædicere, priusquam statũ accipiat morbus*. Igitur certum euentum præsagire morbis omnibus non debet prudens medicus, quia captum illius excedit, in multis potest, in alijs sub periculi nomine prędictionem tegere: in cunctis verò fugere importunam ægrorum, ac vulgi inquisitionem, & seruare normam quam præscribit Gal. 1. de dieb. decret. 12. dicens: *Non vulgus inquirens, sed veritatem ipsam, & signorũ facultates perpẽdere oportet, & vbi hæ tutò definiri possunt, prædicere conator: si autem quid obscurum fuerit, sequentem diem expectare oportet: porro si nihil in ipso firmiter præsagire possimus, satius est tacere quàm temere pronuntiantem falli*. Et subdit: *Ego sanè ex tali securitate motus haud noui me in prædictione longo tempore errasse*. Et satis hæc de vniuersali præsagiẽdi ratione. Tertium, peculariùs tria medicus in quouis morbo præsagire potest, 4. de præsag. ex puls. 11. primum salutem, vel mortem. Secũdum, durationem. Tertium, varię terminationis modum, crisine, an abcessũ, tabe, opressione, resolutione, induratione, putrefactione. Hæc igitur veniunt medico præsagiẽda. Quartum, ad prædicendam sanitatem, vel mortem, licet æquam vim videantur habere saluberrima signa ad salutem, lethalia ad mortem, maiorem tamen scientiam, & firmitudinem habet prędictio saluberrimi morbi, vel crisis optimæ: non bona verò plurimum incertitudinis, & coniecturæ, 3. cris. cap. 5. & 9. vnde Auic. 2. 4. cap. 3. *Et non fallit hoc, d: prauis contra*. Et rursus: *O quãta*

vidi.

vidimus timorosa de profunditate somni, & casu pulsus, & abcisione sudoris perducentia post horas ad crisim completã. Ratio videtur, quia sanitas coctione intelligitur, morbus cruditate, quæ per illam potest emmendari. Accedit quòd natura latè superans ordinatos habet motus: vbi verò à morbo superatur per interualla cõflictuum variè afficitur: nonnunquam enim visa succumbens assumpto conatu insurgit, & rursus deficiens proprio langore concidit: vnde sæpè medicus in opposita iudicia trahitur. Hinc colligitur sanitatem certò prædici posse, mortem multo rariùs, atque incertiùs. Viteriùs honestior, atque vtilior medico est sanitatis, quàm mortis prædictio: nam infirmus, si prudens est, audito mortis præsagio non committet se ampliùs præsagienti medico, cuius famæ interest ne ille viuat: preterquam quòd multi eo timore consternati subitò perierunt: ideòque Hipp. 6. pop. 2. docet considerare ęgri œconomiam: si itaque nimis timidus fuerit, huic cogimur salutem promittere: intellige tamen dummodò assistentes a veritate non sint alieni. Gal. in comm. ... ita consulit: *Aegro si prudens fuerit, & animosus vera dicens medicus conabitur nihil eorum quæ morbis futura sunt subtrahens, aut dissimulans: at si stultus, atque timidus sit, omnia, quibus ipse meliori animo futurus sit, dicito, neque magnopere mentiaris: quòd si interdum ob extremam laborantis formidinem ipsi certam salutem policeri coactus fueris, egressus saltem eius curam habentibus vera dicito.* Hæc Gal. sed in varia natura ęgri prudentis, & timidi, stulti, & animosi alia moderatione opus est, & præcepto sequeri. Quintum, rarò sanitas promittenda sine aliqua trium conditionum. Prima, modò nil

nil eretur ab ægro. Secunda, si nouus morbus non insurgat a quo superans natura de nouo superetur, quo casu nunquam tutum prognosticum, vt supra animaduersum est. Tertia, diuina voluntas excipienda est, quæ sine graui morbo laborantibus interitum potest imperare. Et hæc in euidentibus sanitatis indicijs. Ideò cautiùs prædicenda suspecta salus: tacitè monet Auic. 2. 4. trac. 2. cap. 2. dicens: *Sicut leuitas, quam inuenit æger absque euacuatione est ex ijs, in quibus non est habenda fiducia; nam illa est propter quietem materiæ, non propter bonitatem illius.* Et 1. 4. trac. 1. cap. 4. *Multoties quidem accidit apud mortem dispositio quæ est sicut declinatio, & est quasi æger euaserit.* Vnde 2. aphor. 23. *Qui præter rationem melius se habent non est fidendum.* Et 3. progn. 39. *Quæ non ex ratione leuant fidendum non est, nec metuenda admodum ea, quæ præter rationem veniunt mala.* Rationem subdit Auic. cit. *Quoniam natura in huiusmodi iam cessauerat ab omnibus operationibus suis, &c.* Adde quoniam natura in conflictu modò succumbit, nūc assumpto conatu pugnam aggreditur, & vincit, aut tandem deficit: vnde videtur æger per varias quietes a periculo liber. Rursus quia vapor, vel humor malignus naturam territat, impedit, & perturbat, quo interuallo similiter leuatur infirmus, quò demum consurgens, ac inuadens naturam superat. Ideirco 3. vulg. 1. tex. 8. diuinator habitus est Gal. quòd præsente hac sanitatis specie non tantùm à plebe, sed à mædicis probata, mortem citò venturam nunciauit: iungit verò similem rationem præcedentibus, qui in grauibus morbis signa habent perniciosa, si præter rationem

tionem meliùs habere videantur morbum habent perniciosiorem. Et hæc satis de sanitate prædicenda. Sextum, difficilius est futuræ mortis præsagium, in quo pariter Dei potentia excipienda, quæ transcendit vires rerum naturalium: secundo monstrum aliquod a natura productum, vt aliquando experimur, & iam ab Auerr. animaduersum est. Et hæc vbi explorata, manifestaque signa mortis apparuerint: cum verò in dubio res versatur ob contrarietatem signorum concurrentium satiùs est sub periculi nomine prædictionem tegere, vel arrepta occasione decretorij hanc differre in sequentem, vel alium diem, quo tandem satis clara mortis indicia superueniant. Sed de his fusiùs in capite 9. sequenti. Septimum. De morborum duratione ex 3. cris. 6. morborum terminationes in statu fieri solent: quare hoc cognito constat illorum duratio: hoc autem intelligendum dummodò error crisim non protrahat, vel acumen acceleret ob aliquod naturæ irritamentũ; & iuxta hęc eliciẽdũ prognosticum durationis, quę in vniuersum trib9 deprehẽditur. Primò, cũ pars aliqua insigniter intẽperata perennẽ morbo causam suggerit. Secũdò, crassities, lentor, multitudo breui tẽpore discuti nequeũt. Tertiò, causa est virtutis imbecillitas non valẽs id assequi, nisi longo spatio. Adde supradictum in victu peccatũ, & ambiẽtis variã, ac frigidã dispositionẽ; quæ ad prima duo reduci possũt; quęq; colligit Hip. 2. apho. 12. tertiũ verò notat Gal. 3. vulg. 2. tex. vlt. Aduerte tamẽ deficere præceptũ in morbis, qui nõ percurrũt quatuor tẽpora: aduertit Celsus, lib. 2. cap. 5. in appoplexia in qua multus, lẽtus, & crassus humor citiùs interemit.

Et hæc

Et hæc præcipua, cętera monet Cels. cit. Gal. lib. de morb. temp. de cris. de dieb. decret. &c. Octauum, de modo terminationis in quouis morbo tria præmittenda. Primum ex Gal. 1. de dieb. decret. 11. prænotio diei iudicatorij non est impossibilis. Secundum, per tria in die indicatorio colligitur crisis in iudicatorio, scilicet notam coctionis, nouum aliquod signum succedens ex natura morbi, non ex contlictu, tandem per aliquod initium veluti rudimentum futuræ crisis vt alui mollitiē, exiguum sudorem, vel paruam alluiuationem. Tertium ad certam, ac determinatam morbi terminationem, nō minus requiri negotium, quàm ad mortem, vel salutē presagiendam (de duratione diximus in quarta propositione) quarè hoc præsagium non minùs cautè adhibendum; consultandi verò libri proximè dicti cū Aet. & Auic. loc. cit.

Vltima propositio colligens in vniuersum omnem prognosticandi rationem. Ex 2. progn. 37. oportet eum qui rectè præcognoscere debet, cum signa dedicerit ipsorum vires ratiocinatus inuicem discernere, nam sępè vnum bonum multa mala dignitate vincit, & è contra; veluti si cum signis coctionis æger vigilet, doleat, fastidiat. Aduerte tamen ex 2. progn. 56: *Si cui conualescendū omnia bona indicia adsint necesse est; si moriendum, vel vnum adsit malum sufficiet*. Vnde ex 3. cril. 9. sanitas in sola declinatione accidere potest, mors in statu, & morborum principijs. Item sæpè æqualia ferè in contrarietate signa concurrunt, quo casu vltra cautiones supradictas ad vertenda sunt quæ in prognosticis Hipp. dicens: *Quedā esse optima, quedam, mala, alia bona, alia perniciosa; quedam*

exi-

exitiosissima. Non minús verò ad hæc, quam ad omnem prænoscendi materiam hic suspiciendus est: adijcienda tamen continua ægrotantium, medicorumque conuersatio ad collationem diuersorum prognosticorum passim concurrentium. Sed de his satis. Nunc videamus quid medico curanti conferat.

CAPVT VIII.

De simili visitatione, atque ijs, quæ ad morborum curationem pertinent.

SIc cognita, præfataque ægritudine restat examinemus quidquid ad ipsius curationem facit, septem præmittentes, quibus, quasi fundamentis vniuersa illius ratio continetur. Igitur primo, definitionem prosequemur; secundo, diuisionem; tertio, vniuersalia præcepta curanti necessaria; quarto, curationis mensuram; quinto, qualitatem; sexto, modum, ac normam, vltimo ordinem, siue seriem in curatione seruandum: hoc verò septem propositionibus conficiendum.

Prima propositio. Curatio tripliciter definitur lib. finit. Ordo auxiliorum consequentiam habentium. Opportunitas, & tempus muneris præclarè obeundi. Temporis commoditas in qua opem ferimus laborantibus. Concil. diff. 153. sic definit: *Est prouidentia, seu solicitudo vt quis permaneat in vita nociuo expulso.* Licet autem vulgus (vt sepè artifices) curationem etiam appellet opus, quo medicus futurum morbum pręcauet, id tamen a Gal. prouidentia dicitur, vt opera, quæ decumbente

ægro exercentur, curatio 11. meth. 2. imò art. med. 8. in ęgro adhuc præsente separat curationem facti morbi a præseruatione fientis. Hæc verò tribus perficitur morbo, ægro, & medico. Tribus similiter instrumentis dieta, chirurgia, pharmacia, lib. introd. cap. 8. de subf. emp. cap. 4. at horum vsus ex 14. meth. cap. 13. sequens est. Chirurgia extirpandum quidquid toto genere præternaturam fuerit, velut os putre, caro superaddita. In ijs tamen, quæ licet præternaturam existant ad naturalem statum reduci possunt dieta, & medicamentorum ope vtendum est.

Secunda propositio. Multiplex traditur curationis diuisio. Prima, 11. meth. 2. in veram, & non veram: illa admotione contrariorum perficitur: hæc habet adiunctam causæ prouisionem, quam Græci prophilacen appellant. Ita verè curantur hectica, & ephimera: non sic putrida. Rursus aliter 3. meth. 7. distinguit veram a falsa methodicorum, qui scilicet nulla sumpta indicatione ab ægri natura, ætate, consuetudine, & similibus curationem tentabant. Secundò, diuiditur in propriam, quam præcessit legitima affectus cognitio, & tentatiuam, quæ adhibetur in dubia illius cognitione: permittit Hipp. 2. acut. 1. Tertiò, in regularem, & coactam. Hęc in summa vrgentia conuenit: illa, quando morbus præstat inducias. Quartò, occurrit radicatiua, & illa, quam Græci epicrasim vocant, vel similis erradicatiua, & alia, quam paleatiuam dicunt. Vtraque erradicatiua desiderat sufficiens virium robur, & causam a natura superatam, vel aptam vinci: at epycrasis exercetur in defectu virium, & affectu pertinaci. Paleatiuam autem sæpè in desperata affectione profuisse obseruamus. Ter

Tertia propositio. Licet infinita propemodum sint curantis præcepta, seligemus magis vniuersalia, & vsui vtiliora. Primum præscribit Gal. tria quærens ad exactam curationem, 14. meth. cit. vbi sic: *Sanè optimè curandi rationes tripliciter indicantur, tum ex temporis curandi breuitate, tum ex curando citra dolorem, tum ex maximè tuto curando. Rursus vt tuto cures tria propria sunt, vnum, vt absolutionem operis consequaris: secundum, vt sicubi non consequaris saltem iuuantem non lædas: tertium, vt vitium non facilè reuertatur.* Igitur tutò, celeriter, & molliter curare conuenit. Secundum elicitur ex promptitudine curantis medici, 1. de dieb. decret. 11. qui scilicet, solicitus, ac diligens nihil prætermittit ægrotanti necessarium, nihil operatur inconsideratè, nihil negligit, omnia coniectatur perpendens, & animaduertens exquisitè quæcunque signa ante ingressum curationis: hoc verò præsertim in difficilimis. Vnde Hipp. in princip. acut. *Maximè laudauerim medicum, qui in acutis morbis, qui plurimos occidunt homines ad meliorem partem excellat.* Ergo solicitudo optima est: facilitas, & promptitudo non semper: nam Gal. cit. & 14. meth. 13. & 1. vulg. 2. tex. 50. grauiter increpat agendi cupiditatem, & inconsideratiam eorum, qui quoties accedunt ad ægros, toties aliquid factitant: at illi, ait cit. de dieb. decret. *Toties peccant: ex his autem commissis peccatis non solùm morbi, qui magna ferunt simptomata, salutem tamen pollicentur lethales fiunt, sed illi etiam, qui omni vacant periculo: quoniam si errores, qui in sanis fiunt sunt mortis causæ, quid in ægrotantibus.* Hactenus Galen. Idcirco quæcumque certa, firmaque de morbo indicant exequemur:

cinæ vsu relegat,& 1.de sanit.tuen.cap.11.appetitus inclinationem sequitur ad vitę,salutisque custodiam: inquit enim: *Sua vnicuique natura satis est ad proprias, conuenientesque excitandas appetitiones, quibus salutem tueatur.* Vnde Auic.3.1.doct.2.cap.7.inuenit in animalibus proprietatem quandam,qua vnum a prauo iuuatur, & pugnantiam,qua aliud ab vtili læditur. Item Hipp. nullam cibi speciem videtur fugere,nec sanis abnegare:nam 2. aphor. 50. ait, praua si in consuetudinem abierint non lædere, sed insolita, bona licet: ideò oportere sanos ad insolita permutari;& 1.aphor.5. *In sanis inquit periculosa est valde tenuis, & exquisita victus ratio*. Et lib. de aer. aqu.& loc.*Qui sanus est vtatur aqua obuia*.Hæc tamen,licet a sanis artem curatricem de medio tollant,non omnino conseruatricem,quam permittit ferè omnis medicorum schola, & Gal. videtur assentire: nam 6.de san. tuen. cap.6. neminem putat in vita ægrotaturum, nec ante maturam senectam periturum, quamuis infelici natura præditum,qui pręceptis medicorum conseruantibus obtemperauerit:vnde lib.de puer.epilept.ipse ab omnibus horarijs fructibus abstinet, & 2. de alim. fac. cap.de cucumeribus abstinere per totam vitam consulit ab omnibus praui succi oleribus, fructibus, leguminibus,quadrupedibus.Auic.verò adolescentię peccata reprobat,quæ tandem post annos & nocent,& interitū accelerant. Ideò sequenti conclusione conficienda est dubitatio. Qui temperata, robustaque natura præditi sunt non strictè conuenit viuere,sed possunt in modico prauorum lapsu vitam degere sequentes dictamen iuuantis appetitus,& fugiētes vtilium noxas: grauissimi autem

autem errores semper fugiendi. At qui vel totius habitu, vel partis alicuius infirmitate, intemperamentoue laborant cautiùs decet viuere, & selectum magis victum quærere, præceptis medicorum semper obtemperantes, minimèque sequuti voluptuosæ appetitionis efrenes motus, aut neque impetus turgentis lasciuiæ. Atque ita conciliandi sunt authores supradicti, & interpretandus Auerr. 6. collig 1. dum reprobat in sanis conseruantia medicorum præcepta. Quartum, vt curatio sanis adhibenda non est, sic plurimis in morbis, vel saluberrimis, quos natura sine medici auxilio potest vincere, vel omninò lethalibus, quos vis medicinæ superare nequit. In vtrisque Gal. curationem reprobat: num verò interdum liceat, sequenti capite examinabitur. Quintum, sine legitima affectus agnitione benè institui curatio non potest, 2. meth. 5. hoc verò latè explicatum reliquimus duobus cap. anteced. quare satis de hac præceptione. Sextum, medicus licet non mutet intentionẽ debet mutare cataplasmata. 1. probl. 46. quod dixit Auic. mutare substãtiam non mutata qualitate, 4. 1. cap. 1. & Auerr. 7. collig. 2. assuefacta enim natura contemnit auxilium. Adde medici famam quæ, saltem apud vulgum, multiplici rerum varietate comparari solet. Septimum, ex 3 meth. 7. existimare communem quandam esse hominum omnium curationem, sicut stupidissimi putant, extremæ est dementiæ. Quibus verò indicationibus curatrix methodus constituatur docet lib. de const. art. med. cap. 12, 6. vulg. 30. tex. 20. varias autem earum differentias in lib. therap. latè percurrit: at earum longam seriem ita breuibus placuit colligere.

Octa-

Octauum, duo sunt indicationum prima capita, morbus, & vires: istæ perpetuò suam conseruationem, ille ablationem indicat. Rursus ab affectu prima sumitur medendi indicatio: quę sumitur a viribus non sic prima vt curationem doceat, 9. meth, 13. non enim præscribit remedia, imò nos arcet ab eorum vsu: quare logica, & sophistica est quæstio, vtrum virtus indicet, soluẽda tamen in hunc modum, 2. meth. 7. ex ipsa rei natura ordiri, atque ipsa, quod sequens citra experientiam inuenire, est indicatione inueniri: at a viribus hoc ita inueniri contingit. Ergo licet per se non indicent remedij gen⁹, & speciem morbo conferentem, ex accidenti indicant, quatenus permittunt illius exhibitionem, & moderantur quantitatem. Quæ verò duarũ sit prior suadet Gal. 9. meth. cit. vndè 4. 1. cap. 20. prohibetur phlebotomia fastiditis, & 1. 4. trac. 2. cap. 8. inquit Auic. *Cum timetur casus virtutis melius est ægrum nutrire.* Gal. verò 1. aphor. 9. ob vrgentiam simptomatis, & 11. meth. 5. in virium infirmitate per statũ cibare præcipit: ob idque, 5. meth. 13. non ausus est phlebotomare emoptoicam, quia qua triduo ieiunarat infirmus: vbi autem ægri valde abstinent cauenda sunt inannientia, 2. de san. cap. 1. atque ideò lib. de sect. *Nonnunquam enim affectio mittendum sanguinem commonet, cæterum virium contra robur prohibet.* Hoc tamen non tollit quo minùs phlebotomemus debiles in valde acutis, 1. aph. 16. quod intelligendum dũmodò vires nõ insigniter labantur. Ex dictis verò colliges diuersimodè morbum, & vires indicare: sæpè enim nulla ferè est viriũ indicatio, sed omnis agendorum ratio a morbo sumitur, vt in synocho robusti iuuenis:

ali-

aliquando sumitur quando in earum maxima iactura nullum remedij gen⁹ adhibetur: explicat Gal. 9. meth. 7. 10. & 13. & Hipp. normam præscribit lib. de loc. in hom. dicens: *Siquis in morbis quid permutaturus est forti quidem ægroto, debili autem morbo, fortiori, quam morbus est, medicamento vtendum, nam si quid de sano abducat, nullũ detrimentum est: si verò morbum fortiorem, ægrum autem debiliorem acceperis debilibus pharmacis curabis, quæ ipsum morbum superent, & abducant, verùm ægrotum nihilo debiliorem reddant.* Et hæc de primis his duabus indicationibus. 9. meth. 14. ad tres reducit Gal. vniuersam curationis methodum, scilicet morbum, corporis temperamentum, & ambiens, dicens: *Hæc itaque tria illa prima sunt, quæ curationem indicant nempè ambiens cum geminis corporis dispositionibus vna naturali, altera præternaturam, quæ sanè morbus est.* Cap. verò sequenti, & art. med. 88. ordine resolutorio ad vnam communissimam cogit, de hac verò postea cum de simplici contrarietatis indicatione sermo fuerit. Has sequitur, quę sumitur ab affecta particula, seu propriam actionem attēdas, seu communem toti: vnde 7. meth 13 *Quæcumque calidiores natura partes ex frigore laborant hæ & liberalius, & diutiùs calefieri postulant.* Iungitur, quæ spectatur in membri dignitate, ne hoc imprudenter magnis euacuationibus offendamus. Accedit, quam sensus partium hebetudoq; suppeditant: siquidem in acuto sensu non confertim, & semel calentibus moderi tentandum; in obtusis quod iustum est celeriter obire conuenit: vt cumque verò acuti sensus partes mordentibus irritandę non sunt. Nõ spernenda quoque consuetudinis indicatio, 9. meth. 16.

16.2.probl.1.non ætatis:nam cap.17.*Oportet, inquit, non omnes iuxta prouerbium vno calopodio calciare sine vlla inquisitione, & vera illorum notitia.* A figura verò indicatio modi vacuandi suggeritur: vnde ventriculus vomitu, intestina deiectione commodè purgantur. A situ dabitur similis dum præscribitur societas laborantis particulæ cum alijs. Adde nobis occultam indiuidui proprietatẽ, propter quam nonnulli ex leui occasione delinquunt, alij non nisi a fortissima, quidam a nulla vnquam animo defecerunt: sic nonnulli bubulam benè conficiunt, malè saxatiles: aduertit Gal. 9. meth.5. Morbi tempus licet admittat ad Trasib.17.negari non potest huius indicationem ab illo reijci, seu minimè artifitiosam, siue tempus in affectus duratione spectetur, 4.meth.5. seu in remedij adhibitione, art.med.84. Itaque si quãtùm, & quale remedium conuenit, medicus adhibet, nil sperandum vlteriùs, si occasionem prætermittit non quale adhibet: vnde lib.de ven.sect.cap.20.*Quocumque die mittendi sanguinis scopos in laborante inueniris in eo auxilium adhibeto, etiamsi vel vigesimus ab initio extiterit.* Quarè tempus per se curationem non indicat: si verò Gal. interdum admisserit, id fecit per abusum quatenus ad agnitionem conducit, & simili ratione concedit repellentia in fluxionis principio, quæ illud non postulat, sed istius impetus, per initia contingens. Simptoma etiam, quà simptoma est nec curationis rationem indicat, nec primùm immutat: siquidem 11.meth.15. ex morbis ipsis curationis indicatio præstatur, veluti ex causis prouidentiæ: ex accidenti tamen curandi rationem mutant, causæ scilicet eo tempore locum habentia. Sed de hoc

 pos-

postea. Et hæc de varijs indicationum generibus quorum seriem proponit Gal. 9. meth. vlt. Si verò prædictæ in vnum non coeant, sed inuicem pugnauerint, oritur curationis difficultas, quam sic exprimit Gal. cit. meth. cap. 10. *Quoniam igitur in huiusmodi repugnantijs incerta succurrendi ratio est, aliàs insanabilis affectus relinquitur; aliàs spatio, & ægrè, idque si magnum nactus fuerit medicum sanari poterit.* Consulit autem in tali casu lentam curationem, quam epycrasim Græci vocant.

Quarta propositio. Modus, & mediocritas curationis sequentibus præceptis declaranda est. Primum, incumbit medico imitari spontaneas naturæ euacuationes: consulit Hipp. 2. aphor. 28. *Quo natura vergit, &c.* 1. aphor. 2. *In perturbationibus ventris, & vomitibus spontiuis, &c.* Sic Aæt. lib. 5. cap. 2. dicens: *Oportet medicum naturæ opera ediscere: huic enim cum morbis dimicanti pro salute adipiscenda auxilium ferendum est.* Item 2. phisic. 3. natura semper operatur optimum eorum, quæ fieri possunt: vndè medicus communi eloquio dicitur naturæ imitator: imitatur verò 4. aphor. 2. cum sequitur spontaneas ipsius euacuationes. Hoc tamen non ita intelligendum quasi semper, simulque cum natura sit operandum: nam præcipit Hipp. quietem per morborum status, & Gal. naturæ euacuationes prospectat quousque ipsarum tenorem, & mensuram comparet. Itaq; incoactam naturę operationē tenetur medicus perficere, & hāc iuuare fuerit si quādo imbecilla, vel a morbo oppressa sinere verò exactè operantem, nec aliquid interim mouere suspiciens actionis terminum. Expressit Gal. 9. meth. 5. & 1. aphor. 22. dicens: *Sed cum perfectè*

perfectè ipsa mouet nullo medicamento opus est: cum mediocrius, atque imbecillius agit, id quod deficit oportet supplere, vt ab vtroque noxij humoris fiat vacuatio. Patitur tamen instantiam supradicta resolutio, nec semper sequendus est motus naturæ licet exactè operantis: nam cum agat solo ducta instinctu, non ratione, & intelligentia, multa tentat, quæ nocent, quamuis in bonum finem directa videantur: at medicus tunc superior non solùm non imitatur, sed conatur aliò reuocare. Igitur tenetur medicus sequi naturam rectè operantem; vt insinuant Hipp. verba, *per loca conferentia*, tenetur & iuuare imbecilliter agentem, atque sinere exactè operantem. Secundum, in adiuncto simptomate, vel in complicatione affectuum simul concurrentium, quid agendum sit, declarat Gal. 12. meth. 1. 21 & 3. 1. ad Glauc. 14. 3. de san. cap. 9. Auic. 1. 4. cap. vlt. & trac. 2. cap. 7. Sæpiùs tamen præcipiunt vrgentiori subueniendum, maximè in vitæ discrimine. At in leui affectu quomodò sit operandum, explicabitur infra cum de ordine, ac serie curationis sermo fuerit. Tertium, in eodem morbo, si pendet à diuersis causis varianda est curatio: vnde ad Tras. c. 4. vrinæ suppressio à calculo excisore desiderat, a copia fistulà, à phlegmone cataplasma.

Quinta propositio. Mensura curationis inter reliqua difficilior; quia ad remedij quantitatem non potest certum quoddam robur præfiniri, lib. de sangu. mis. cap. 14. imò nec certa morbi quantitas exactè discerni, vt supra dictum est cap. 6. huius sectionis, propos. 8. & 9. Id igitur assequitur prudentia, & experimentum medici, adiuti præsertim continuo præceptorum auxilio:

 aliter

aliter non vacat periculo proprium experimentum, & eo magis, si medicus prudentissimus non sit. Adde nec eadem roboris quantitas in eodem morbo semper eādem remedij quantitatem postulat: variant enim illius duratio, accidens, vel quid simile superueniens. Quā tamen fieri potuit modum, rationemque agnoscendi diximus in primis visitationibus, maximè verò in cap. su prædicto. Igitur ex morbi, ac virium mensura (si quandò benè potuit coniectari) remedij quantitas assumenda est. Addit Gal. cit. varia, quæ possunt vacuationis quantitatem & augere, & imminuere, regionem, ætatem, prægressæ vitę ordinem, consuetudinem, & duo maxima ambientis, & ipsius ægri temperamentum de quibus propos. 3. antecedenti. Aduerte tamen ex 1. 4. trac. 2. cap. 7. in eadem mensura remedij securior est multiplicatio numeri, multiplicatione quantitatis: hoc autem non tantùm (vt hîc) de phlebotomia interpretandum, sed etiam de medicamentorum exhibitione; ita vt morbus calidus vt octo posit expelli per frigidū vt duo quater repetitum. Verùm vtrūque perpetuum non est: nam præstat multis in morbis confertim vacuare, & simul, ac semel totam medicamenti vim inferre. Sed illud frequentius obseruandum, præsertim nostris temporibus, queis debiliores naturæ largas euacuationes sufferre non possunt, nec tolerare occursum repentinum fortioris medicamenti simul adhibiti.

Sexta propositio. Si communissima curatio ex contrarietate sumitur (vt supra diximus) patet qualitas in curatione necessaria, scilicet morbo contraria: sicut enim tota ratio conseruationis sanorum consistit in appli-

plicatione similium, sic ad morbos profligandos contrariorum adhibitio: hac lege 2.aphor.22. *Quicunque morbi ex inannitione fiunt, repletio sanat, & repletione vacuatio, & aliorum contrarietas*. Et art.med.88. *Curatio verò vnā communissimam habet intentionem ad id quod est dispositioni auferendæ contrarium*, idem ferè 4.meth.2. Aduerte tamen, hîc contrarietas non presſè sumitur, qualē proponit Arist.inter contrarias qualitates, sed latiùs inuoluens omnes oppositionis differentias, & adhuc similia, dummodò ex accidenti sint contraria: sic in neruorum distentione, & algido dolore iuuat aspersio frigidæ ob actionem retracti caloris: notat Gal. 6.vulg.2. text.9.& subdit: *Ostensum autem est, & in his medicationē per contraria fieri*. Addit 3. de ijs, quæ in medicatrina fiunt tex. 32. diuersimodam contrariorum actionem: sæpè etenim calor, qui frigidis affectionibus medetur, frictione, aliquando calefaciente medicamento, quandoque exercitationibus, aut aquæ calidæ perfusione excitatur: aliter vomitus curat vomitum, deiectionem deiectio, tussis tussim, morbi causam vacuantia, vt narcotica non causam, sed vim sentiendi auferunt: alia reuellunt, coquunt alia, vigilia somnum conciliat, inedia appetentiam excitat. Igitur contraria qualitate perficienda curatio, eaque multifario oppositionis genere. Núm verò, & hęc adæquata esse debeat in dubium vertunt. Sanè Gal.art.med.89.& 3.simpl.11. Celsus, lib.2. cap.11. adęquatam requirunt: hæc tamen rarenter offertur ob periculosam medicamenti vehementiam, & repentinam alterationem. Accedit quòd naturæ operantis adminiculo compensatur illius infirmitas. Adde repetita

petita applicatione sæpè redduntur æqualia quæ remissiora sunt. Vrgenti tamen negotio & possunt, & debent apponi adæquata contraria: quo sensu interpretantur Cels. & Gal. sed de his propos. 5. antecedenti.

Septima propositio. Ordo, & series curationis multis perficiuntur. Primùm, quando per initia curationis multa concurrunt, quod priùs sit assumendum minimè constat. Vrgentiori priùs occurrendum præcipit Gal. 12. meth. 2. 11. meth. 11. Ab affectu exordium sumit, 3. meth. 1. vbi sic: *Necesse est remediorum initium ex morborum natura sumi:* Et 2. meth. 1. *Curatio prima, seu continens est ipsius affectus*. Et 4. meth. 4. *Affectus ipse primam curationis indicationem suggerit*. His tamen spretis incipiendum a prima causa consulit, 1. vulg. 3. tex. 5. & art. med. 89. inquit: *Si vnum commune præceptum obseruemus vt causam priùs rescindamus, deinde ad ægritudinem accedamus*. Idem ferè 7. meth. 11. & 5. meth. 11. posito exēplo in affectu ventriculi ex humore a capite defluente cui primo subueniendū monet. His præmissis in hac varietate ita conficienda res est. In quauis curatione tria conueniunt, affectus scilicet, quæ hunc effecit causa, & simptoma quod vtrunq; sequitur. Ex illis absolutè affectus est, qui curationem postulat: quippè si hanc ipse indicat, is sane curandus est 2. meth. 1. Sed quoniā hic solus non potest manente sua causa, ab hac incipiēdum in regulari curatione. Rursus quia nonnunquā affectus, & simptoma ita vrgent, vt ad se curationē vocent, relicta causa, his priùs occurrendum (hanc curationem coactā appellant) non tamen causa omnino negligenda, 12. meth. 1. Aduertè tamen ex cit. meth. affectus, & simptoma

tunc

tunc temporis locum causæ obtinent. Secūdò aduertē vrgentia ex tribus coniectanda est, primò ab ęgri paßibilitate, secundò simptomatis, affectusq; vehementia, tertiò solutione viriū minimè sufficientiū. Itaq; in coniunctis affectibus ea obseruāda lex est, 3. meth. 9. vt pręcedat causæ sanatio, vel illius quod magis vrget, vel sine quo alterum sanari non potest. Et si quidem tres illæ indicationes in vnū affectū coeunt, acta res est: si separātur, ita vt vnus causę rationē habeat, alter sine quo non, vel vrgentioris, prępollet dignitate horū indicatio superans causæ indicationē. Et hæc si latè curationem admittamus: nā causæ magis debetur prouidentia, affectui, atq; simptomati curatio. Secūdū præceptum Pro vario affectionis motu tardāda, vel accelerāda curatio est: quare in acutis cita requiritur, lētior in cronicis. Cōsulunt paßim Gal. & Hipp. illos verò qui per interualla repetūt præcauet lib. quos purg. oport. in princ. Tertiū, de exhibitione remediorū sic Auic. 1. 3. trac. 1. c. 9. *Et oportet vt incipiamus a debiliore, & gradatim procedam⁹ donec sciamus ex dispositione ægritudinis quod ipsa iā est abscisa.* Hoc tamē vt ex superiorib⁹ cōstat seruādum in cura regulari quādo morbus præstat inducias taliter operādi: nā prębet interdū a fortißimis incipere, in ijs scilicet affectibus qui præceps voluūt periculū: admonet Gal. 15. meth. 15. dicēs: *Minimè igitur sicut medicorum nonnulli censent a paruis incipiendum auxilijs est, nec sicut dicunt ista prius sunt tentanda, mox si nihil profecerint aggredienda maiora: nam in morbis in quibus periculum non impendit vera ea opinio est: ast vbi ægro moriendum prorsus est alienum a ratione est a minoribus inchoasse.*

Et

Et 5. meth. *Cum magnæ sunt ægritudines non modò præsentes, sed futuræ, si a leuioribus incipiamus longum paramus ægro interitum.* Igitur incipiendum secundum affectionis periculum in exhibitione medicamentorum.

CAPVT IX.

De reliquo visitationum discursu: vbi & de fugienda calumnia, famaque aucupanda.

GAl. inter priscos, & moderniores medicos minimè fuit gloriæ ambitiosus: ostendunt ipsius opera, & ipse verbis profitetur, 7. meth. 1. non tamen inde fugit summum laudis fastigium, idque non tantùm a Romanorum, Græcorumque principibus, sed a reliqua posteritate, ita vt in Senatu locum obtinuirit. Verùm quia hoc nostris non datur, scilicet ingens meritum cumulus, & ambitionis parcimonia, præsens caput instituimus. Licet verò ex præcedentibus multa constent, quæ non parùm conferunt tum ad vindicandam calũniam, tum famam aucupandam, præsertim quæ dicta sunt in duobus proximis capitibus de vtili prænotione, & legitima curatione, ad pleniorem doctrinã addemus sequentia, septem numeris rem conficientes. Primus aget de frequenti casu medicorum in varium genus calumniæ. Secundus ad prænotiones attinebit. Tertius curationem moderabitur. Quartus cum ægris rem geret. Quintus cum assistẽtibus. Sextus cum medicis. Ad finem disputabitur argumentum de captione eorum, qui morbos simulant.

Prima

Prima propositio. Quia causam sanitatis Deo homines referunt, mortis medico ortum est illud Plinij, lib. 29. cap. 1. *Nulla lex est, quæ puniat inscitiam capitalem medicorum, nullum exemplum vindictæ, nostris discunt periculis, & experimenta per omnes agunt.* Illud quoque Hipp. *Medicis in rebus publicis nulla pœna statuta est, præterquam ignominiæ.* Adde mortem erroris perpetui præbere occasionem, & prauos morbos imperitum medicum reddere: vnde homines huius bonam, vel malam fortunā contemplantur: admonet ex Gal. mes. dicens: *Nolite prauarum ægritudinum onus suscipere ne mali medici nomen merearis.* Verùm consolatur Hipp. lib. de art. acriter increpans vulgum ad quem, & morbi sæuitiam mortem potiùs referendam existimat, ita proponens: *Cæterum ijs, qui ob morientium calamitatem artem demoliri contendunt, miror sanè qua nam memorabili ratione intemperantiā ægrorum mortis causam non statuant, scientiam verò eorum, qui medicinam exercent, accusent, tanquam sanè medici ceu, quæ non conueniunt imperare possint: at qui longè magis consentaneum est, ægros non facere, quæ imperantur, quàm medicos nō conuenientia iubere.* Et rursus inquit: *Si omnium singulatim successum non assequitur medicus vim affectionis accusare oportet, non ipsam artem cum id in confesso sit quod medicina tales sanare non possit.* Et tertiò: *Quæcunque verò ob id quod statim non cognoscuntur, ægri mala perpetiuntur, ea non ad medicos tanquam ad ipsorum autores referenda sunt, sed ad naturam ipsius ægri, itidemque ipsius morbi.* Hæc perbellè Hipp. sed quia non satisfaciunt ad fugiendam mortis, vel duri euentus calumniam, addimus sequentia, & primam prænotionem, quæ quantùm ad hæc possit, quo-

modoue sit exercenda diximus cap. 7. antecedenti: nūc annecte similia.

Secunda propositio. Ad prænotionis calumniā præstant 4. Primum, cum res dubia est ob contrarietatem signorum concurrētium, securiús morbum grauiorem medicus profert, & mortis euentū pronuntiat: sic enim mali, & mortis excusationem assequitur: at salus contra prognosticum succedens tribuitur potenti naturæ, & medico generosè pugnanti. Sed & morbos satis faciles difficiles nos affirmare ridiculos ostendit medicos, & parit infamiam quare illud tantùm conuenit in affectibus insignis periculi, ac magnitudinis. Secundum, in prædicta contrarietate iuuat differre prognosticum ad venturam in decretorio notam, vel proferre sentētiam sub aliqua conditione ex supradictis cap. cit. proposit. 6. Tertium, tacere non reprobum, meliùs enim quàm temerè pronuntiantem falli ad imitationem Gal. non audentis aliter præsagire: vnde summum laudis, & gloriæ fastigium attigit. Iam verò si tacens medicus sacramentorum oblationem consulat, præter ritum legis Christianæ certa est a calumnia vindicatio, in ijs scilicet, qui saluantur ægris specie salutis citiùs euenturæ, & Christianæ Religionis obseruandæ: in morituris autem cogniti periculi ratione id factū vulgus existimat. Quartum, si medicus neque prędixit, nec admonuit ex præscriptis aliquod, siue propter inopiam, vel obliuionem, quod non raró contingit intereit ad multa cōfugere, & primò ad nouum noui morbi insultū, de quo Gal 1. vulg. 2. tex. 25. Secundò, iuuat confugere ad nouum morbum, meminit Celsus in proh. sui libri, dicēs:

Sed

Sed aliquando morbus ipse nouus est, quem non incidere mani-feste falsum est, cum ætate nostra quidam ex naturalibus partibus carne prolapsa, & arente intra paucas horas expiauerit. Et rursus: *Sæpè verò & noua incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc vsus ostenderit, & omnino necessarium sit animaduertere vnde ea cæperint, sine quo nemo mortalium reperiri possit cur hoc, quàm illo potius vtatur.* Tertiò, confert Dei mysteria in medium proferre: siquidem cit. inquit Cels. *Eodem authore disci potest morbos aliquos ad deorum immortalium iram referendos esse, & ab eisdem opē posci solitam, verosimile est inter nonnulla auxilia aduersæ valetudinis bonos esse mores, quos neque desidia, neque luxuria vitiarunt.* Quartò, facit excusatio tenere pietatis erga infirmos, vel eiusdem parentes, aut consanguineos, dicet itaque medicus nec mortem, nec malum euentum prædixisse, ne odio esset audientibus horrore tristis nuntij, vel ne metu percuteret non tantúm languētem, sed remissos assistentium animos. Et hæc sanè valde conferunt, & sæpè conuincunt vulgum, sed quia interdum satis non sunt, pulchrius fuerit prædixisse.

Tertia propositio, non solùm ex defectu prænotionis patitur medicus calumniam, sed etiam ex sinistra curationis dispositione, quarè & suæ regulæ adijciendæ sunt. Prima, adamusim seruare conuenit normas, quas proposuimus capite antecedenti: quia tamen ibi magis vniuersales attigimus addendæ sunt sequentes, quæ plus faciunt ad præsens institutum. Secunda, ex lib. de anat. ocul. ad finem: *Fuge genus omne simptomatum, vt vituperia circa curam effugias, & sortiaris*

 finem

finem venerabilem: ne igitur vras, feces, aut vehementem medicinam apponas, ex quibus sequatur accidens. Si quãdo igitur hęc, maxima cum necessitate, & cõsideratione sunt facienda. Tertia, secretorum, & minimè vulgarium medicamentorum vsus maiori ex parte reprobatur: siquidem pereunte ægro, vel deteriùs habente manifestam calumniam incurrit medicus. Accedit, non decent hęc auxilia viros doctos in tot remediorum multitudine tot autoribus, tam firmis demonstrationibus probatorum. Sanè accidit his aliquando medicum & extolli, & venerari, sed tandem more empyricorum sperni, ac reijci. Itaque Norum commodior vsus illis, quos salutatores vocant, & similibus medicis. Noui & grandem medicum (non tamen magnum medicum) in eorum vsu primis mensibus insigniter profecisse, sed tandem ita defecisse, vt contemptui postea esset, & emplastrãs medicus diceretur. Ideò Arnald. *Medicus non debet facere experientiam in re aliqua de cuius virtute non habet cognitionem, nec debet vti nouis medicinis, sed antiquis.* Præstat igitur communibus, & longè probatis remedijs vti. Quarta, temeritas, atque violentia reprobantur, laudatur facilitas, & consilium. Vnde lib. de med. *Promptitudo temeraria, atque facilitas contemnuntur, etiam si valde commoda existant.* Et lib. de art. *Natura malum sentiens mederi maximè gestit, considerans tamen ne temeritate magis, quàm consilio, & vt facilitate magis, quàm violentia medeatur.* Hæc Hipp. at ex vtroque defectu prouenit calumnia. Quinta, differre medicinam detestabile est. Constat ex lib. præcept. vbi sic: *Non tamen cunctandum est, & ab idiotis inquirere siquid conferre visum fuerit ad curationis occasionem.*

nem. Expresſiùs in epiſtol. ad Crat. *Ab omni quidem arte aliena res eſt dilatio, maximè verò a medicina, in qua dilatio eſt animæ periculum.* Et 6. epid. *Medici officium eſt celeriter curare.* Vnde Meſ. *Auxiliari ne differas, nam ſemel pereunti nulla ſuffragia proſunt.* Ob idque medicos ſalutem infirmi prorogantes de crudelitate arguit Valerianus. Hinc ſequitur occaſionis opportunitatem minimè prætermittendam, 1. ad Glauc. in princip. hæc enim cũ præceps ſit ob perennem noſtri corporis mutabilitatem, & diſſolutionem, primò prætermiſſa, ſecundò nequit apprehendi: aduertit Gal. 1. aphor. 1. & Hipp. lib. de morb. magnoperè commendat, ac meritò; nam eadem medicina opportunè adhibita iuuat, intempeſtiuè lædit, 3. de temp. 3 Igitur infamiam dilatio, breuitas curationis medico addit honorem. Sexta, vt dictum eſt cap. anteced. intereſt medico ſi non iuuet, ſaltem non noceat. Adde, ſi noceat, potiùs non operando, quam operãdo: turpiùs enim medicamento aſſumpto mori ægrũ. Rurſus exacrandum in ipſo opere, atque in ipſis medicorũ manibus illum deficere: ideòque ſupra cap. 2. reprobatur medicus operandi cupidus. Aduerte tamen in deſperata affectione poteſt id exerceri, verùm habito prognoſtico euidẽtis periculi, vel citę mortis. Iterum & hoc ſi compellant acriter & ęger ipſe, & aſſiſtentes. Exemplum vidimus in plurimis hidropicorum, ac empyema tum ſectionibus: quo caſu ægri ſi non liberentur, mori eligunt: aliter, vt diximus, id plenum calumnia: atque ob eam cauſam inquit Celſus: *Ne occidiſſe, niſi ſeruaſſet videretur.* Septima antecedenti ſimilis. Quamuis deplorati non ſint attingendi, non conuenit fugere periculo-

ſas

ſas affectiones. Primum, conſtat ex 2.aphor.29. *Victis non oportet adhibere manus*. Et 10.meth. *Imprudentis conſilij fuerit apud vulgum infamare remedia cum deſperata omnino ſalus eſt*. Et lib.12.cap.13. *Ergo in huiuſmodi ægri caſu te ipſum immunem a culpa præſtabis ſi moriturum prædixeris, ac nullo generoſiore medicamento vſus fueris*. Vade Hipp. *Qui igitur eos reprehendunt, qui victis a morbo manum adhibere recuſant, hortantur etiam vt ea, quæ non conueniunt attingant*. De ſecundo ſic ex Gal. meſ. *Nolite prauarum ægritudinum onus ſuſcipere ne mali medici nomen habeatis*. Vtrunque tamen ſuſpectum eſt, maximè hoc ſecundum: ſiquidem Hipp. contra prauas ægritudines armare iubet medicum, ne, inquit, medicinam vulgus reprehendat dicens quòd morbi, quos medici ſanare aggrediuntur per ſe ipſos fuiſſent ſanati, qui verò auxilio indigent, ipſos non attingunt. Item cõtra primum obſtat Celſ. qui in tanto diſcrimine aliquod magis experiri remedium, quam nullum, & pulchrius, & laudabilius ſtatuit. Auic. verò paleatiua curatione cõſolatur ægros ex longo, ac deſperato morbo perituros. Sanè Chriſtianæ profeſsionis medicos non decet infirmos relinquere. Accedit, quamuis rarior, calumnia ex multis, qui ex capulo reuixerunt, & alijs, qui ſine ſaluationis ſigno perſtiterunt, nec ita ſint mortis, vt ſalutis certa præſagia propter ſummum Dei imperium, & alias rationes, quæ cap.7. antecedenti præfatæ ſunt. Hoc autem præſertim obſeruandum in acutis ægritudinibus, in quibus præcipites, & fallaces ſunt coniecturæ: ideòque inquit Auic. *O quanta vidimus timoroſa, & æger euaſit*. Iuuabit ſupradictum Gal. cõſilium non parare inſigne remedium

niſi

nisi in euidenti vitæ spe, vt comparemus præceptum illud celebre proximè dictum, si non prosis, saltem non noceas. Sed quandò & quomodò æger sit relinquendus, dicemus postea. Octaua, si medicus seruet mores, quos proposuimus cap.2.huius sectionis, si gratus, diligens, fidelis, benignus, astutus,&c. maximum erit momentum ad fugiendam calumniam, famamque aucupandam: præ cæteris verò benignitas, & sedulitas æstimandæ sunt. Et hæc de his septem regulis, quæ in legitima curatione frequentiùs recurrunt, quæque famæ aucupandæ, atque calumniæ fugiendæ magis faciunt. Nunc transeamus ad ea, quæ cum ægris agitare conuenit.

Quarta propositio; Cum variæ sint conditiones ægrotantium, hos inter pueri curatu sunt difficillimi: sequuntur decrepiti, atque prægnantes, cum quibus laboriosè se gerit medicus. Rursus in prægnantibus difficilior coniectura si tempus gestationis non constat, vel si neque hęc constat. Diuites etiam non exactè curantur, 11. meth 14. pauperes licet magis laboriosam, securiorem,& faciliorem curationem præbent. Igitur pueri, decrepiti, prægnātes benignè, atq; industriè tractādi sunt: cū diuitib⁹ cautè agēda res est; nemo enim, inquit Celsus, in splēdida persona vult cōiectura sua periclitari: fęminæ quāuis curationē nō pręuertāt cōfundūt, & turbāt varijs vteri indicationibus, ideòq; earū affectiones varijs interrogationibus sunt cōparandę: pręsertim verò de mēstruorū numero, modo, tempore, & quantitate adquirenda notitia: siquidem in ipsarum morbis maximè est necessaria: illæ verò sæpe obliuiscuntur,

læ;

sæpissime tacent prę verecundia. Et hæc de varijs ęgrotantium conditionibus, ad quos vniuersaliter conferũt præcepta sequentia. Primum, interest ægrum recreare, & persuadere: hoc autem multipliciter medicus assequi potest: scilicet varietate exemplorum: his enim stupidorum animi veluti a somno excitantur, 2. meth. 4. sic in oppresso, & anxio corde recreat, suadetq; sequẽs exemplum. Vt sol mæret fuliginosæ nubis obiectu: sic cor ab halitu praui humoris. Sic animos addes in sequuto malo seu praui abcessus, seu partis resolutæ quãdo ex præcedenti morbo proueniunt. Vt hostis extra muros minus facessit negotiũ, min⁹ periculũ desolãdæ vrbis minatur, maximum si arcem petat: sic humor hic noxius cor, vel caput obsidens modò ad ignobilia, & extrema hæc membra protusus. Ita compesces bibendi appetitum, vt ferrarius aquæ guttulis flammas intẽdit, sic febricitans modica aquę portione nõ extinguit, imò auget febris ardorem. Si assumpto purgante, vel simili medicamento malè habeat, dices. Vt splendida fontis vnda micat: si quando imis pars lutea terris quæ residet, baculis agitetur, tota repente turbida fit: sic mota sui causa aspera morbi, quæ rursum sedet, & fontis clara vnda relucet. Hæc vltra innumera sunt exempla, quæ poterit medicus circumferre tempore, loco, & occasione congruenti: quibus addes, quæ ex diserta, atq; arguta oratione proueniunt, quæ ex varia ęnygmatum æquiuocatione, & varietate historiarum gratificationes euenire solent. Reliqua verò, quæ sumuntur ab introitu, sermone, veste, habitu, & similibus, dicta sunt cap. 2. antecedenti. Quarè hæc satis de hoc præcepto.

Secun-

Secundum, quæ debeant concedi ægrotantibus licentiæ exprimit Hipp. 6. vulg. 4. tex. 8. scilicet: *Quæ non magnopere lædunt, & facilè reparari possunt, velut frigida, vbi hæc opus est.* Et lib. de affect. *Quoscunque cibos, aut obsonia, aut potus ægroti concupiscunt, exhibeto, si non damnum corpori inde accessurum est.* Hæc Hipp. sed quia futurum nocumentum non ita a medico potest colligi, maiorem industriam, atque calliditatem exigit hoc negotium. Itaque sæpè præstabit concedere, sed præscribere satis exiguam quantitatem ab ægro minimè seruandã: tunc si noceat, habet medicus legitimam excusationem: si iuuet, assequitur meritum. Interdum melius mutare modum substantiæ, non mutata qualitate profectura, vel simile offerre nequaquam nocciturum: maiori ex parte satiùs est negare: sumat æger, non concedat medicus. At si furtim æger licentiosius vtatur, ac repentè debellato fastidio salutem comparet? id sanè solet accidere recreata natura alimento, quamuis impuriore: satiùs tamen hoc, quàm ob concessa a medico alimenta ęgrũ subitò interire, vel in discrimen vitæ duci: vnde maior, & manifestior calumnia. Iam si medicus non petita offerat, multò deterius. Tertium, interest ægrum rebellẽ domare, & obedientem reddere, vel aliter euadere cẽsuram calumnię. Ideò si fastiditus, vel tædio languens purgationem rennuat, respondebis: imò purgata fastidij causa, vel humore noxio turbante ventriculum, meliùs appetes. Aliter furtim purgans dabis, Gal. consilio 14. meth. 7. quo loco mulierem persanauit sero lactis infusi scamonij. At si ante coctionem cogatur medicus purgare propter tres sirupos iam bibitos? (hos tanquã

sancitam legem vulgus obseruat) incipiat offerre cum primò rudimenta coctionis apparuerint, vel negare diebus intermedijs quo tandem compareetur coctionis initium. Hoc tamen minimè intelligendum in ægritudinibus valde acutis: quippe hæ præterquam quòd ante coctionem purgationes admittant, non permittunt dilationis incommoda, nec vmbram remissi operis, quale per defectum purgationis coniectari potuit. Quarè pręstabit offerre ad fugiendam vulgi calumniam causam mortis referentis ad defectum medicamenti vel tardè, vel nunquam exhibiti: hoc tamen cum præmiditatione faciẽdum, ac seruatis legibus, quas proposuimus ad finem lib. 2. cap. de malign. feb. diff. Si verò phlebotomiam neget (sic de alijs remedijs) primo istius iuuamẽta propones, qua scilicet leuata natura reliquam morbi portionem meliùs superat: quæ reuellit, diriuat, vacuat refrigerat. His si non cesserit, proposito mali futuri præsagio ad exquisitam victus rationem te conferes, dicesque tam exactum victus ordinem seruare poteris, qui omnem morbi causam superet. Hoc autem intelligendum in leuiori causa, & dubio morbi euentu: nam in periculosis cũ certo, ac euidenti discrimine tutius est renuentem relinquere. Sed & in leuiori adhuc illud min⁹, tutum, quia suadente Gal. ad Eras. dicta carnes liquat, & naturam debilitat citra morbi leuamen. Itaque propositum saluum a calumnia medicum reddet, si fortè sine phlebotomiã contingat sanitas; laudabilem, si morbus perseueret, aut recrudescat. Quartum, ex lib. præcept. debet medicus infirmi animos tollere, iubens (vt inquit) mente non turbari in eo quod ad salutis tẽpus

peruc-

peruenire gestiunt: hoc enim non inutile esse ducimus: & hoc sanè præcipiens non peccabit: ipsi enim ægroti propter dolorificam affectionem desperantes se ipsos vita exuunt. Hoc tamen ea moderatione faciendum vt vulgum, vel assistentes de veritate faciat certiores, veluti diximus in cap. de vtil. progn. Rursus non ita faciendum, vt ægri comparata fiducia noceat: quippe hac ille fretus sæpè medicis non obtemperat, sæpè salutis spe fidus medicinam cōtemnit, & peccata cōmittit. Quintum, ex 6. popul. 6. tex. 8. Cum morbi difficilem, longãque iudicationem sunt habituri, cogantur ægri vt e lecto surgant: aliter enim nonnunquam accidit languere corpus, & oblitas facultates interire: vt e contra non curati adhuc pigri, ac demissi si surgant, & leuiter exerceantur, solent illæ torpore deposito reuiuiscere, & citiùs morbos vincere; quod in otiosis, atque iacentibus non poterant. Adde perpetuam noxam fixæ cogitationis, qua iacentes detinentur. Aliter in acuta, atque veloci ægritudine, in qua non tantùm corpus, sed caput subleuare periculosum censetur: cum sæpè a leui motu delinquant ægri, sæpè turgentis causæ patiantur decubitum. Et hæc de hac propositione satis.

Quinta propositio. Si difficilè est ægrum, difficiliùs vulgũ regere, sic diximus olim: *Lernea Herculeis superata est viribus hydra: at nullus populum vincere dux potuit.* Hydræ naque similatur in varietate sentētiarum, quæ tot sæpè inueniuntur, quot capita. Sequentibus tamen præceptis huius calumnia fugienda est, laus apud eundem comparanda. Primum præbet Hippoc. lib. de dec. orn. vbi sic: *Maximè verò adseruare conuenit,*

modoue sit exercenda diximus cap.7.antecedenti: nūc annecte similia.

Secunda propositio. Ad prænotionis calumniā præstant 4. Primum, cum res dubia est ob contrarietatem signorum concurrētium. securiùs morbum grauiorem medicus profert,& mortis euentū pronuntiat: sic enim mali,& mortis excusationem assequitur: at salus contra prognosticum succedens tribuitur potenti naturæ, & medico generosè pugnanti. Sed & morbos satis faciles difficiles affirmare ridiculos ostendit medicos,& parit infamiam quare illud tantùm conuenit in affectibus insignis periculi, ac magnitudinis. Secundum, in prædicta contrarietate iuuat differre prognosticum ad venturam in decretorio notam, vel proferre sentētiam sub aliqua conditione ex supradictis cap. cit. proposit. 6. Tertium, tacere non reprobum, meliùs enim quàm temerè pronuntiantem falli ad imitationem Gal. non audentis aliter præsagire: vnde summum laudis, & gloriæ fastigium attigit. Iam verò si tacens medicus sacramentorum oblationem consulat, præter ritum legis Christianæ certa est a calumnia vindicatio, in ijs scilicet, qui saluantur ægris specie salutis citiùs euenturæ, & Christianæ Religionis obseruandæ: in morituris autem cogniti periculi ratione id factū vulgus existimat. Quartum, si medicus neque prędixit, nec admonuit ex præscriptis aliquod, siue propter inopiam, vel obliuionem, quod non rarò contingit interest ad multa cōfugere,& primò ad nouum noui morbi insultū, de quo Gal 1. vulg.2. tex.25. Secundò, iuuat confugere ad nouum morbum; meminit Celsus in proh. sui libri, dicēs:

Sed

Sed aliquando morbus ipse nouus est, quem non incidere manifeste falsum est, cum ætate nostra quidam ex naturalibus partibus carne prolapsa, & arente intra paucas horas expiauerit. Et rursus: *Sæpè verò & noua incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc vsus ostenderit, & omnino necessarium sit animaduertere vnde ea cœperint, sine quo nemo mortalium reperiri possit cur hoc, quàm illo potius vtatur.* Tertiò, confert Dei mysteria in medium proferre: siquidem cit. inquit Cels. *Eodem authore disci potest morbos aliquos ad deorum immortalium iram referendos esse, & ab eisdem opē posci solitam, verosimile est inter nonnulla auxilia aduersæ valetudinis bonos esse mores, quos neque desidia, neque luxuria vitiarant.* Quartò, facit excusatio tenerę pietatis erga infirmos, vel eiusdem parentes, aut consanguineos, dicet itaque medicus nec mortem, nec malum euentum prædixisse, ne odio esset audientibus horrore tristis nuntij, vel ne metu percuteret non tantùm languētem, sed remissos assistentium animos. Et hæc sanè valde conferunt, & sæpè conuincunt vulgum, sed quia interdum satis non sunt, pulchrius fuerit prædixisse.

Tertia propositio, non solùm ex defectu prænotionis patitur medicus calumniam, sed etiam ex sinistra curationis dispositione, quare & suæ regulæ adijciendæ sunt. Prima, adamusim seruare conuenit normas, quas proposuimus capite antecedenti: quia tamen ibi magis vniuersales attigimus addendæ sunt sequentes, quæ plus faciunt ad præsens institutum. Secunda, ex lib. de anat. ocul. ad finem: *Fuge genus omne simptomatum, vt vituperia circa curam effugias, & sortiaris*

finem venerabilem: ne igitur vras, feces, aut vehementem medicinam apponas, ex quibus sequatur accidens. Si quãdo igitur hęc, maxima cum necessitate, & cõsideratione sunt facienda. Tertia, secretorum, & minimè vulgarium medicamentorum vsus maiori ex parte reprobatur: siquidem pereunte ægro, vel deteriùs habente manifestam calumniam incurrit medicus. Accędit, non decent hęc auxilia viros doctos in tot remediorum multitudine tot autoribus, tam firmis demonstrationibus probatorum. Sanè accidit his aliquando medicum & extolli, & venerari, sed tandem more empyricorum sperni, ac reijci. Itaque horum commodior vsus illis, quos salutatores vocant, & similibus medicis. Noui & grandem medicum (non tamen magnum medicum) in eorum vsu primis mensibus insigniter profecisse, sed tandem ita defecisse, vt contemptui postea esset, & emplastrãs medicus diceretur. Ideò Arnald. *Medicus non debet facere experientiam in re aliqua de cuius virtute non habet cognitionem, nec debet vti nouis medicinis, sed antiquis.* Præstat igitur communibus, & longè probatis remedijs vti. Quarta, temeritas, atque violentia reprobantur, laudatur facilitas, & consilium. Vnde lib. de med. *Promptitudo temeraria, atque facilitas contemnuntur, etiam si valde commoda existant.* Et lib. de art. *Natura malum sentiens mederi maximè gestit, considerans tamen ne temeritate magis, quàm consilio, & vt facilitate magis, quàm violentia medeatur.* Hæc Hipp. at ex vtroque defectu prouenit calumnia. Quinta, differre medicinam detestabile est. Constat ex lib. præcept. vbi sic: *Non tamen cunctandum est, & ab idiotis inquirere siquid conferre visum fuerit ad curationis occasionem.*

nem. Expreſsiùs in epiſtol. ad Crat. *Ab omni quidem arte aliena res eſt dilatio, maximè verò a medicina, in qua dilatio eſt animæ periculum.* Et 6. epid. *Medici officium eſt celeriter curare.* Vnde Meſ. *Auxiliari ne differas, nam ſemel pereunti nulla ſuffragia proſunt.* Ob idque medicos ſalutem infimi proroganites de crudelitate arguit Valerianus. Hinc ſequitur occaſionis opportunitatem minimè prætermittendam, 1. ad Glauc. in princip. hæc enim cū præceps ſit ob perennem noſtri corporis mutabilitatem, & diſſolutionem, primò prætermiſſa, ſecundò nequit apprehendi: aduertit Gal. 1. aphor. 1. & Hipp. lib. de morb. magnoperè commendat, ac meritò; nam eadem medicina opportunè adhibita iuuat, intempeſtiuè lædit, 3. de temp. 3 Igitur infamiam dilatio, breuitas curationis medico addit honorem. Sexta, vt dictum eſt cap. anteced. intereſt medico ſi non iuuet, ſaltem non noceat. Adde, ſi noceat, potiùs non operando, quam operādo: turpiùs enim medicamento aſſumpto mori ægrū. Rurſus exacrandum in ipſo opere, atque in ipſis medicorū manibus illum deficere: ideòque ſupra cap. 2. reprobatur medicus operandi cupidus. Aduerte tamen in deſperata affectione poteſt id exerceri, verùm habito prognoſtico euidētis periculi, vel citę mortis. Iterum & hoc ſi compellant acriter & ęger ipſe, & aſsiſtentes. Exemplum vidimus in plurimis hidropicorum, ac empyematum ſectionibus: quo caſu ægri ſi non liberentur, mori eligunt: aliter, vt diximus, id plenum calumnia: atque ob eam cauſam inquit Celſus: *Ne occidiſſe, niſi ſeruaſſet videretur.* Septima antecedenti ſimilis. Quamuis deplorati non ſint attingendi, non conuenit fugere periculo-

ſas

sas affectiones. Primum, constat ex 2. aphor. 29. *Victis non oportet adhibere manus.* Et 10. meth. *Imprudentis consilij fuerit apud vulgum infamare remedia cum desperata omnino salus est.* Et lib. 12. cap. 13. *Ergo in huiusmodi ægri casu te ipsum immunem a culpa præstabis si moriturum prædixeris, ac nullo generosiore medicamento vsus fueris.* Vnde Hipp. *Qui igitur eos reprehendunt, qui victis a morbo manum adhibere recusant, hortantur etiam vt ea, quæ non conueniunt attingant.* De secundo sic ex Gal. mel. *Nolite prauarum ægritudinum onus suscipere ne mali medici nomen habeatis.* Vtrunque tamen suspectum est, maximè hoc secundum: siquidem Hipp. contra prauas ægritudines armare iubet medicum, ne, inquit, medicinam vulgus reprehendat dicens quòd morbi, quos medici sanare aggrediuntur per se ipsos fuissent sanati, qui verò auxilio indigent, ipsos non attingunt. Item cõtra primum obstat Cels. qui in tanto discrimine aliquod magis experiri remedium, quam nullum, & pulchrius & laudabilius statuit. Auic. verò paleatiua curatione cõsolatur ægros ex longo, ac desperato morbo perituros. Sanè Christianæ professionis medicos non decet infirmos relinquere. Accedit, quamuis rarior, calumnia ex multis, qui ex capulo reuixerunt, & alijs, qui sine saluationis signo perstiterunt, nec ita sint mortis, vt salutis certa præsagia propter summum Dei imperium, & alias rationes, quæ cap. 7. antecedenti præfatæ sunt. Hoc autem præsertim obseruandum in acutis ægritudinibus, in quibus præcipites, & fallaces sunt coniecturæ: ideòque inquit Auic. *O quanta vidimus timorosa, & æger euasit.* Iuuabit supradictum Gal. cõsilium non parare insigne remedium

nisi

nisi in euidenti vitæ spe, vt comparemus præceptum illud celebre proximè dictum, si non prosis, saltem non noceas. Sed quandò & quo modò æger sit relinquendus, dicemus postea. Octaua, si medicus seruet mores, quos proposuimus cap. 2. huius sectionis, si gratus, diligens, fidelis, benignus, astutus, &c. maximum erit momentum ad fugiendam calumniam, famamque aucupandam: præ cæteris verò benignitas, & sedulitas æstimandæ sunt. Et hæc de his septem regulis, quæ in legitima curatione frequentiùs recurrunt, quæque famæ aucupandæ, atque calumniæ fugiendæ magis faciunt. Nunc transeamus ad ea, quæ cum ægris agitare conuenit.

Quarta propositio: Cum variæ sint conditiones ægrotantium, hos inter pueri curatu sunt difficillimi: sequuntur decrepiti, atque prægnantes, cum quibus laboriosè se gerit medicus. Rursus in prægnantibus difficilior coniectura si tempus gestationis non constat, vel si neque hęc constat. Diuites etiam non exactè curantur, 11. meth 14. pauperes licet magis laboriosam, securiorem, & faciliorem curationem præbent. Igitur pueri, decrepiti, prægnātes benignè, atq; industrie tractādi sunt: cū diuitib⁹ cautè agēda res est; nemo enim, inquit Celsus, in splēdida persona vult cōiectura sua periclitari: fęminæ quāuis curationē nō pręuertāt, cōfundūt, & turbāt varijs vteri indicationibus, ideòq; earū affectiones varijs interrogationibus sunt cōparandę: pręcipuè verò de mēstruorū numero, modo, tempore, & quantitate adquirenda notitia: siquidem in ipsarum morbis maximè est necessaria: illæ verò sæpe obliuiscuntur,

sæpissime tacent prę verecundia. Et hæc de varijs ęgrotantium conditionibus, ad quos vniuersaliter conferũt præcepta sequentia. Primum, interest ægrum recreare, & persuadere: hoc autem multipliciter medicus assequi potest: scilicet varietate exemplorum: his enim stupidorum animi veluti a somno excitantur, 2. meth. 4. sic in oppresso, & anxio corde recreat, suadetq; sequẽs exemplum. Vt sol mæret fuliginosæ nubis obiectu: sic cor ab halitu praui humoris. Sic animos addes in sequuto malo seu praui abcessus, seu partis resolutæ quãdo ex præcedenti morbo proueniunt. Vt hostis extra muros minus facessit negotiũ, min⁹ periculũ desolãdæ vrbis minatur, maximum si arcem petat: sic humor hic noxius cor, vel caput obsidens modò ad ignobilia, & extrema hæc membra protusus. Ita compesces bibendi appetitum, vt ferrarius aquæ guttulis flammas intẽdit, sic febricitans modica aquę portione nõ extinguit, imò auget febris ardorem. Si assumpto purgante, vel simili medicamento malè habeat, dices. Vt splendida fontis vnda micat: si quando imis pars lutea terris quæ residet, baculis agitetur, tota repente turbida fit: sic mota sui causa aspera morbi, quæ rursum sedet, & fontis clara vnda relucet. Hæc vltra innumera sunt exempla, quæ poterit medicus circumferre tempore, loco, & occasione congruenti: quibus addes, quæ ex diserta, atq; arguta oratione proueniunt, quæ ex varia ęnygmatum æquiuocatione, & varietate historiarum gratificationes euenire solent. Reliqua verò, quæ sumuntur ab introitu, sermone, veste, habitu, & similibus, dicta sunt cap. 2. antecedenti. Quarè hæc satis de hoc præcepto.

Secun-

Secundum, quæ debeant concedi ægrotantibus licentiæ exprimit Hipp. 6. vulg. 4. tex. 8. scilicet: *Quæ non magnopere lædunt, & facilè reparari possunt, velut frigida, vbi hac opus est.* Et lib. de affect. *Quoscunque cibos, aut obsonia, aut potus ægroti concupiscunt, exhibeto, si non damnum corpori inde accessurum est.* Hæc Hipp. sed quia futurum nocumentum non ita a medico potest colligi, maiorem industriam, atque calliditatem exigit hoc negotium. Itaque sæpè præstabit concedere, sed præscribere satis exiguam quantitatem ab ægro minimè seruandã: tunc si noceat, habet medicus legitimam excusationem: si iuuet, assequitur meritum. Interdum melius mutare modum substantiæ, non mutata qualitate profectura, vel simile offerre nequaquam nocuturum: maiori ex parte satiùs est negare: sumat æger, non concedat medicus. At si furtim æger licentiosius vtatur, ac repentè debellato fastidio salutem comparet? id sanè solet accidere recreata natura alimento, quamuis impuriore: satiùs tamen hoc, quàm ob concessa a medico alimenta ęgrũ subitò interire, vel in discrimen vitæ duci: vnde maior, & manifestior calumnia. Iam si medicus non petita offerat, multò deterius. Tertium, interest ægrum rebellẽ domare, & obedientem reddere, vel aliter euadere cẽsuram calumnię. Ideò si fastiditus, vel tædio languens purgationem renuat, respondebis: imò purgata fastidij causa, vel humore noxio turbante ventriculum, meliùs appetes. Aliter furtim purgans dabis, Gal. consilio 14. meth. 7. quo loco mulierem persanauit sero lactis infusi scamonij. At si ante coctionem cogatur medicus purgare propter tres sirupos iam bibitos? (hos tanquã

sancitam legem vulgus obseruat) incipiat offerre cum primò rudimenta coctionis apparuerint, vel negare diebus intermedijs quo tandem compareetur coctionis initium. Hoc tamen minimè intelligendum in ægritudinibus valde acutis: quippe hæ præterquam quòd ante coctionem purgationes admittant, non permittunt dilationis incommoda, nec vmbram remissi operis, quale per defectum purgationis coniectari potuit. Quarè præstabit offerre ad fugiendam vulgi calumniam causam mortis referentis ad defectum medicamenti vel tardè, vel nunquam exhibiti: hoc tamen cum præmiditatione faciẽdum, ac seruatis legibus, quas proposuimus ad finem lib. 2. cap. de malign. feb. diff. Si verò phlebotomiam neget (sic de alijs remedijs) primo istius iuuamẽta propones, qua scilicet leuata natura reliquam morbi portionem meliùs superat: quæ reuellit, diriuat, vacuat refrigerat. His si non cesserit, proposito mali futuri præsagio ad exquisitam victus rationem te conferes, dicesque tam exactum victus ordinem seruare poteris, qui omnem morbi causam superet. Hoc autem intelligendum in leuiori causa, & dubio morbi euentu: nam in periculosis cũ certo, ac euidenti discrimine tutius est renuentem relinquere. Sed & in leuiori adhuc illud min⁹ tutum, quia suadente Gal. ad Eras. dicta carnes liquat, & naturam debilitat citra morbi leuamen. Itaque propositum saluum a calumnia medicum reddet, si fortè sine phlebotomia contingat sanitas; laudabilem, si morbus perseueret, aut recrudescat. Quartum, ex lib. præcept. debet medicus infirmi animos tollere, iubens (vt inquit) mente non turbari in eo quod ad salutis tẽpus

peruc-

peruenire gestiunt: hoc enim non inutile esse ducimus & hoc sanè præcipiens non peccabit: ipsi enim ægroti propter dolorificam affectionem desperantes se ipsos vita exuunt. Hoc tamen ea moderatione faciendum vt vulgum, vel assistentes de veritate faciat certiores, veluti diximus in cap. de vtil. progn. Rursus non ita faciendum, vt ægri comparata fiducia noceat: quippe hac ille fretus sæpè medicis non obtemperat, sæpè salutis spe fidus medicinam cõtemnit, & peccata cõmittit. Quintum, ex 6. popul. 6. tex. 8. Cum morbi difficilem, longãque iudicationem sunt habituri, cogantur ægri vt e lecto surgant: aliter enim nonnunquam accidit languere corpus, & oblitas facultates interire: vt e contra non curati adhuc pigri, ac demissi si surgant, & leuiter exerceantur, solent illæ torpore deposito reuiuiscere, & citiùs morbos vincere; quod in otiosis, atque iacentibus non poterant. Adde perpetuam noxam fixæ cogitationis, qua iacentes detinentur. Aliter in acuta, atque veloci ægritudine, in qua non tantùm corpus, sed caput subleuare periculosum censetur: cum sæpè a leui motu delinquant ægri, sæpè turgentis causæ patiantur decubitum. Et hæc de hac propositione satis.

Quinta propositio. Si difficilè est ægrum, difficiliùs vulgũ regere, sic diximus olim: *Lernea Herculeis superata est viribus hydra: at nullus populum vincere dux potuit.* Hydræ nanque similatur in varietate sẽtẽtiarum, quæ tot sæpè inueniuntur, quot capita. Sequentibus tamen præceptis huius calumnia fugienda est, laus apud eundem comparanda. Primum præbet Hippoc. lib. de dec. orn. vbi sic: *Maximè verò adseruare conuenit,*

vt ne multa cum imperitis medicus fabuletur, sed necessaria. Hæc ille. Adde si fabuletur, id erit cautè, atque discretè, imò per fraudem, & astum: item si opus fuerit aliarum curationum egregia, quæ gessit facinora in medium afferet, seu simili, siue alijs casibus, seu propria, siue aliena: hoc enim de salute ægrotantis nihil detrahit, addit verò famam, nisi valdè suspecta sit dicentis conditio. Hinc nascitur interdum medicos idiotas, vulgo tamen acceptabiles inueniri, & e contra peritos a vulgo reijci. Hoc autem duplici nomine solet accidere: primò imperitia populi prauè iudicantis. Secundò, propter astum, & callidos mores medici illi decipiẽdo aptissimis. Accedunt, quæ iam diximus superiori propositione, gratia gratis data, sana, atque iucunda conuersatio, quæ pariter vulgum alliciunt. Secundum, interest vulgi deceptiones in contrarium suadere, vel in ipsius opinionẽ ferri, nisi maximum sit ægrotantis discrimen, aut Christianæ Religionis macula. Ratio in promptu est: nam sępè vulgus phlebotomandum præcipit contra artis documenta. Considerat igitur hominem carnosum, procerum, ventri deditum cui largam, atque multiplicem sanguinis missionem promittit, non intelligens, vt sępè accidit, in multis proximã sincopim ob bilis motum ad vẽtriculi superiora, in alijs plurimas cruditates, quib⁹ dã corpus molle, valde resolubile, & vires ad tempus crisis, vel morbi diuturnitatem necessarias: accedit morbus interdum facilis, & nimiùm recedens a natura sanguinis. Contra verò minùs carnosi, venosi, duri, firmis viribus, difficulter resolubiles, immunes cruditatibus, sanguineo, ac celeri morbo pressos, & extra crisis tempus

pus constitutos aliter sunt tractandi cõtra vulgi ipinionem. Hoc itaque satis sit exemplum inter multa, quæ poterant circumscrìri. Tertium, si dubia sit remediorum quantitas, & dubites de assensu ægrotantis, dubiè pariter, vel sub conditione medicinam offeres ita nempè, si non assumatur, & benè habeat, vituperium non incurres: igitur dices: meliùs quidem habes, & ego fateor, securior tamen in posterum, si rursus sanguinem minuas, vel purgationem adiungas: vnde & si recidiuet legitimam habes excusationem, si moriatur mediocrem. Quartum, licet reprobetur medicus operandi cupidus supra multis in locis, oportet tamen hunc viuere apud vulgum in perenni remediorum exhibitione ne cõdemnetur de inopia, ac proinde de scientiæ defectu, ea tamen lege vt si non prosit, nõ noceat, nec sit ex ijs, qui quoties accedunt ad ęgros toties peccant: tunc enim tatiùs est nihil agere: consulit Gal. 1. de dieb. decre. 11. Ergo id ea moderatione faciẽdum, vt ea adhibeas, quę vel minimum inferre damnum non possint. Ita ex illis, quę parem habent vim modo hæc, nunc illa commodè eliguntur: sic parantur clisteres, cibi ministeria, linguæ mundificationes, ac lotiones, alexipharmaca intro, extraque admota, anodina, & alia similia. quę licet directè non conferant nullum, vel satis exiguum afferre possunt nocumentum; contra fugienda. cætera præsertim duo illa magna remedia phlebotomiam, & purgationem: quippe hæc, si nocent, inquit Gal. maximè nocẽt: si iuuant, maximè iuuant.

Sexta propositio. Omnium difficilima est cum alijs medicis conuersatio. Sequentibus tamen explicanda.

Pri-

Primum, empyricos, ſi non admiſit Gal. ſaltem audiui ſe teſtatur nonnunquam reprobans, interdum confir mans eorum experta: quare & a nobis ſunt audiendi cautèque reprobandi, ſi quando viſum fuerit: idq; pro pter multa, quæ in arte contingunt citra methodum & rationem, atque alia, quę nullo præcedente ſigno ſo lent euenire. Ita, quamuis rarò a nullo affectu, vel natu ra ſalubri ægri repente moriuntur propter latens vene num: alij ex morbo graui ante ſperatum tempus, ſequu to interitu non ad illius malitiam, ſed agitationem, ac motum. Accedit quod ob curantis naturæ ſocietatem etiam parùm doctis interdum ex animi voto ſuccedit quod ſciens Gal. gloriatur nihil feciſſe in arte indeco rum. Ideò parcè cum illis agat medicus ſummam ha bens, & conſiderationem, & cautellam, imitansque ſu pradictum Gal. documentum. Cum doctis maior vir tus requiritur, par induſtria, ſimilis prudentia, atq; con ſilium, præſertim ſi prauis infecti ſint moribus, quales initio huius ſectionis propoſuimus. Itaque aliquando conuenit aſſentire, nonnunquam redarguere; ſæpè tace re. Num verò & plures medici ſint conuocandi dubita ri potuit. Affirmat Hipp. lib. præcept. dicens: *Nec verò in decorè ſe geret medicus ſi in rei præſentis anguſtia circa ægri aliquem alios quoque accerſere iuſſerit, quo ex communi con ſideratione res circa ægrum cognoſcantur, & inquirantur & illi cooperatores fiant ad auxilij ferendi facultatem.* Gal quoque in lib. progn. & 10. de ing. cap. 3. fatetur ſe mul toties ſocios medicos admiſiſſe. Ratio eſt, quia vnus non poteſt exercere omnia, nec eſſe perfectus in cunc tis quæ ad artem pertineat: duo tamen concurrentes

poten

potentiores sunt Ethic. 8. iuxta prouerbium. *Quod tu nescis, fortassis nouit ofellus.* Præstant & multi quoniam cum multifaria sit medicina, sæpè accidit hunc in hac artis parte magis esse peritum, atque versatum, illum in alia: vnde Gal. de part. art. med. *Tot debent esse medici, quot artis partes.* Hæc illi. Damascenus tamen vni rem committendam iudicat, perfecto tamen, & qui leuiter erret: nullibi enim deficere captum hominis excedere supra statuimus. Plures etiam confundunt actionem, & multiplici medicamentorum applicatione crises turbant. De cognitione verò, licet plures melius iudicent, amor tamen proprius, & odium alterius, in his frequentissimũ, præuertunt iudicium, & curationis tenorem. Ideò sequentibus conclusionibus dirimenda est quæstio. Prima, concordes medici, & inuicem coadiutores plures vno sunt præferendi: aliter vnus præstat. Concordes autem ea ratione dicimus, vt alter alterius errori non consentiat, ita verò dissentiat, vt publicè non reprobet, sed tacitè, atque ita ex amborum vnanimi consensu præferatur auxilium. Si tamen dissidentes sint animi vnus eligendus magis, quam plures sic affecti: quippe ex discordia sequitur ægri diffidentia, timor, molestia; in medico, laudis, & vanægloriæ cupiditas, turbulentia, despectus, negligentia, & similes affectiones in illius pernitiem: quare minus officiet vnus nocens, quam plures nocentes. Adde continuum errorem ægri experientis hodie huius, cras alterius medicamen, tertio tertij. Vnde sic lapsus in omnium errores sæpè incmmendabilem affectionem reddit. Secunda, ad morbi cognitionem præstant multi, vnus

ad

ad curationem. Probatur, quia morbo cognito facili
est remediorum inuentio. Hoc autem accipiendum d
modò laboriosa, nec artificiosa nimis sit curatio: labo
enim plures manus necessariæ sunt, vt in chirurgia, ar
ficio plures oculi, vt in acutis ægritudinibus vsu sol
euenire. Tertia, vtilissimum quoque est, si plures sin
medici cooperantes, vnus tamen doctissimus cuius i
perio cęteri subijciantur. Probatur similitudine ciuit
tis, aut regni cum corpore humano: vt enim in his b
nè gubernatis plures quidem regunt ordinati tamē a
vnum supremum Regem, vel Imperatorem: sic in h
mano corpore plures debent regere ordine simili ad
num, cumque summum dominatorem. Sic etenim n
discrepant, nec turbant, sed magno parent, ac famula
tur. Hic verò libenter audit, & recipit eorum dicta:
dubitant vnanimiter inquirunt, & concedunt omni
quæ videntur rationabilia, atque ita omnibus comm
nis fit laudis, ac famæ vtilitas. Quarta, quę sequitur
pręcedenti. Quamuis duo cōcordes, reprobandi qua
do non simul visitant. Ratio est manifesta, quoniam
rò in eandem sententiam incidunt: vndè vel nocēt,
si iuuant, sibi vituperium machinantur: nam potest a
dere, vt prosit vtriusque auxilium, ęger tamen alter
errasse concipiat. Exempla sunt diuersa medicamen
quæ eandem vim obtinent, atque ideò similiter con
runt: at ille magis hæc, quam illa elegit. Ita purga
quidam, vel phlebotomatus sanari contingit, & p
ter non purgatus. Sic phlegmon modò resoluentib
nunc maturantibus cedit, & curatur: si igitur infirm
hoc magis, quam illud exoptet: inde alteri medicor

euenire calumniam necessarium est. Aduertit Hipp. 6. vulg 6, tex.8. ergo simul ambos visitare medicos, & vtilius,& laudabilius est.

Septima propositio. Conuenit ægrotorum furta, & simulationes deprehendere. Hoc autem sequentibus præceptis assequemur. Primum, ad furta interest cibi, seu potus reliquias circunspicere, & hinc veniet in cognitionem comestorum,& bibitorum Ita nos per visa piri excreměta diuinatoris nomen adepti sumus, & Gal. 5.de loc.7.per hysopum ad fenestram positum conceptam de pleuritide opinionem diuinauit. Secundò, animaduertendus est modus sequuti simptomatis, vomitus, deiectionis, tussis, delirij. Tertiò, colliguntur ex relatione circunstantium, vel alicuius vicini. Quartò, ex vultu, & loquella interrogati ægrotantis. Secundum, quia non minùs vrgent infirmorum fallaciæ, has detegere opus est.Primò,in contemplatione lotij: si veniens ægroti morbum simulans prorsus taceat ab inquisitione vnius dispositionis possumus venire in cognitionem alterius,atque ita illius fraudem intorquere, & fallentem fallere. Sic interrogabimus quandiu morbus durauerit: quippè si longus benè pronuntiatur insigne aliquod intemperamentum, vel obstructio, si non manifesta, saltem latens: sic noxa communis officinæ, vel omnium, quæ in hoc frequenter offenduntur: certior verò coniectura si consentiant vrinæ crudæ, & vitiatus in toto color. Si contra morbus celer est,& repentè ingruens,commodè præsagitur dolor,pondus, grauitas in his,aut illis partibus pro varia constitutione, ætate,anni tempore,&c. hoc autem magis per morborum

initia: siquidem ad statum caliditas, furor, & acrimonia melius coniectatur. Iam si vltra primum rigorem, siue insultum, secundo, tertio, vel quarto eundem fateatur, certa habes per repetitionem indicia. Si rursus fateatur senem inferes debilitatem stomachi, sputum matutinum, & alia huic familiaria. Sic in fæminis ex deficiente menstruo melancholias, vertigines, vomitus, cordis, atque ventriculi anxietates poteris nuntiare, & causam tum morbi, tum simptomatis ad vterũ referre: nam hoc præterquam quòd frequentissimum sit, illæ ferè & gaudent, & consentiunt. Ad hæc, ex tussi cum febre, ac difficili respiratione thoracis laborem volvulum ex emmisso per ora stercore, ab irriquieto de cubitu oris ventriculi affectionem indagabis. At si præsens sit æger, qui matelam offerat, morbum tamẽ simulet, præter vrinam, deiectionem, & dictã transmigratione de vno ad aliud simptoma, tangendus est pulsus, palpanda viscera, consideranda tensio, dolor, tumor, denique suspiciendus totius color, præsertim vultus, & oculorum, ex quibus morbi cognitionem assequeris. Assecutus fuit Gal. 5. de loc. cit. in ægrotante medico, & conspectu Glauconis philosophi: siquidem per loturam deiectionis affectum hepar agnouit; ex hoc perennem tussiendi cupiditatem, & siccam per interualla tussin atque alia, quibus non tantùm medicinæ summus professor, sed deorum minister, ac vates habitus est. tandem nec alium, nec se fateatur æger, solumque speret medici vaticinium de sua, vel alterius vrina, maribus, aut fœminis, atque similibus, quæ & art & astus vires transcendunt, hic omnino explodat

aduerte tamen ipsius macritudinem colorem, gestum, risum, & cætera fallentis indicia: forsan enim ex his hominem deprehendes. Adde si suspecta sit brutorum vrina sequentibus regulis capiendus est. Prima: reliquorum animalium crassior est humana præter caprinam: hoc igitur deteget, nisi ab exteriori causa turbata sit, aut ab alia aliter infecta. Secunda, liquores reliqui ab vrina sunt animaduertendi: vinum ex odore percipitur (præsertim si digito instilles) cæteri per colorem, odorem, saporem: item defectu circuli, nebulæ, sedimenti, & spumæ, quæ ab agitatione redditur. Tertia, valet præ cunctis fixis, intentisque oculis hominem intueri, & simul alloqui: aut enim risus, aut coloris in vultu mutatio succedet: vnde & hic captus, sed & hæc præcedere conuenit aliquam decipientis suspicionem. Vt verò meliùs de reliquis vrinarum speciebus præsagire possis, tange priùs pulsum, & nota loquentem, & se mouentem ægrum: sic nanque scies normam duarum facultatum, & demum tertiæ per vrinam cognitæ. Et hæc de illis qui oblato suo, vel alterius lotio medicam artem demoliri contendunt: nunc ad simulantes se ægros accedamus. Si quis iaceat, & se fingat ægrotum, hoc vniuersaliter præcipiendum. Febricitantem ex pulsu deprehendes: si aliter laboret difficilior est coniectura comparanda ex læsis actionibus, & signis, quæ supradicta sunt. His addes peculiares notas, primam Gal. in dolore inter reliquas affectiones cognitu difficillimo, quem fatetur non assequi nisi externis notionibus medicæ experientiæ coniunctis, lib. de morb. simulant.

Illæ igitur in doloris vehementia tales sunt, qui grauem dolorem simulant sæpè labuntur per inconsiderantiam, atque obliti non mouentur quoquouersum quærentes situm, nec vnquam inuenientes, sicut illi, qui vexantur doloris magnitudine: ita leniùs morbum ferunt, nec importunè repetunt auxilij celeritatem, sicut illi, qui dolore torquentur non recusantes vstionem, incisionem, dictam. Accedit quòd ad ea, quæ offeruntur bene se habent, male ad ea, quæ interrogantur, quibus non statim, non promptè, nec eadem respondere solent. Notiones autem medicinalis experientiæ sunt sequentes. Languere, interdum frigidum sudare, & pulsus non tantùm inæquales (quod etiam in mediocri dolore cõtingit) sed minores, & obscuri sunt. Dolorum quoque species simulantem manifestat: sunt enim quidam vni membro proprij, quidam longè, latèque funduntur, inhærent alij, fixique persistunt, interdum pungunt, ac pulsant: sic diuellunt alij, alij stuporem, alij grauitatem inducunt. Tandem vomitus alij, quidam ventris perturbationes, alij caligines inferunt. His ergo duobus, quasi scuto, & gladio superabis inimicum simulantem. vici & ego quendam se fingentem appoplecticum (hunc, vt tunc, nunc rursus taceo propter honorem tanti viri) tum per externam coniecturam rixantis generi, tum ex facili, quam reddebat, spiratione: ideò ligatis fortiter, ac compressis cruribus reddijt motus, & sensus tempore, quo reliqui medici erãt occupati in magno remediorum apparatu. Hæc nos. Illi verò iuxta guingiuas aperta vena se emoptoicos simulabant, & deprehensos memorat Gal. cit. sed cap-

torem

torem non explicat. Tandem si medicus nulla arte, nec externa notione fictum morbum possit assequi, nec simulantem capere, dicat: *Hæc affectio procedit ab hepate, vel stomacho, vel simili, quod habeat officium toti commune*. At si simulans instet: *Non dolet nisi capite, vel pedibus*, Rursum respondebis: *Id ipsum ab hepate vel stomacho mandari consueuit*. Si non hæc satisfaciunt, loquere ambiguus, vel vtitor vocabulo ignoto, nec benè intelligibili a simulante: sic enim & ipsum irretics, & te ab hoste liberabis. Et his fugere calumniam, & famam aucupare medicus poterit: cętera petet ex lib. de præcog. ad posth. & lib. 1. de præsag. ex puls. cap. 1. quæ cuncta, si credas experto, tantùm faciunt ad propositum finem comparandum, quantùm ipsæ scientiarum vires. Meliùs tamen, ac tutiùs id bonis operibus adipisci, scilicet benè prænoscendo, atque curando: qui nanque per dolos, & astum honores adquiruntur, sępissime deficiunt. Non aliter quam elegans apparatus ædificij nullum fundamentum superpositi.

CAPVT X.

De vltima visitatione, atque discessu ab ægrotante, vbi & de recidiua, & medicorum mercede.

COmparata infirmi sanitate, quid faciendum præsenti capite seligemus tria proponentes: primum quando, & quomodo ab hoc sit recedendum. Secundũ quæ circa recidiuam conueniant. Tertium, quæ debitæ mercedis industria, ac ratio extiterit.

Pro-

Propositio prima. Recessus ab ægrotante duobus preceptis conficitur: primum iam valentis, secundum morituri discessum continet. De primo, non decet, nec tutum est prima die a morbo desinente languentē mittere: insinuat Gal. 1. acutor. tex. 25. dicens: *Contingit siquidem, vt tanquam soluto exactè morbo ægri confidant: cibentur deinde negligentiùs, ac eius, quæ per circuitum repetit accessionis occasionem præbeat.* Igitur presens adhuc medicus poterit eam victus rationem prescribere, quæ morbi reliquias absumat, & firmum reddat egrotantem. Adde, inferiùs examinandum, quòd non rarò manent intemperamenta, & multæ dispositiones neutræ, quæ nisi a medico corrigantur, sunt noui morbi seminaria. Sepè etiam ad eam extenuationem, atque debilitatem redactus est æger, vt & hoc a medico prouideri necessarium sit. Tandem non decet nobiles inhonestè mittere: sapit enim despectum, & politicæ conuersationis ignorantiam. Hoc tamen non ita faciendum, vt excedat autoritatis limites, & prolixè infirmum visitet medicus: quippè non rarò accidit (audiui de medico) dicere ægrum: ad quid venit iste? certè vt vasa stercoris nobis abstergat. Vel dicat alius (audiui de alio) quid vult iste? iam nolumus artem medicam: sanè hic calcibus, pugnisque se præbet eijciendum. Igitur commorandum medico est secundum necessitatem languentis modò per tres, nunc per quatuor, & quinque dies a morbi recessu: Vel ægri natura consideranda est: nam sunt qui crebris visitationibus mali afficiuntur, alij qui crebrò inuisi expetunt. Consule Gal. 6. vulg. 4. tex. 9. modus autem recedendi honest-

tu

tus esse conuenit, humilis, moderatus: offerat se in occasiones fortunæ similes: sanitatem, æternamque vitam deprecetur, & denique, dum fiunt hæc, sinistrum oculum ad manus conuertat, vt verus ille recessus habeatur. Et hæc de saluandis dicta satis. Secundum præceptũ, difficilior est recessus a morituris propter causas superioribus explicatas, iuuabunt tamẽ sequẽtes regulæ. Prima, in societate medici magnopere interest non deserere ægrotantẽ nisi in euidenti discrimine: turpissimum namque saluari in manibus alterius, non ita in proprijs mori: siquidem hoc ad pietatem referri potest, illud ad imperitiam. Secunda, neque & solus vnus medicus ante debitum tempus illum moribundum debet relinquere, si acutam patiatur ægritudinem, sed expectare vltimam visitationem, ita vt alterius cum vita non sit locus, idque propter multos, qui deplorati vixerunt, & alios euentus, quos antecedentibus proposuimus. In longa, & desperata affectione id permittitur, si dicas, hîc non datur locus remedijs, operetur Deus, & natura potens. Tertiũ, ne in acutis repetens dictam visitationem ægrum inuenias mortuum id aliquo modo abscultandum est. Igitur ad ægri domum mitte secrete famulum, vel ad tuam iube venire aliquem ex ministris, aut seruis illius, idque legitima occasione alicuius receptæ offerendæ, vel alia simili. Sic ab oclusa fenestra, aut sublato clamore sumi potest indicium, & meliùs ex vicini commertio, vel consanguinei, aut amici simulata conuersatione, at si cuncta desint tacitè per schallas subire conuenit, ac si

possi-

poſsibile fuerit ſimili via regredi ſi fortè reſpiciat inuo-lutum ſindone, aut aliter defunctum eſſe conſtet. Si verò nulla detur regreſſus occaſio, & mortuum inueneris, dic, veni vt ſcirem qua hora deficeret, diem rectè ſciebam, vel dic, nouum ſimptoma repente cor inuaſit, vel obortus eſt nouus humoris decubitus in partem principem, vel ſubita ruptio interni apoſtematis, vnde vires ante tempus fuerunt diſſolutæ. His autem habitis cum mortuis, aut moribundis, ſubmiſsè recedat medicus proponens varias rationes, & euentus mortis, ac tandem ſuas Deo gratias, & gloriam, qui viuis, ac mortuis ſua iura præſcribit.

Secunda propoſitio. Diſcedens medicus & recidiuam cauere debet, & leges præſcribere ne poſtea ſuccedat: quouis enim modo contingat, frequenter ad malam curationem refertur. Ad hoc autem quatuor *ſcire* conuenit. Primum, recidiuandi cauſas. Secundum, ſigna futuræ recidiuæ. Tertium, indicia veræ conualeſcentiæ. Quartum, rationem, modumque occurrendi iis, qui de recidiua periclitantur. Pro primo, ex 2. aphor. 12. frequentes ſunt cauſæ morbi præcedentis reliquiæ quæ leui occaſione & augeri, & moueri ſolent. Huic ſimilis occaſio derelicta intemperies, quæ nouum humorem ad nouam repetitionem ſuggerit. Videtur & hanc inſinuare Hipp. cit. cum inquit: *Quæ relinquuntur in morbis recidiuas facere conſueuerunt*. Non enim ſolam humoris derilicti portionem intelligit, ſed qui manent, foci, & intemperies: quod crebrò ſolet accidere in internis inflammationibus, in catharroſis fluxibus, & morbis pendentibus ab ſtomacho, hepate, & ſimilibus particulis,

quæ

quæ habent officium toti commune. Tertiò causa est graue delictum, quod, licet morbus sit iudicatus, languens adhuc corpus, & titubantem adhuc naturam po strare potest. Additur cælestis, quæ morbi conflictum impedit, & quietum reddit, quò tandem nouo influxu rursus moueatur. Par est ficta salus ab stupefaciente medicamento: tunc enim sopita ægritudo surgente de nouo calore pululat. Pro secundo, ex 6. vulg. 4. tex 1. cum in morbo aliquo iudicationis tempore tumores secundum aures exorti, antequam suppurēt, delitescent recidiuam expectare oportet. Vel si grandis morbus subitò euanescat sine manifesta excretione, 3. cris. 9. & 3. prog. 22. *Si cui febris desinit non cum indicijs solutionis, atque in diebus decretorijs recidiua expectanda est.* Et 6. vulg. 2. tex. 22. *Febres non acutæ reuerti solent: solutæ enim paulatim, notas iudicationis non habent.* Itaque recidiuam formidamus, si nulla, vel imperfecta crisis fuerit, præcipuè subter cutim erumpens vt icteritia, morbilli, variolæ Item si ęterogeneus humor sit, cuius pars tenuis priùs elaborata soluatur, & crassior mota, quæ coqui incipit, recidiuam pariat. Hanc ampliùs testantur, si corporis quædam grauitas, & impotentia accesserint, sitis intus relicta, oris exsiccatio, insuauitas, cibi fastidium, ac tādem si quouis modo præter rationem ægritudo desierit. Aduertit Gal. 6. epid. 2. tex. 20. si hæc igitur apparuerint verendam recidiuam iudicamus. Pro tertio recidiuæ securitatem ostendunt moderata appetentia, quæ in dies augeatur, pulsus, & vrinæ prioribus similes: si quieuerint, quæ pręcesserunt, accidentia: si color pristinus redijt, & omnis corporis habitus sit floridior: item si vis

in assurgendo validior, maiorque ad singula fuerit agilitas: si pro refectionis ratione corpus reualescat, & cunctę alimenti coctiones, ac distributiones, atque vniuersę naturæ actiones fuerint inculpatæ: ad hęc securior habenda est sanitas, si in die decretorio soluta sit ægritudo, quæ cum robore virium, & notis perfectæ coctionis simili fuerit iudicata, vel in declinatione paulatim euanuerit his notis præcedentibus, & sequutis, quæ diximus, indicijs. Hæc igitur firmam salutem promittũt, contraria metum recidiuę. Pro quartò, ex dictis colligitur quo pacto a recidiua continendi sint ægri: scilicet in ijs, quibus morbi fomes derelictus est: si multus, vacuatione indiget saltem particulari per vrinas, balnea, frictiones, & medicamenta quę per halitum digerunt: si paucus moderato victu per aliquot dies absumi potest: in perenni fluxu pręcautio, ad insignem discrasiam temperamentum quęritur: quo etiam tempore a selecto victu recedendum non est, neque adhuc in istorum defectu, atque perfecta iudicatione: vnde neque admittendum consilium Vegæ Complutensis, qui permittit exactè iudicatos ritu sanorũ gubernari: quamuis enim in ijs morbi reliquiæ non supersint delictum in cibo, vel exercitatione, aut alia re nonnaturali potest languentem, & postratam naturam alterare. Si dicas & hoc peccatum sanos etiam labefactare poterit? dicam, valẽs natura solet illud contemnere, impotens minimè. Adde, nec nouum quidquam, aut repẽtinum sano, ac robusto vnquam censetur, vt conualescenti, & languido. Accedit, quòd, licet integra iudicatio ad sensum appareat, possunt latere morbi reliquię, quę medicus nõ assequa

tur,

tur. Si dicas, non igitur perfectè talis est iudicatus? dicam, perfectio sensibilis non tollit imperfectionem phisicam, præterquam quod alius integer humor per viciniam corrupti, iudicatique sæpè labem contrahit, quã deponit per id tempus selecti victus, nec ita si in hoc æger delinquat. Igitur præstabit hominem, licet videatur exactè iudicatus, illa die selecto victu, postea mediocri, & tandem cum robustiori virtute pleno regere.

Tertia propositio. His ad ægrum bene peractis, quia mercenarius omnis sua mercede dignus est, videndum vtrũ & hęc sit medico tribuẽda. Haly, 1. theo. sic de proposito: *Nec sit eius intẽtio ad quærẽdã pecuniã, sed a Deo retributionẽ, & meritũ.* Hæc ille: supponit medicũ, si nõ diuitẽ saltẽ nõ egenũ rerũ necessariarũ ad vitæ custodiã. Ideò Hip. lib. pręcept. cõcedit huic mercedẽ; licet interdũ gratis curationẽ permittat. Imò Gal. lib. de remed. fac. par. c. 86. ante curationẽ absolutã, vel inceptã mercedis petitionẽ cõsulit: sed hoc simpliciter iniustum, & crudele est, si ritus vrbis id nõ cõsentiat: nõ enim coronabitur nisi qui legitimè certauerit. His positis in egestate, ac inopia ægrotãtiũ pręstabit gratis operari: sic & medici gloriæ cõsules, & seruies Christianæ religioni: a diuitibus autẽ merces, & expectãda, & quęrẽda est, modestè tamẽ, & cautè ne superbiæ perciti motus odiũ pariãt. Nũ verò & illud Gal. sit exequẽdũ, si rit⁹ vrbis non permittat, dubitabile est, quãuis id iã crudelitatis, ac iniustitiæ accusauerim. Idcirco sequẽtibus pręceptis quęstio dirimenda est. Primò, licet vniuersaliter reprobetur mercedis petitio. cõcedi potest cum difficilis, & incognitus affectus breuem, ac facilem curationẽ promittit.

Secundò, in probabili suspitione fugę. Tertiò, in desperata affectione morituri. Quartò in coacta, atque laboriosa ægri solutione, si id euidens, atque expertum medico sit. Igitur his merces procuranda est, addendum tamen præceptum sequens maximè necessarium. Rarò iustitiæ viribus cum ægro pugnare conuenit: si quando, cum vili, & malè affecto homine, & eò magis cum nimiæ ingratitudinis vitium, vel similis iniuria causæ fuerint. Et hæc de hac secunda sectione, in qua constat quantus, & qualis medicus esse debeat: quomodò ægros aggrediatur: vt eisdem commoretur, & ab ipsis discedat: vt cognoscat, vt curet, vt præsagiat. Nunc videamus qualis æger esse conueniat cum suis & assistentibus, & famulis.

SECTIO

SECTIO III.

De ægro, aſsiſtentibus, atq; ijs quæ forinſecùs occurrunt.

ARGVMENTVM.

QVONIAM HÆC tractatio magis aſsiſtentibus, ac ægris attinet, minùs medicis; ideò hãc illi legant, vt meliorem ſalutis, & medicinæ fructum comparent: legant & medici, vt eos ſui muneris neceſsitatem docere poſsint.

CAPVT

Secundò, in probabili suspitione fugę. Tertiò, in despe-
rata affectione morituri. Quartò in coacta, atque labo
riosa ægri solutione, si id euidens, atque expertum me-
dico sit. Igitur his merces procuranda est, addendum
tamen præceptum sequens maximè necessarium. Ra-
rò iustitiæ viribus cum ægro pugnare conuenit. si quan
do, cum vili, & malè affecto homine, & eò magis cum
nimiæ ingratitudinis vitium, vel similis iniuria causæ
fuerint. Et hæc de hac secunda sectione, in qua cons-
tat quantus, & qualis medicus esse debeat: quomodò
ægros aggrediatur: vt eisdem commoretur, & ab ipsis
discedat: vt cognoscat, vt curet, vt præsagiat. Nunc vi-
deamus qualis æger esse conueniat cum
suis & assistentibus, &
famulis.

SECTIO

SECTIO III.

De ægro, aſsiſtentibus, atq; ijs quæ forinſecùs occurrunt.

ARGVMENTVM.

QVONIAM HÆC tractatio magis aſsiſtentibus, ac ægris attinet, minùs medicis; ideò hāc illi legant, vt meliorem ſalutis, & medicinæ fructum comparent: legant & medici, vt eos ſui muneris neceſsitatem docere poſsint.

CAPVT

CAPVT I.

De communi horum necessitate, ac ratione.

OPortere non tantùm medicum, sed & ægrum, assistentes, & exteriora curationi præesse, & suo, vt decet, fungi officio consulit parens ille medicinæ in principio doctrinæ aphoristicæ: ideòque 6. vulg. 2. tex. 51. inquit: *Aegri est vna cum medico morbo reluctari.* Hoc autem non de hoc solùm, sed de illis etiam interpretari potest. At de pronuntiato nullus in reliqua posteritate dubitauit: modus tamen, & ratio concurrendi non ita constat: quarè in sequentibus hoc per sua capita examinandum.

CAPVT II.

De ægro.

ÆGrum maximum esse curationis momentũ præter adducta Hipp. testimonia, dictat quotidianũ experimentum: vndè Gal. 1. de dieb. decret. 11. castigãs istius peccata sic ait: *Itaque morbi, qui sine periculo sunt ob delicta diuturni esse solent: qui incolumitatem pollicentur nõ tamen sine periculosis simptomatibus, ob errata lethales fiũt: quin etiam illi, qui omni periculo vacant multis, magnisque erroribus commissis in lethalium naturam incidunt: nec mirum esse puto: cum enim insanis delicta grandia morborum lethalium causæ sint, quid in ægrotis expectãdum est.* Idcirco

qualis

qualis æger esse conueniat, nunc dicendum tribus propositionibus rem absoluentes. Prima, quid in ægro ante medici aduentum. Secunda, quid hoc curante. Tertia, quid discedente conferat.

Prima propositio. Interest ægris primo morbi insultu vocare medicum, nec fidere paruitati affectus incipientis: quia ob inopiam artis, & artificiosæ coniecturæ possunt decipi: occasio verò, vt dictum est sæpè labitur: vndè sequitur maximum salutis, vitæque detrimentum. Confirmatur, si multi latentes morbi sensim repunt, & fallunt medicos, faciliùs ægros. Ideò neque tentare nobile remedium securum est: tutius, & laudabilius si præparent se diæta, & bono vitæ regimine, quod & ipsis medicis in dubia morbi cognitione vtilissimum proposuimus: sed longè vtilius medicum breuì accersere.

Secunda propositio. Præsente iam medico primò debet æger enarrare quæcũque possunt detegere & morbum, & constitutionem, quam habuit seu naturalem, siue adquisitam. Ad hęc sufficienter respondere ad omnes medici interrogationes: aliter in sui detrimentum multi peccant silentes, vel decipientes similitudine eorũ, qui confessoribus peccata abnegãtes sibi ipsis ęternã mortem machinantur. Prauius, & stultius expectare medicorũ vaticiniũ in pręsagijs, vel in curatione miracula: cũ hoc enim in cõiecturali arte nõ detur, ab ea posci nunquã potest, hac igitur in parte æger medicũ iuuare debet, nõ impedire. Insuper verũ fateatur: siquidem multa suspecta in ægris sunt, quæ medicis imponunt, & familiaribus insidiantur, 1. de præsag. expulss. cap. 1.

alij

alij medicos arguunt; alij irretire contendunt, quod de testandum censetur. Secundò, ægri fiducia maximè cō ducit, siue hæc de medico, seu de medicamento concipiatur: sæpè inculcat omnis medicorum schola, & meritò: nam si reliquæ animi affectiones multum valent ad immutanda corpora meliori iure fiducia, quæ cor stabile, ac firmum reddit: vnde Auic. 6. nat. *Aegri fiducia & arti, & consilio, & instrumentis præferenda est.* Nos autem huius, & cæterarum passionum vires in poesi latè, fusèque explicuimus. Monet tamen Gal. non ita cōfidant ægri, vt se sine periculo iudicantes medicis non obtemperent, 6. vulg. 2. tex. 33. quare & tertiò de obedientia, quę in ęgris quęritur. Tertiò, de causa obedientiæ sic Hipp. lib. de art. *Aegri verò neque qua parte laborent, neque ob quam causam laborant, neque quid ex horum similibus fiet scientes medici imperio subiacent dolentes ob præsentia, timentes autem futura.* De inobedientibus, sic: *Pleni quidem morbo, inanes autem ciborum ea, quæ morbo grata sunt, quàm, quæ ad sanitatem faciunt assumere malunt, mori quidem non amantes, sed tolerare non potentes.* His positis, obedientia ægri, siquid aliud, necessaria ad curationem. Monet, 1. aphor. 1. & 1. de ijs, quæ in med. fiunt. 19. immobilem præcipit in actione chirurgica: parens enim in vtraque citiùs, & meliùs sanatur: ijs verò qui non parent nullum medicinale auxilium dandum præcipit Gal. lib. de ven. sect. cap. 7. & 1. de dieb. decret. 11. & 6. de san. tuen. Accedit excellens virtutis donum de qua 1. Reg. *Melior est obedientia quam victima.* Quia, vt ait Greg. lib. 3. moral. *Per victimas aliena caro, per obedientiam voluntas propria mactatur.* Ideò idem: *Obedientia sola virtus*

virtus est, quæ menti cæteras virtutes inserit, incertasque custodit. Aduerte tamen leges obtemperantis: non enim debet interpretari modum, & rationem imperantis, neque minuere mandati vires: nam vt inquit Bernard. de præcept. & dispens: *Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, nec contenta angustijs professionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne, quod iungitur spontaneo vigore liberalis, alacrisque animi, modum non considerans in infinitam liberalitatem extenditur.* Vnde idem: *Non attendit verus obediens quale sit, quod præcipitur.* Igitur & ægri fiducia, & obedientia iuuant medicum: defidentia verò, atque repugnantia curationem turbant.

Tertia propositio. Discedente medico ægris duo cõueniunt, eaque maximè necessaria. Primum gratitudo tanti beneficij: hæc enim excellens virtus, inquit Seneca: *Credamus itaque nil esse grato animo honestius: omnes hoc vrbes, omnes etiam ex barbaris nationibus gentes conclamabunt: in omni iudiciorum diuersitate referendam bene merentibus gratiam omnes vno ore affirmabunt, in hoc discors turba consentiet.* Nec tantùm propter tantæ virtutis excellentiam amplectenda est, sed propter quæ sequuntur commoda: nam ex eodem lib. de benefic. *Qui gratè beneficium accipit, primam eius pensionem soluit.* Et Chrisost. sup. Matth homil. 25. *Optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum.* Cassiod. sup Psal. *Quoniã misericordia tua ante oculos.* Inquit: *Ingerer sibi subuenire facit, cui collatum beneficium ante oculos semper assistit.* Et rursus idem: *Meliora meretur suscipere, qui collata bona de corde non amittit, & ad magna inui-*

tat, qui gratanter suscipit modica, atque spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit. Addenda tamē lex, atque modus, & prudenter agendæ sunt gratiæ: nam vt inquit Sen. cit. epist. *Sapienti notum quanti res quæcunque taxanda sit: nam stultus etiam si bonæ voluntatis est, aut minùs quam det, aut tempore, aut quo non det, reddit loco, aut in quod reddendum est, effundit, atque abijcit.* Secundum, liberalitas, non enim satis est demisso capite, & genu inflexu gratè respondere, sed id adimplere manu liberali: siquidem opus hoc in posterum noua vrgente necessitate non parum iuuat: aliter iners medicus, & minimè sedulus inuenitur. Accedit liberalitatis regale donum, de quo satis lib. 5. nostræ poesis. Igitur & gratum, & liberalem ægrum esse conuenit; sic vt supra fidum, obedientem, & promptum ad ea quæ a medico interrogata fuerint: ita magnum præstabit ad curationem negotiū. Nunc quales & ministros esse oporteat inquiram⁹.

CAPVT III.

De assistentibus, & ijs, quæ forinsecus occurrunt.

QVæruntur & assistentes idonei ad gubernandas res ægrotantium. Consulit Hipp. 1. aphor. cit. obidque lib. de prob. inquit: *Ne rudibus mādaueris; nam malè facti vituperium ad te veniet.* Et lib. de dec. orn. *Imperitis nunquam quidquam procurandum committes: sin minùs eius, quod malè factum est, vituperium in te incidet.* Igitur præstabit assistens si cuncta, quæ ministrat, a medico fuerint instituta; si alia non aliter innoucr-

nouet: qui suadeat vt illi æger obtemperet: hunc lætare, & solari studeat: qui vasa munda ferat, cibos benè paratos offerat, & tandem externos, qui nocent, occursus arceat: nocent verò continentis iniuriæ, venientium strepitus, præsertim ad somnos, ita passiones animi, timor, ira, tristitia, nuntium repentinum, ac malum, iniucunda, vel nimis prolixa conuersatio, & similia, quę assistentem moderari conuenit. Pre omnibus tamen pietas quædam, & lenis mansuetudo ad hoc requiritur: vndè mulieres hac saltem parte præferuntur, quia molliores sunt, & tenero quodam affectu ægrotos mouent, coque magis, quia in arte culinaria viris præstant: in hac autem ægrorum ministri sufficienter debent exerceri: aduerte tamen in fœminis, ne noceat suspecta malitia, vel lasciuiens intuitus. Addit Hipp. cit. de dec. orn. ministrum medicæ artis non omnino alienum. Adde satis meliorem si fuerit aliquis ex discipulis, qui præsens instet, vt æger præceptis non amarulentè vtatur, & quod mandatum est, faciat. Rursus hoc præsente nihil latet per interualla contingens: imò sufficientem relationem suggerit tum pręgressi simptomatis, tum varij decursus affectionis, & ægri patientis. Ad hæc pro varia oblata occasione addit, quæ commodiora visa sunt, & magis vtilia, securè offert: alia prætermittit, alia moderatur secundum tenorem, nobis occursus à morbo minimè coniectati: quippè multa inopinatè, quædam præter rationem succedunt! Ergo si medicus opportuna fecerit, nec quidquam prætermiserit ægro pertinens: si pari-

si pariter infirmus obtemperet minimè sibi indulgens, & idonei sint tùm qui assident, tum quæ foras occurrunt, rectè procedet artis opus. Aliter vel curationem, vel prænotionem, vel vtrunque simul præuerti contingit 1. de dieb. decr. 11. & 1. aphor. 1. Propterea ad nostri operis lectionem hæc tandem maximè necessaria adhibuimus medicum, ægrum, & cum exterioribus assidẽtes. Quoniam verò maior pars huius muneris incumbit medico, de hoc fusiùs disputauimus: de ægro, & assistentibus hæc dicta satis, atque de hoc libello medicæ considerationis, ac de toto medicinæ flosculo, siue compendio.

Cum licentia, Malacæ, ex Typographia Ioannis Serrano de Vargas. Anno 1635.

INDEX RERVM notabilium, quæ in hoc volumine continentur.

A

ÆGer a medico videndus est, nec fidendum relationi assistétium. Libel. addit. fol. 19. pag. 1. & 2.
AEgri qui difficilè curari solent, fol. 44. pag. 2. Ad hos quæ conferant, ibid. pag. 2. & seq. Quæ his licétiæ concedi debeant, fol. 45. pag. 1. Quando cogendi vt e lecto surgant, fol. 46. pag. 1.
AEgrorum furta, & simulationes quomodo deprehendenda, fol. 49. pag. 1. Quando, & quomodo ab his recedendum, fol. 51. pag. 2. & seq. Quomodo a recediua sint continendi, fol. 53. pag. 2.
AEgrũ multùm posse in curatione, fol. 55. pag. 2. Qualis hic esse conueniat, fol. 56. pag. 1. & seq. Quæ hic debeat enarrare, fol. 56. pag. 1. Quid contra medicos faciat, ibid. & pag. 2. Huius fiducia quantùm cõferat, ibid. Quid huic cõueniat in discessu medici, fol. 57. pag. 1 & 2. Liberalis esse conuenit, ibid.

††† Affe.

Affectus qui signis non indigent, Libel. addit. fol. 23. pag.1. Qui sedulam quærunt speculationem, ibid.

Alopecia vnde dicta, lib.1.sect.1. fol.11. pag.2. Huius curatio fol 12.pag.1.& 2.

Amor herous quid,& vnde dictus, lib.1. sect.1. fol.48. pag.2. Huius morbi prognostica,fol.49.pag 1. Curatio,ibid.

Anginæ nomina lib.1.sect.2.fol.5.pag.2. Differentiæ, ibid. Signa, fol.6. pag.1. & 2. Prognostica, fol.7. pag.1. Curatio ibid.pag.2. Victus anginæ conueniens, ibid. Phlebotomia, fol.8. pag.1. Purgatio, ibid. pag 2. Particulares diuersiones, ibid. pag.2. Localia,ibid.& seq.

Anima hominis rerum sublunarium nobilissima est, li. 1,sect.1.fol.1.pag.2.ad fi.

Anodina quæ dicantur,& quomodo doloribus conferant,lib.2.fol.61.pag.1.

Aquæ frigidæ potio quibus conueniens, lib. 2. fol. 21. pag.1.

Appoplexia, lib.1. sect.1. fol.56. pag.2. Nomina,ibid. Definitio,ibid. Differentiæ & causæ, fol.57. pag.1. & 2. Signa, fol.58. pag.1. Huius cum alijs affectibus complicatio,ibid.pag.2. Vt appopletici a mortuis distinguantur,ibid. Cur in his non cesset respiratio,si omnis cerebri inflexus perpeditur, ibidem. Quare aliqui per interualla sentiant, & conuellantur, ibidem. Huius morbi prognostica, fol.59. pagin.1.

Asisitentes quales esse debeant, Libel. addit. fol. 57. pag.2.& seq.

Beati

B

Beati qui sani sunt, Libel. addit. fol.
Bilis nomina, lib. 2. fol. 22. pag. 1. Temperamentum, ibi. & pag. 2. Species, ibid. fol. 26. & seq. Quę naturalis, fol. 22. pag. 2. Sanguine quomodo calidior, fol. 26. & seq. Quæ præternaturalis, fol. 23. pa. 1. Vitellina duplex, ibid. Porracea seu prasina, ibi. & seq. Aruginosa, fol. 24. pag. 2. Zinaria, ibid. Cerulea, seu glauca, fol. 25. pag. 1. Rubra, ibid.
Bilis differentiæ, ibid. & pag. 2. Quos ferat circuitus, ibid. & fol. 26. pag. 1. An citra putredinem febrem gerat aliquando, fol. 26. pag. 1. & 2.
Biliosæ febris causæ, fol. 27. pag. 1. Signa, ibid. & pag. 2. Prognostica, fol. 28. & seq. Curatio, fol. 30. pag. 2. & seq. Phlebotomia in eadem, ibid. pag. 2. Purgatio, fol. 32. pag. 1. & seq. Vomitus, ibid. & seq. Cætera curatio, ibid.

C

Caluitium soli homini contingit, nec commendatur, lib. 1. sect. 1. fol. 10. pag. 1. Quibus partibus, animalibus, ætatibus, &c. accidat, quibus non, ibi. p. 2. Istius causæ, ibid. & seq. Cur æthyopibus nō eueniat, palpebris rarior, senibus frequēs, ibi. Vnde sic dictū, fol. 11. p. 2. Quomodo ab alopecia distinguatur, ibi. Huius morbi prognostica, f. 12. p. 1. Curatio ibi.

Calumnia quomodo fugienda, Libel. addit.fol.40. p. 2.& seq vsque ad fol.49.

Canities a quibus causis,lib.1.sect.1.fol.8.pag 2. Qualis ex Arist.fol 9.pag.1. Quibus partibus, & ætatibus familiaris, ibid.& pag.2. Pili infirmitas cur dicatur,ibid.Cur plantæ non hanc patiuntur, vt nec alites, nec multa brutorum,ibid. Quare timentibus, ac mæstis superueniat,atque homini soli contingat, ibid.& seq.

Capillorum nomina, lib.1.sect.1.fol.5.pag.1. Causæ, ibid.pag.2. An verè nutriantur,fol.9.pag.1. Horũ tempus, ibid.pag 2. Eorundem locus in varijs naturis,ętatibus,& partibus corporis,ibid.& fol.7.p.2

Capillorum colores, ibid. & seq. Variæ figuræ, fol. 8. pag 1. & seq. Ab imaginatione interdum mutari solent,ibid. Horum morbi,fol.11.pag.2. His extirpandis quæ conferant,fol.13.pag.1.

Capitis figura,lib.1.sect.1.fol.3 pag.2. Quantitas,fol. 4 pag.1. Quæ pręferenda in hominibus, ibi.& p.2.

Capitis nomina,fol.2 pag 1.& seq.

Capitis generalis diuisio, ibid. Dignitas, ibid. Vsus, fol.3.pag.1.

Capitis cutis nomina,& definitio,fol.13. pag.1. Vsus, & forma,ibid. Huius morbi,ibid.pag.2.

Capitis caro qualis,ibid. Quos habeat morbos,ibid.

Capitis doloribus meninges magis affici,fol.25. pag.1.

Capitis dolorum differentiæ ex causis, ibid. Ex loco, ibid. Ex tempore, facilitate, aut difficultate, ibid. Ex modo,fol.26.pag.1. Ex condolentia,ibid. Antecedentes illius causæ,fol.25.pag.2.

Capitis

Capitis dolentis a varijs caufis figna,fol.26. pag.1. Vniuerfalis eiufdem curatio,ibid.
Caput animæ domicilium eft,fol.1.pag 2. Quare clariorem locum obtinuit, ibid.
Caput canis vnum habet os, fol.15. pag.1. In homine fic vifum Arift.& multiplicibus futuris textum, ibi.
Caro quibus modis accipiatur, lib.1. fect.1.fol 13. p.2.
Carus quid & eius figna,lib.1.fect.1.fol.29.p.1. & feq.
Catalepfis ibid.
Catharr⁹ quid,lib.1.fect.2.fol.11 pag.2. Nomina, ibi. Differentiæ,ibid. Caufæ,fol.12.pag.1.& feq.
Catharrus per confenfum,fol.12.pag.2.
Catharri externæ caufę,fol.13.pag.1. Signa, fol.14.p. 1. Prognoftica,ibid.pag.2. Curatio, fol.15. pag.1. & feq. Victus catharro congruus,ibid. Huius vniuerfalia remedia, fol.16. pag.1. Phlebotomia quæ huic conferens, ibid. pag.2. Quæ purgatio, fol.17. pag 1. In catharro quæ admouenda gutturi intro, & extra,ibid.fol.2. Quæ in hoc reuultio, fol.18. p. 1.& feq. Quæ localia capiti admouenda, fol.19. p. 1. In quo finapifmis, & fimilibus vti liceat, fol. 18. pag.1. & feq. Quæ localia capiti admouenda, fol. 19.pag.1.
Caufonis figna,lib.2.fol.28.pag.2. Idem a phlegmate,ibid. Prognoftica,fol.24.pag.1.& feq.
Cerebri nomina,lib.1.fect.1.fol.26.pag.2. Huius præftantia,ibid.
Cerebri fubftantia,fol.27.pag 1. Quantitas, ibi. Téperies,ibid. Motus, ibid.pag.2. Vfus, ibid. Quæ de hoc quæftiones minùs neceffariæ,ibid An inflã-

mationem pati possit,fol.16.pag.1.& seq.
Coctiones quot, & quales in corpore quæ veræ, quæ minus,lib.2.fol.1.pag.1.
Cognitio in quibus facilis,aut difficilis,Libel.addit.fo. 21.pag.2.
Cognitio duplex,ibid. Quantùm conferat ad curationem,& prænotionem,fo.2.pag.1. Ad cognitionem quæ aduertenda,ibid.& seq. Cognitio morbi quibus diebus a medico sit postulanda,fol.27.pag.1. Ad prędictionem maximè iuat,ibid.
Contenta quæ ab Hipp.lib.2.fol.1.pag.1.& seq.
Continentia quæ sint,ibid.
Conuulsio quid sit,lib.1.sect.1.fol.60.pag.1.
Conualescentes ritu sanorum non esse gubernandos, Libel.addit.fol.53.pag.2.
Cordis nomina,lib.1.sect.2.fol.20.pag.1. Principatus, ibid. Si conferatur cerebro ac hepati, ibidem, pag. 2.& seq.
Cordis temperamentum, fol.21. pag.1. & seq. Situs. fol.22.pag.1. Ventres,ibid. Figura, ibidem,pag.2. Quantitas,ibid. An morbos patiatur,fol.23.pag.2. & seq.Duo cordis munera,a quorum lapsu duo morbi sincope,& palpitatio,fol.25.pag.1.
Cranio cur rotunda figura,lib.1.sect.1.fol.15.pag.1.
Cranij,& pericranij nomina,partes,figura,vtilitas, &c. fol.14.pag.1.& seq.
Cranij morb.fol.15.pag.1.
Crises cur paucæ nostro tempore,Libel.add. fol.29. & seq. An aliquando protrahantur,fol.32.pag.1. Per quæ coligatur, ibid.pag.2.

Curationis definitio, Libel. addit. fol. 33. pag. 1. Vt distinguatur a prouidentia, & præseruatione, ibid. & p. 2. Quibus perficiatur, ibid.

Curationis diuisio, ibid. In curatione tria seruanda, f. 34. pag. 1. An hæc sanis adhibenda, ibid. pag. 2. & seq. Quibus morbis conueniat, fol. 35. pag. 2. Sine præcedenti cognitione bene perfici non potest, ibi. In curatione cur mutanda eadem remedia, ibi. Nõ eadem omnibus adhibenda, ibid.

Curationis variæ indicationes, fol. 36. pag. 1. & seq. In eodem morbo quando varianda, fol. 38. pag. 1.

Curationis mensura dificilima, ibid. Quomodo assequatur, ibid. An semper contrarijs perficienda, & qualibus, fol. 39. pag. 1. & seq. In curatione cum multa conueniunt cui priùs occurrendum, ibid. pag. 2. Quando hæc tardanda, vel acceleranda, fol. 40. pag. 1.

Curationis ordo, ibid. Quando in hac a leuiori, ve fortiori incipiendum, ibid. In curatione vt fugien da calumnia, fol. 42. pag. 1. & seq.

D

Doloris nomen vnde, lib. 2. fol. 59. pag. 2. Doloris essentia, ibid. Causæ, differentiæ, signa, ibid. & seq. Prognostica, fol. 60. pag. 1. & seq. Curatio, ibi. & seq. Dolor quomodo dolorẽ sedet, f. 60. p. 2. Quæ dolorẽ curẽt, f. 61. p. 1, & seq. Doloris duplex curatio, f. 61. p. 2. Eiusdẽ cõmunis curatio, ibi.

E

EBrietas quid,lib.1.sect.1.fol.60.pag.2.
Empyrici an audiendi,Libel.addit.fol.47. pag.2.
Quæ noscant, fol.17.pag.2.
Ephimera communis morbus spirituum, lib.3. fol.7. pag.1. Nomina huius febris, ibid. Subiectum, & differentiæ, ibid. An quatuor percurrat tempora, ibid. Quæ ex feruore sanguinis oritur ad hanc reduci potest,ibid. Sic ab obstructione citra putredinem,ibid.pag.2. Hæc non putrida,non hectica, sed media inter vtranque, ibid. Quod interuallum in transitu diariarum ad putridas,ibid.
Ephimerearum differentiæ an sumãtur ab externis causis,ibid. An varij spiritus has constituant, ibi. An detur ephimera putrida, fol.8. pag.1. An cum putrida,vel hectica iungatur, ibid.pag.2. & seq. Causæ ephimeræ,fol.9.pag.1.& seq.
Ephimeram cur interdum sudor sequatur,si non datur sudoris materia,fol.10.pag.2. Quando in hac horror,fol.11.pag.1. Signa magis propria cuiusque speciei,fol.11.pag.1.& 2. Prognostica,ibid. Quę vltra diem extendatur,ibid. Quæ pendet ab obstructione,vel sanguinis feruore media est inter putridam & diariam,ibid. An sit difficilis cognitionis, fol.12. p.1. Signa permutationis huius in febres alias, ibid. Curatio,ibid.pag.2.& seq.
Ephimeræ vinum vt concedendũ, fol.13. pag.1. Huic bal-

balneum ferè conuenit, ibid. Curatio particularis per species, ibid. & seq.
Epileptia quid, lib. 1. sect. 1. fol. 60. pag. 1.
Experimenti vires, Libel. addit. fol. 17. pag. 1. An præstet rationi, ibid. & seq. Rationi adiunctum quantũ possit, fol. 18. pag. 2. & seq.

F

FAma quomodo aucupanda sit, Libel. addit. a fol. 40. vsque ad 48. & seq.
Fatuitas, lib. 1. sect. 1. fol. 56. pag. 2. Huius differentia a læsa memoria, ibid. Huius deliria vt a phreniticis, & melancholicis distinguantur, ibid. Nomina hui⁹ morbi, ibid. pag. 2. Causæ, ibid. Curatio, ibid.
Fauces, & quæ his vicinæ sunt partes, lib. 1. sect. 2. fol. 3. pag. 2.
Febris putridæ subiectum, lib. 2. fol. 9. pag. 1. Vnde ortum habeat, ibid. Num febris hepatis etiam commertio accidat, ibi. Num corpus vniuersum necessariò in febre incalescat, ibid. Num in hac omnes corporis facultates vna lædantur, ibid.
Febrium putridarum differentiæ, ibid. pag. 2. Causæ, ibid. & fol. 10. pag. 1. & 2. Ad febres putridas qui paratiores, ibid.
Febris signa, fol. 11. pag. 2. Prognostica, fol. 12. pag. 1. & seq. Curatio, ibid. & seq.
Febris putridæ vniuersalis curatio, fol. 13. pag. 1. & seq. Num sit in hac semper a phlebotomia incipiendum,

 fol.

fol.14.pag.1. Qui victus huic conferat, ibid. pag.2. & seq.

Febris sanguinea an detur distincta a biliosa, fo.18.pag. 1.& seq. Quid Gal. de hoc senserit, ibid.& sequent. Num sicut sanguinea biliosæ succedit, sic illa huic, fol.19. pag.1. An sanguinea cum alia febre possit complicari, ibid.& seq. An & hæc periodica inueniatur, ibid. Huius nomina & differentię, ibi. Causæ, fol.20.pag.1. Signa, ibid. Prognostica, ibidem, pag.2. Curatio, ibid.& seq.

Febris pituitosæ ratio, signa, prognostica, curatio. Vide pituitosa febris.

Febris erraticæ nomina, fol.40.pag.1. Differentiæ, ibidem. Causæ, ibid. Signa, prognostica, curatio, ibi. pag.2.

Febris melancholica. Vide quartana.

Febres compositæ quæ sint, fol.49.pag.1. Harum nomina & differentiæ, ibid. & seq. Signa, ibid. pag.2. Prognostica, fol.51.& seq.

Febris malignæ nomen fol.53.pag.1. Differentiæ, ibi. & seq. Causæ, ibidem, & seq. Signa, fol.54.& seq. Prognostica, ibid.& seq. Curatio, fol.56. pag.2. & seq.

Febres quæ cum accidentibus eueniunt, fol.58. pag.1. Curatio, ibid.pag.2.& seq.

G.

GAlenus non fuit gloriæ ambitiosus, Libel.addit. fol.4 pag.2.

Garrothilus quid, nomina, essentia, signa, prognostica, fol.10.pag.1.& 2. Curatio, fol.11.pag.1.
Gratitudo excellens virtus, Libel. addit. fol.57. pag.1. Huius commoda, ibid. Huius lex, ibid. pag.2.

H

HEmitritæus. Vide febres compositæ.
Hepatis nomina, lib.1.sect.3.fol.35.pag.1. Necessitas, ibid: Principatus, ibid.pag.2. Cur quatuor substantias separet, vnam ventriculus, ibid.p.1. Cur non quatuor excreméta, ibid.& pag.2. Huius temperamentum, fol.36.p.1.& seq. Situs, figura, constitutio, fol.37.p.1.& seq. Quibus animantibus multifidum, & quare, ibid. An timidis tale sit, ibi. Cur ventres non habet, vt cor, ibid.pag.2. Illius partes, fol.38.pag.1. Harum vsus, ibid.
Hepar morbosum quibus notis deprehendatur, fol.39. pag.2. A phlebotomia dextræ manus refrigeratur, fol.38.pag.2. Cur obstructionibus sit obnoxium, fol.39.pag.1. Si obstructionibus obnoxium cur astringentia desiderat, ibid.pag.2.
Hepatis magni, & parui indicia, fol. 39. pag. 1. Huius morbi magis proprij qui sint, ibid. Quomodo tales affectus sint distinguendi, fol.40.p.1.
Hepar an solus autor humorũ quatuor, fo.3.p.2.& seq. An sanguine nutriatur, aut alio humore, vt alia mẽbra, fol.6.pag.2.
Hepatica vt contingat, fol.39.pag.2.& seq.

Hepaticæ affectionis nomina, fol.49.pag.2. Causæ, & differentiæ, ibid. & seq. Signa, ibid. & pag.2. Prognostica, ibid. Curatio, ibid.

Hepatici cur non sint qui hydropem patiantur, fol.49. pag.2.

Humores qui dicantur, lib.1. sect.3. fol.1. pag.2. Alimentitij qui sint, & qui excrementitij, ibid.

Humorum quantitas, fol.4. pag.2. Signa ciuiuslibet humoris redundantis, fol.4.pag.2. & seq.

Humores tertiæ coctionis qui sint, fol.6. pag.2. An omnes humores eant in nutritionem totius, vel solus sanguis, fol.6.pag.2.

Hydrops, & eius species ad quid sequantur, lib.1. sect. 3.fol.39.pag.2. Huius nomina, ibid. Differentiæ, ibid. In hydrope quæ affectum hepar indicent, fol. 43.pag.1. Cur in hoc palpebræ noctu, diu pedes intumescant, ibid. Cur venter non deijciat, ibi. Cur ędemata per corpus fiant, ibid. Signa hydropis qui ab inannibus prouenit, ibi. A prolixa euacuatione, a renum vitio, a suppresis mensibus, ibid.pag.2. Differentia ab impregnatione vel mola, ibid. Vbi in his aqua, vel flatus contineatur, & per quos ductus ad ventrem confluat, ibid. In hydrope diuersa varij generis prognostica, ibid. & seq. Huius causæ, fol.41.pag.1. An semper iecur causa sit, ibi. Num semper frigus causa sit, ibid.pag.2. Signa cuiusque speciei, fol.42.pag.2. Ex speciebus quæ difficilior, fol.42.& seq.

Hydrops meliùs curatur in seruis quàm in liberis, fol. 6.pag.1. Huius vniuersalis curatio, ibid. & pag.2.

Pecu-

Peculiaris curatio aſchitis, ibid. & ſeq. Peculiaris tympaniæ, fol.48. Peculiaris anaſarcæ, ibidem,& ſeq.
Hydropem quæ accidentia comitari ſolent, & qua ratione ijs occurrendum,fol.49.pag.1.& ſeq.

I

IEƈticatio quid,lib.1.ſect.1.fol.60.pag.1.
Incubi nomina,lib.1.ſect.1.fol.36. pag.1.& 2. Definitio,fol.37.pag.1. Cauſæ,ibid. Cur ſomni initio fermè accidat,ibid.pag.2. Signa, ibid. Prognoſtica,ibid. Curatio,fol.38.pag.1.
Indicationes variæ,Libel.addit.fol.37.pag.1. Quomodo indicent tempus,& ſimptomata,ibid.

L

LEthargus cui membro competat, lib.1. ſect.1.fol. 28.pag.1. Huius nomina,ibid. Signa, cauſæ, & differentiæ,ibid.pag.2.
Lethargi a catalepſi diſtinctio,fol.29.pag.1. Et a reliquis capitis affectibus ſoporoſis,ibid.pag.2.
Lethargi ſigna,fol.30.pag.2. Prognoſtica, ibid. Curatio,fol.31.pag.1.& ſeq.

Maniæ

M

Maniæ nomina & differentiæ, lib.1.sect.1. fol.50. pag.1. Signa,ibid. Causæ, ibid.pag.2. An a pituita gigni possit,ibid.& seq. An febrem adiunctam habeat,fol.51.pag.1. Signa futuræ,ibid. pag.2. Prognostica,ibid. Curatio, fol.52.pag.1. Euacuationes,& diuersiones,ibid.p.2. Localia,ibid.

Medicinæ nomen vnde dictum,Libel.addit. fol.1. ante numerum.

Medicinæ inuentio, & propagatio, fol.1. pag.1. Tria huius principia,ibid. Nobilitas,fol.2. pag.1. Vtilitas,fol.3.pag.1,& seq. Necessitas,fol.4. pag.1. Iucunditas,ibid.& seq. pag.2. Certitudo, ibidem,& seq.

Medicinam quæ mulieres professæ sunt,ibidem.

Medicinæ laus & vtilitas, fol.3. pag.2. Quæ certa, & quæ incerta sit,fol.5.pag.1.

Medicinæ difficultas,ibid.& pag.2. Definitio,fol.6.p. 1.& 2. Diuisio,ibid.& seq. Subiectum, fol.8. pag. 1.& 2. Finis,ibid.

Medici qui extiterunt,fol.2.pag.2.

Medici variæ definitiones,fol.9.pag.1.

Medici ortus,& educatio,ibid.pag.2. Eiusdem charitas,& mansuetudo,ibid. Prudentia, & bona fortuna,ibid. Christiana religio, fol.10. pag.1. Reliqui mores,ibid.& seq.

Medi-

Medicorum peritia, fol.12.pag.2. Quos libros legere conueniat, ibid. Quæ vniuersim scire debeat, f.13. pag.1. Num philosophus esse debeat, ibid.p.2. An logicus, fol.14.p.1. An astrologus, ibid.p.2. Vtrũ anatomicus. Num poeta, fol.15.pag.1. An rethoricus, ibid. An eruditus, ibid.pag.2. An instructus artibus liberalibus, ibid.

Medici empirici, fol.16.pag.2. Rationales, f.17. pag.1. Methodici, ibid. Dogmatici in quibus præferendi empyricis, fol.18.pag.1.& seq.

Medicus quid primo introitu agere debeat, fol. 20. & seq. Quid post ęgrum visum primò debeat contẽplari, fol.23.& seq.

Medicus qui præferendus, fol.22.pag.1. Qualis ad curationem quæratur, fol.34.pag.1. Qui bonus quibus in morbis magis excellat, ibid.

Medicum quando tentare conueniat, ibid. pag.2. An hic semper debeat imitari naturam operantem, fol. 37.pag.2.& seq. Quæ medicis conueniant, fol.41. pag.1. Quomodo calumniam effugiât, ibidem, pag. 2.& seq.

Medicus debet ægri animos tollere, fol.45.& seq.

Medici cum alijs medicis conuersatio difficilima, fol. 47.pag.1. An plures, vel vnus præstet ad curationẽ. An gratis curare debeat, vel merces ab eo petenda, fol.54.pag.1.& seq.

Melancholiæ redundantis signa, lib.2.fol.6.pag.1.

Melancholicus humor quomodo terrorem incutiat, lib.1.sect.1.fol.41.pag.1.& seq.

Melan-

Melancholiæ num perpetuò mœror accidat, fol.42. pag. 1. Cur aliqui melancholicorum magis rideant, læ-tentur, & saliant, quàm in statu virtutis integræ, ibi. pag.2. Cur in calido hepate maior melancholiæ humoris frigidi portio generetur, ibid.

Melancholiæ morbi signa, fol.43. pag.1. Prognostica, ibid. pag.2. Curatio, fol.44. pag.1.

Melancholicis victus conferens, ibid. pag.2. Phleboto mia, fol.45. pag 2. Purgatio, fol.46. pag.1. & seq. Diuretica, ibid. Localia, ibid.

Melancholię hyppocondriacę nomen vnde deductum, fol.47. pag.1. Causæ, ibidem. Signa, ibid. pag.2. Prognostica, fol.48. pag.1. Curatio vniuersalis, ibidem. Victus, ibid. Phlebotomia, ibid. Vomitus, ibid. pag.2.

Melancholiæ nomina, natura, & vsus, lib.2. fol.40. pag. 1. Temperamentum ibid. pag.2. Differentiæ, ibid. An detur ex phlegmate, & qualis sit, fol.41. pag.1. Huius causę, ibid. & seq.

Memoriæ differentiæ vsus, & sedes, lib.1. sect.1. fol.53. pag.1.

Memoriam a calore non deprauari, sed a frigore, vel mi nui, vel aboleri, ibid. pag.2. Peraccidens id accide-re posse, ibid. Triplex actus memoriæ, ibid. Causæ externæ quæ memoriam lædunt, ibid. Internæ, ibid. A quibus causis posśit omnino deleri, & a qui bus minui, fol.54. pag.1.

Memorandi ordines, ibid. Huius morbi signa, ibidem Prognostica, ibid. pag.2. Curatio, ibid. Quæ infirmam a natura memoriam in melius recipiant, ibid. & seq.

& seq. Quæ lapsam per morbum sanent, fol.55.p.2 Quibus ego memoriam auxerim, & tractu temporis languidiorem senserim, fol.54 p.2.& seq. Huius morbi a fatuitate differentia, fol.56.p.1.
Meningum nomina, numerus, diuisio, & vsus, lib.1.sect. 1.fol.15.p.1.& seq. Harum morbi, ibid.
Morbus nouus, Libell.addit. fol.42. pag.1.
Morbus deorum, ibid.
Morbo ignoto quid agendum, fol.21.pag.1.
Morbi, & virium magnitudo vt possit colligi, & quid de hoc Gal.fol.23.pag.2.& seq.
Morbi quantitas ex quibus coniectetur, fol.25.pag.1.
Mulieres ad curandos ægrotos viris præstant, Libell.addit.fol.58.pag.1.

N

NAturalis regio, lib.1.sect.3.fol.33. pag.2. Nomina, ibid. Situs, ibid. Figura, ibid. Partes continentes huius regionis, fol.34.pag.1. Contentæ, ibidem, pag.2.

O

OBedientia qualis virtus, Libell.addit. fol.56.pag. 2.& seq.
Obedientiæ leges, fol.57.pag.1.
Obediens verus, ibid.

P

PAlpitationis nomina,& differentiæ, lib.1. sect.2.p. 1.& seq. Causæ,ibid. Signa,fol.31.pag.2. Prognostica,fol.32.pag.1. Curatio,ibid.& seq.
Paralisis nomina, & differentiæ, lib.1.sect.1. fol.60.p.1.
Partes nostri corporis quot, & quales sint, lib.1. sect.1. fol.1.pag.1.
Pectus quid,& numerus partium quas continet, lib. 1. sect.1.fol.3.pag.1. Vsus,ibid. Nomina,fol.2.pag.1.
Phlebotomia vsque ad animi deliquium quibus conferat,lib.2.fol.21.pag.2.
Phrenitis an semper habeat adiunctam inflammationem,lib.2.sect.1.fol.17.pag.1.& seq.
Phrenitidis nomina,definitio,& causæ,fol.16. p.1. An cerebri sit affectus,ibid.& seq.
Phrenitidis differentiæ, fol.17. pag.2. & fol.10. pag.1. Quare pseudophrenitis a ventriculo non fiat, vt ab affecto septo. Cur non omnem febrem phrenitis sequitur,ibid.
Phrenitidis differentiæ ex loco, vel ex simptomate desumptæ,fol 18.pag.2. In phreniticis memoria propria læsione non offenditur,ibid.
Phrenitidis signa,fol.19.pag.1. Prognostica, ibid. p.2. Curatio,fol.20.pag.2.& seq.
Phrenitici cur cum paucis viribus validos motus habeant,fol.20.pag.2. Cur iactent linguam, & manus mobiliores sint reliquis membris, ibid. Cur

festu-

festucas colligant, ibidem.
Phreniticis qui victus, & aer conferat, fol.21. pag.1. & seq. Assistentes quales ad phreniticum quærantur, ibid. Quæ phlebotomia, fol.22. pag.1. Quæ purgatio, ibid. pag.2. Quæ reuulsio, fol.23. pag.1. Quæ localia, ibid. pag.2. Quare longior huius affectionis tractatus, fol.24. pag.1.
Pituitæ in melancholiam transitus an possibilis, lib.1. sect.1. fol.50. pag.2.
Pituita an solo hepate generetur, vel etiam ventriculo, lib.2. fol.4. pag.1. & seq. Huius redundantis signa, fol.5. pag.2.
Pituitæ nomina, fol.33. pag.2. Temperamentum, ibi. Differentiæ, ibid. & seq. Quomodo salsa euadat, fol.34. pag.2. An semper per hyemes crescat, fol. 35. pag.1.
Pituitosæ febris nomina, & differentiæ, ibidem, pag.2. Signa, ibid. & seq. Prognostica, fol.37. pag.2. & seq. Curatio vniuersalis, fol.38. pag.2.
Phlebotomia huic conferens, ibid. Vomitus, fol. 39. pag.1. Purgatio, ibid. Sudor, ibid. pag.2. Reliqua curatio, ibid.
Prognosticum a medico quando proferendum. Libel. addit. fol.27. pag.1.
Prognosticum quid, ibid. p.2. Huius diuisio, ibid.
Prognosticandi necessitas, ibid. Vtilitas, fol.28. pag.1. Certitudo, ibid. & seq. In præsagiendo modus obseruandus, fol.19. pag.2. & seq.
Prædictio in quibus morbis exercenda. f.30. p.2. Quæ peculiaria in morbis prædicenda, fol.30. pag.2.

Prænotio boni signi firmior est, quàm prænotio mali, fol.30.pag.2.
Prædictio sanitatis magis certa, quàm mortis, fol.31. pag.1. Illa medico vtilior, ibid.
Prædictio sanitatis quas conditiones habeat, ibidem. Quomodo suspecta salus prædicenda, fol.31.p.2.
Præsagium mortis qua ratione tentandum, fol.32. p.1.
Prognosticum durationis morbi quibus deprehendatur, fol.32.pag.1.
Prognosticum modi terminationis, ibid.
Prænotio diei iudicatorij non est impossibilis, ibidem. Ad prenotionem quæ aduertenda, fol.32 pag.2. In prædicendo vt fugienda calumnia, fol.41. pag.2.& seq.
Putredo an semper oriatur a prohibita ventilatione, lib.2.fol.11.pag.1. An in illa perpetuò fætor inueniatur, ibid.

Q

Quantitas remedij ex quibus sumatur, Libell.addit.fol.38.pag.2. Huius multiplicatio minùs secura, numeri securior, ibid.
Quartana, lib.2.fol 42.pag.2.
Quartanæ nomina, & differentię, ibid. Causę, ibidem & seq. Prognostica, fol.45.pag.1.& seq. Signa, fo. 43.pag.2.& seq. Curatio vniuersalis, fol.40.pag.2. Phlebotomia, fol.47. pag.1. Vomitus, ibid. Purgatio, ibid.pag.2. Cętera curatio, ibid.

R

Recidiua quando expectanda, Libell. addit. fol. 53. pag. 1. & seq.
Regio secunda, seu media. lib. 1. sect. 2. fol. 1. pag. 1. & seq. Huius nomina, ibid. Situs, ibid. Figura, & structura ibid. pag. 2.
Regio naturalis. Vide naturalis regio.

S

Salus omnium vitæ bonorum maximum, Libel. addit. fol. 3. pag. 2.
Sanguis quibus modis vitietur, lib. 1. sect. 3. fol. 40. pag. 1. Quibus hic modis peccet, lib. 2. fol. 8. pag. 2.
Sanguinis redundantis signa, fol. 5. pag. 2.
Sanguinis nomina, & natura, fol. 15. pag. 2. Temperamentum, fol. 16. & seq.
Sanguinis morbi, fol. 18. pag. 1. & seq.
Sanguinea febris. Vide febris sanguinea.
Sanguisugæ, & reliqua quæ os ingredientia guttur malè afficiunt, lib. 1. sect. 2. fol. 3. pag. 2.
Signa harum affectionum, ibid. Prognostica, fol. 4. p. 1. Curatio, ibid. Cæterorum differentia, & curatio, ibid. pag. 2.
Sanitas vniuersalis, & particularis aduertenda in morborum curatione, Libel. addit. fol. 22. pag. 2. Quid

habeat,

habeat,& vnde sumatur,ibid.pag.2. Definitio,ibidem. Vt dignoscatur,ibid.
Sensus interni distinctas habent in cerebro sedes,lib.1. sect.1.fol.18.pag.2.
Signorum diuisio,Libel.addit.fol.25.pag.1.& seq.
Sincope quid, lib.1. sect.2. fol.25. pag.1. Huius nomina,ibid. Differentiæ,ibid. Causæ coniunctæ, ibid. pag.2.Antecedentes,ibid.& seq. Quomodo ab his fiat sincope,fol.26.pag.1.& seq. Signa,ibid. & seq. Prognostica,fol.27.pag.2. Curatio vniuersalis, fol. 28.pag.1.& seq. Particularis,fol.29.pag.1.
Soporosarum affectionum triplex distinctio,lib.1. sect. 1,fol.29.pag.1. Curatio,fol.31.pag.1.& seq.
Spiritus disputatio, lib.3. fol.1. pag.1. ante numerum. Nomina,ibid.& pag.2. An in corpore sint spiritus, fol.2.pag.1.
Spiritus agilitas,& ad totum promptitudo,ibid.
Spiritus qui sint,ibid.pag.2. Variæ spiritus definitiones,ibid.& seq. A natiuo calore parum differt, non sic a qualitate temperamenti,fol.1.numerato,pag.1.
Spirituum numerus,ibid.pag.2. Duo genera spirituũ ibid. Influentium numerus,ibid. Naturalis an detur,fol.2.pag.1.& seq.
Spiritus genitalis,fol.3.pag.1. Locus spirituum varia elaboratio,& generationis materia,fol.3.& sequen. Motus spirituum,ibidem,pag.2. Officium spirituũ fol.5.pag.1.
Spirituum temperies,ibid.pag.2. Morbi qui in vniuersum spiritibus accidunt,fol.6.pag.2.
Sternutatio,lib.1.sect.1.fol.60,pag.2.

Stupor,

Stupor, lib. 1. sect. 1. fol. 60. pag. 2.
Suffocati, lib. 1. sect. 2. fol. 5. pag. 1. Quomodo curandi, ibid.

T

Tertianarum differentiæ, lib. 2. fol. 25. pag. 1. & seq. An aliquando repetere possint de quarto in quartum, fol. 27. pag. 1. Harum causæ, ibid. Signa, ibid. pag. 2. & seq.
Tremor quid, lib. 1. sect. 1. fol. 60. pag. 1.
Tremor a facultate, & morbo proficiscitur, lib. 1. sect. 2. fol. 30. pag. 2. In senibus, & conualescentibus a languenti tantùm potentia, ibid.
Tremoris causæ, fol. 31. pag. 1. Quæ tremorem a palpitatione distingunt, fol. 32. pag. 2.
Tremor arteriarum ibid.
Tremoris curatio, fol. 33. pag. 1.
Tristitiæ qui homines promptiores sint, lib. 1. sect. 1. fol. 41. pag. 1.

V

Ventris, & ventriculi nomine quid intelligatur, lib. 1. sect. 3. fol. 33. pag. 2.
Ventriculus & membra similia an sui tantùm gratia operentur, lib. 2. fol. 1. pag. 1. & seq.

Quibus

Quibus animantibus hic duplex, vel sinuosus, aut plicaturis contextus, fol.2.pag.1. Similiter carnosus, ibid. Prior officina, ibid. Cur duo non plura excrementa separet, ibi. Per morbos nullum, ibid. pag.2. An ex chilo nutriatur, ibid. & seq. An autor pituitæ, fol.4.pag.1.& seq.

Vertiginis nomina, lib.1.sect.1.fol.33. pag.1. Differentię, ibid. Causę, ibid.pag.2. Quomodo in hac phãtasia, vel æstimatiua offendatur, fol.34.pag.1. Quomodo ab epileptia distinguatur, ibid. Signa vertiginis incipientis, ibid.pag.2. Signa cuiusque speciei, & humoris, & partis affectæ, ibid. Prognostica, ibi. Curatio, fol.35.pag.1.& seq.]

Z

Zinaria bilis. Vide bilis zinaria.

PETRVS LOPPESIVS Auiſſenſis, Hiſpaniarum Medicus, atque Philoſophus, hæc de ſuo, præcedentique libro.

LIBER Hic, quaſi Floſculus non omnem Medicinæ ſegetem legit, nec euoluit multa quæ per vniuerſam fuſiùs tractari poterãt. Nouo typographi excuſu in lucem prodita legentibus offeremus: dicetur verò liber, *Tota Medicina*, nunc ea dicta ſatis, de quibus ſequẽs errorum ſeries, præter alios minimè momentaneos, quique viſionis aciem ſubterfugiunt.

Errata præfatorum.

Prima, dedicatoria, folio 2. pagina 2. linea 8 furtuna, lege fortuna, ibidem, l. 9. valitudo, l. valetudo, ibidem, f. 1. p. 2. l. 14. ijrit, l. ierit.

Errata sectionis 1. libri 1.

FOl. 2. p. 2. l. 22. innotescit, l. innotescent, ibid. l. 28. iurabat, l. iurabant, f. 3. p. 1. l. 19. mollesimum, l. mollissimum, ibid. p. 2. l. 11. longiquitas, l. longinquitas, f. 4. p. 1. l. 11. adaptaretur, l. adaptaret, f. 5. p. 2. l. 12. fulgo, l. fuligo, f. 6. p. 2. l. 13. fencientem, l. sentientem, f. 6. duplici, p. 1. l. 7. pululant, l. pullulant, ibid. l. 21. calorus, l. caloris, f. 8. p. 1. l. 27. corregiarum, l. corrigiarum, f. 9. p. 2. l. 26. care, l. calore, f. 10. p. 1. ad marginem, caluitij, l. caluitium, f. 11. p. 1. l. 15. qui, l. quod, f. 12. in principio marginis deest Prognosticum, ibid. p. 2. l. 16. filia, l. folia, & l. 17. stercus, l. stercus, f. 15. p. 1. l. 18. & 19. deseminari, l. disseminari, f. 18. p. 1. l. 2. remicissimo, l. remotissimo, & l. 29. ventris, l. ventres & l. 30. varietati, l. varietate, f. 19. p. 1. l. 4. illam, l. illa, f. 22. p. 2. l. 12. conueniant, l. conueniat, f. 25. p. 2. l. 5. ceu, l. seu, f. 34. p. 1. l. 20. ceu, l. seu, & l. 18. conuultionis, l. conuulsionis, & p. 2. l. 15. venęq;, l. venæ quæ, f. 37. p. 1. l. 15. resopina, l. resupina, f. 46. p. 1. l. 16. vna, l. vena, & p. 2. l 19. contumatiam, l. contumaciam, f. 48. p. 2. l. 18. ita, l. ira, f. 50. p. 1. l. 15. nuctem, l. noctem, f. 54. p. 2. l. 28. meminerem, l. meminerim, & l. 29. obliuisceret, l. obliuiscerer, f. 59. p. 2. l. 22. & 23. proter, l. propter.

Errata

Errata secundæ & tertiæ sectionis huius libri.

FOl.1.p.1.l.11.ex co,l.ex eo,f.4.p.2.l.24. sturnutatio l.sternutatio,f.6.p.1.l.20.suffucienter,l.sufficiẽter, f.7.p.1.l.18.angino,l.angina,f.9.p.2.l.15. reficatoriam, l.reficatoria,f.10.p.2.l.13.postula,l.pustula,f.11.p.1.l 11. e minens,l.eminens,f.12.p.1.l.29.loca,l.locos, f.13 p.1 l.3.ficum,l.si cum,& l.26.irrititum,l.irretitum,f.21.p.1 l.13.quò,l.quo,f.22.p.2.l.20.compotior,l.comptior, f. 15.p.1.l.13.sincope,l.sincopa,f.26.p.1.l.16.ita,l.ira,f.30 p.1.l.3.alimentis,l.alimentitijs,f.42.p.2.l.23. aquasiorem,l.aquosiorem.

Errata libri 2.

FOl.1.p.2.l,24.eoẽd,l.eodẽ, & l.23.has, l.hos,f.5.p. 2.l.9.capescendas,l.capessendas,f.11.p.2.l.19. tigore,l.rigore,& l.23.iu,l.in,f.13.p.1.l.14.causam,l,febrem f.21.p.1.l.6.comqesci,l.compesci, f.24.p.2. l.8.præterqua,l.præterquàm,f.26.p.1.l.28.feruore,l.feruere,f.30. p.2.l.28. præbeant, l.præbeat, f.31, p.2.l.3. feruorem, l. feruorem,f.37.p.1.l.3.reduduntis, l.redundantis, f.40. p.2.l.1.cumque,l.eumque, f.55.p.1.l.30.calore, l.calorem,f.57.p.1.l.29.coitnentibus,l.continentibus.

Errata libri 3.

FOl.1.ante numernm,p.1.l.26.ten,l.tuend. f.2. p.1.l. 25.euanescet, l.euanescat, f.14.p.2. ad marginem, sincopem,l.sincope.

Errata

Errata libelli additi de medica consideratione.

IN Argumento, ad medium, adducems, l. adducem⁹ f.5.p.1.l.9. moibus, l. morbos, & p.2.l.1. annum, l. anū f.11.p.1.l.30. ab, l. ad, f.15.p.1.l.1. consulimus, l. consuluimus, f.17.p.1.l.4. ſerutantur, l. ſcrutantur, f.23.p.1.l.11. quædam, l. quidam, f.25.p.1.l.1. naturalibus, l. naturalis f.33.p.1.l.14. ſeruandum, l. ſeruādam, f.36.p.2.l.27. mor deri, l. mordere, ib. obtuſi. l. obtuſo, f.40.p.1.l.9. præſtat, l. præbet, & infra, præbet, l. præſtat, & p.2.l.10. rerum, l. verum.

In primo indice, f.1.p.1.l.vlt. morborum, l. neruorum.

Et hæc fuſiùs vt ſecunda impreſsione liber reddatur purior.

✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳✳

Hæc non mea, ſed Authoris culpa acciderunt, qui errata accurate non emmendauit.

Ioan Serrano de Vargas, Typographo.